DECISIONUM CURIAE ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLITANAE. IN QUIBUS...

*Napoli Arcidiocesi

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONVM CVRIAE ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLITANAE.

IN QVIBVS PRAXIS RERVM CIVILIVM, Criminalium, & Eccleſiaſticarum in eadem Curia tractatarum dilucidè continetur.

PARS PRIMA.

OPVS OMNIBVS CVRIIS, PRAELATIS, OFFICIAlibus, & Iudicibus Eccleſiaſticis, Cauſarum Patronis, cæteriſquè in vtroque foro verſantibus vtiliſſimum.

Nunc ſecundò in lucem editum, & multis ab hinc annis deſideratum.

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO

VIRO PATRITIO, ET CANONICO NEAPOLITANO,

Ac vno ex Conſultoribus eiuſdem Curiæ.

ACCESSERE DVO INDICES LOCVPLETISSIMI, quorum primus Argumenta Deciſionum, alter res notatu dignas facillimè demonſtrat.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO REGIO.

Conuent S. Mariæ de Scala



CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

NEAPOLI, Ex Typographia Dominici de Ferdinando Maccarani. MDCXXII.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

Ego Alexander Ruſſus Canonicus Neapolitanus Sacræ Theologiæ Magiſter,& V.I.D. Deputatus vidi prædictum opus, illudq; cenſeo typis mandari poſſe, ſi videbitur Reuerendiſſimo Domino Generali Vicario.

Ioannes Longus Canonicus,& Curiæ Archiep. Theol. vidit, & approbauit.

Imprimatur.

Alexander Boſchius Vicarius Generalis.

Digitized by Google

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. PETRO CAMPOREO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

IO. ALOYSIVS RICCIVS CANONICVS NEAP. F.

NEC tui nominis iubar (Cardinalis Ampliſſime) anguſti contineri finibus potuit, nec mei animi erga te ſtudium occultis pectoris latebris coerceri. Equidem te nunquam vidi, & ſemper colui: ſemper in oculis tuli, ac ſi vidiſſem, & quem cominus meo fato non inſpexi, ſuſpexi eminus obſeruantia mea, vt par erat. Adeò lux illa prudentiæ, benignitatis, integritatis tuæ circumfulget, vt illuſtrem te reddat, vel ſine te, ſuosq. radios longe, lateq. diffundens præuertat, præcurratq. quodammodo auctorem ſuum: vt cùm Romano tantum coruſcare videaris in Cælo, coruſces tamen vndequaque gentilitio comete fulgentior. Nimirum hoc habet virtus peculiare, vt vel non viſa ſe prodat, oculorumq. aditu intercluſo viam ſibi paret per aures ad ſui amorem, nec exiguum immortalium animis excitandum: Et ſanè hoc ipſum debes virtuti tuæ (Illuſtriſs. Campore) hoc præſtantiæ tuæ ſingulari, quæ fama ipſa buccinatrice quantum, quantum habes nomen per ora omnium dididit, indiditq. in mentes omnium, vel eorum, qui te non noſcunt. Vt mirum planè videri tibi non debuerit, ſi tanta luce tuarum laudum excitus ad eius fontem perennem, te ipſum inquam, perexiguo hoc, & qualicumque munuſculo veluti veneraturus acceſſerim. Enimuero, vt aiebam obſeruantia illa in te mea, ſtudiumq. tam vetus, quo fortaſſe te inſcio, tam diu exarſerat animus, velut ignis occlùſus, aut cauo aliquo preſſus ſpecu, cohiberi nequiuit amplius quin erumperet. non tam gratiam, vt aucuparetur tuam (qui ſanè fructus eſſet non vulgaris) quam vt, quod vnum habebat in votis, oſtentaret, ſe tibi aliquando, auctoriq. proderet ſuo. Adde eo, quod conceptis iam pridem his fœtibus, quos difficili ſanè parturiens puerperio, obſtetricante tandem labore pepereram, quærebam aliquid dignitatis, & (quod paterno indugen-

dum amori) nonnihil etiam conciliare auctoritatis: ut qui publicæ fortaſſe rei, ſi Deus ferat, aliquantulum profuturi prodire geſtiebant in publicum, fautore ſuo non carerent, ſub cuius umbra ſplendentes magis, quaſi nouo ditati cultu magnificentius, quam ſuum genus exigeret, per ora hominum, per manus item incederent: & qui patrem ſortiti humilem ſub infelici aſtro ſe natos eſſe dolere poſſent patronum nacti tam grandem, feliciore certe ſub ſidere adoleſcerent; ſub illis nimirum, quæ gentilitio tuo in ſtemmate, non ſine aliquo benè ominato auſpicio eniteſcunt, quorum luce ſi fulſerint, in lucem progredi non erubeſcent; adulturi profectò, ſed non ad ſenium, ſi benignos eorum influxus, ut ſæpè alijs, ſic nunc etiam ipſis experiri non denegabitur; Et experientur omnino, ne ſpes animum fallat, nec fallet certæ (humaniſſime Petre) à quo uno ſperare quicquam non liceat, quod ſpem ipſam non uincat. Habet nimirum hoc humanitas tua, habet & tua comitas, ut uel de immerentibus benemereri abundè ſoleas, abundè uelis, cuius rei teſtes nactus quamplurimos, qui uel ſuo, uel aliorum experimento id didicere, & conſtanter affirmant, unum, quem inſtar omnium cenſeo ante alios reperi præſtantiſſimum uirum Iacobum Narſinum uirtutis tuæ ſtudioſiſſimum, tuarum laudum præconem optimum, cuius monitu, & impulſu non parum etiam ad mentem meam adieci, ut humanitati iſti tuæ in his dicandis laboribus non diffiderem: Quod ſi nimis fortaſſe apud te audax uideri potero, tanta qua fulges luce hebetatum me crede quo minus cernerem quid deceret: ſin autem tibi, quod ſpero fore, gratum ſtudium meum, grata uoluntas animi, & fœtus hi ingenioli noſtri, quales quales ſunt, uidebuntur, tibi ipſi acceptum referas totum, qui luce tua, lucem addens alienis, uileſcentes alioqui labores, tuis oculis ſordere non pateris. Quod ſi ita eſt uale diu, diuq. uiue, ut humanitas uiuat, & probitas; meq. in tuorum numerum ut cooptes, quod unum oro obteſtorq. benignitati impera tuæ, impera, & humanitati.

Ad

Digitized by Google

Ad eundem Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum Dominum

D. PETRVM CAMPOREVM

S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM.

Pro legali opere Ioan. Aloyſij Riccij Canonici, & Patricij Neapolitani.

PROSPERI ANTONII ZIZZAE SACERDOTIS,
& Academici Otioſi Neapolitani nuncupati Pij,

EPIGRAMMA.

CEPERAT æternas æterna in fœdera leges
Chara Deo ſoboles, Legiſer Iſacidum
Non palmæ folijs præſcripta oracula legum
Condidit, è celſa quas Deus arce dedit.
Igniti lapides, adamanteq; firmior omni
Seruauit leges nobilis arca ſacras.
En legum interpres tibi RICCIVS, aurea ſolers
Colligit aggeſtis iura voluminibus.
Ne tamen aut rapido rodantur Temporis ore
Inuidiæ ſtimulis, aut lacerata ruant.
In Petra notat ille tua, celſiſſime PETRE,
Quæ Vaticano cardine fixa nitet:
Non Boreæ flabris, non vlli obnoxia Cauro
Prodiga an hæc ſuperas Petra profundet opes?

AD EVNDEM CARDINALEM.

Diſtichon eiuſdem Zizzæ.

DIGNVS eras rubris Ampliſſime PETRE galeris:
Dignus es, & ſumma PETRE PETRI Solio.

Digitized by Google

Ad Doctiſſimum, Clariſſimumq. Virum

IO. ALOYSIVM RICCIVM

DECISIONVM CVR. ARCHIEP. NEAPOL.

A V C T O R E M.

Proſper Antonius Zizza.

QVANTVM Cæſaribus terris, qui Iura dedere
Debet Honoris Amor, debet Amoris Honor.
Tantum nempe tibi debet doctiſſime RICCI
Parthenope ſtudijs nobilitata tuis:
Quid non illuſtras Legali Lumine? Lex, lux
Se promit ſtudio tota recluſa tuo.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES LONGVS
CANONICVS NEAP.
S. T. D. SACRI COLLEGII INCORPORATVS ARCHIEPISCOPALIS CVRIAE THEOLOGVS,
& Sancti Officij cauſarum Conſultor,

In Doctiſſimi Authoris laudem.

MAximam (Benigniſſimi Lectores) in ſenectute ſumpſi prouinciam, & certe meis viribus valde imparem; cum hoc præclariſſimum opus vobis commendare velim. In quo quatuor difficillima cognitu ſe mihi offerunt, vt dicebat ſapiens. Prima eſt via Aquilæ in aere. Secunda eſt via Nauis in mari. Tertia via Colubri in lapide; & quartam penitus ignoro, quæ eſt via Adoleſcentis in adoleſcentiam. In prima enim Collectanea. In ſecunda Praxim Archiepiſcopalem. In tertia eiuſdem Deciſiones. In quarta Authoris Nobilitatem (cum ipſe de Nidi Sediſi patritius ſit) diligentiſſimè conſidero. Ergo ſtudioſiſſimi Lectores, primas, vt quatuor flumina à Paradiſo terreſtri decurrentia, Phiſon, Gion, Euphrates, & Tigris, prę oculis habere dignemini. Primum etenim veſtram excitat memoriam. Secundum veſtrum illuminat intellectum. Tertium voluntatem ſociat. Quartum, & vltimum vos Nobilitate, optimiſq. moribus ornat. Dicẽte Philoſopho, duo ad aliquid faciendum nos mouent, nempe honor, & præmium, hæc, & maiora habebitis, ſi noctu, diuq. hilari fronte in hoc doctiſſimo opere inuigilabitis, & hoc carmen, quod Nobiliſſimo Authori præcipuè conuenit, canere poteſtis.

Nam potes, & patriæ Lumen, & eſſe Decus.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM

Ioannes Dominicus Boue Neapolitanus.

SCITO (Lector amantiſſime) me anno reparatæ ſalutis 1612. à compluribus amicis compulſum, vt denuò typis cuderem librum Ioan. Grandis de bello exulum, illum D. IO. ALOYSIO RICCIO nobili viro, & Eccleſiæ Cathedralis Neapol. Canon. vno ex ijs, ad quos imprimendorum librorum recognitio pertinet, de more ad impetrandam licentiam obtuliſſe; factumq; vt inter colloquendum, particulam quandam mihi impreſſam oſtenderet ſui operis Collectaneorum, quam cum attentius inſpexiſſem (quippe non ſolum innato quodam ardóre rapior ad cõtemplandos ſtudioſorum hominum labores, verum etiam ad idem ſuſcepta in adoleſcentia ſtudia, tum philoſophiæ, tum iuriſprudentiæ me compellunt) digna mihi viſa eſt, quam ab Authore ad abſolutionem imprimendi operis, precibus extorquerem: impreſſum vero opus doctis viris arriſiſſe, toties eiuſdem repetita impreſſio varijs in locis abundè teſtatur, adeò vt mihi ipſi neceſſe fuerit idem opus ampliori forma rurſus excudere, adiectis duobus Indicibus à me non ſine multo labore confectis, nec vero hic finis, iam enim à compluribus vrgeor, vt ad nouam editionem accingar, cui alius Index copioſiſſimus adiungetur, cuius ope nullo ferme negotio, poſſis quæcunque volueris, inuenire. Spero enim futurum, vt ab eodem Authore ſexta pars Collectaneorum ad complementum totius operis mihi imprimenda tradatur: etenim cum ab eo, quippe ſingularis humanitatis viro, Typographus quidam Praxim rerum Eccleſiaſticarum, vt illam typis committeret, extorſiſſet, abeſſetq; tunc temporis Author, vt valetudinem recuperaret, adeò mendoſus liber ille in lucem prodijt, vt facilè, & operarum feſtinatum laborem, & Authoris ipſius abſentiam teſtaretur. Iam verò optimum mihi accidiſſe exiſtimo, vt ab eodemmet Authore alteram partem illius Praxis edendam acciperem. acceptam verò nouo quodam ordine ex Doctorum complurium iudicio decoraui, vt Deciſiones omnes, quæ in Archiepiſcopali Curia editæ ſunt in vnum collectas haberes, cum Indicibus à me confectis, easq; quoad fieri potuit emendatiſſimas, niſi quid noſtram diligentiam latere potuit, Author enim cum abeſſet, non potuit in id operam ſuam conferre. In poſterum etiam (candidè Lector) alterum tomum Practicæ à me expectabis, cui titulus erit Praxis rerum Eccleſiaſticarum, in qua variæ reſolutiones, quæ ex eodem Authore, aut ab alijs egregijs Authoribus ſelectæ ſunt, app ſitis ad Lectorum vtilitatem indicibus tribus. Poſtremò ſcire te velim à Typographo illo, qui primam partem Practicæ in lucem edidit, Deciſiones omnes ab ea in vnum ſegregatas, nouarum item Deciſionum adiunctione locupletatas, quamprimum depromendas, quod opus Deciſionum Curiæ Archiepiſc. Neapol. Secunda pars titulo prænotabitur, primam etiam partem Practicæ ſine Deciſionibus magis emendatam, atque ampliatam in lucem dabit. Accipito igitur (humaniſſime Lector) hilari fronte doctiſſimi Authoris opera, quæ tuæ vtilitati deſeruiant, atque in poſterum ab eodem complura vltra dicta (Deo annuente) ad publicum commodum expectato. Vale.

IN-

INDEX.
ARGVMENTORVM DECISIONVM

A IOAN. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO
Alphabetica ſerie diſpoſitus.

A

Abigeatus criminis pœna, an cadat in eum, qui ſurripuit vnum bouem, & quid ſi bos fuerit errans, deciſ.128.

Abſolutio à iuramento in contractu donationis appoſito, petita abſque vlla mentione alterius iuramenti appoſiti in ratificatione eiuſdem donationis, an dicatur ſubreptitia, deciſ.162.

Agens interdicto recuperandæ, ſi ſpoliator alienauit rem, de qua agitur, an cõdẽnetur ad eius ęſtimationẽ, dec.200.

Aggreſſus quando occidit aliquem non offendentem, ratione defenſionis, nũm aliqua pęna plectẽdus veniat, dec.47.

Alienari an poſſit ſuperficies, in qua impoſitus eſt primus lapis pro Eccleſia ædificanda, abſque ſolemnitatibus extrauag. ambitioſæ, deciſ.199.

Alimenta lite pendente, an ſit præſtanda, vbi conſtat de malo iure petentis illa, deciſ.191.

Annui redditus eccleſiaſtici, an poſſint diminui, vulgò *calare*, abſque aſſenſu Apoſtolico, deciſ.134.

Appellari an poſſit à ſententia Vicarij foranei ad Epiſcopum, deciſ.8.

Appellari an poſſit de iure Canonico à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo, deciſ.203.

Appello ad Iudicẽ competentem, an ſufficiat dicere de iure Canonico, dec.12

Archiepiſcopus Neapolitanus, an poſſit concedere dilationem Clericis debitoribus ad ſoluendum eorum creditoribus, triennalem, vel quinquennalem deciſ.97.

Archiepiſcopus Neapolitanus poſt ſententiam latam à ſua Congregatione, cum eius Vicario, an poſſit committere reuiſionem eiuſdem ſententiæ dictæ Congregationis, deciſ.98.

B

Beneficij diuiſio, in dubio non pręſumitur, quamuis per aliquod temporis ſpatium appareret de ſtatus mutatione, deciſ.7.

Bona fides, quę excuſat alienantem bona Eccleſiæ, non ſeruatis ſolemnitatibus extrauagant. ambitioſę, an procedat in Doctore ſacrorum Canonum, & in homine ſagaci, & negotiorum experto, deciſ.222.

Bona in cuſtodiã alicui tradita, an ſi per eundem alibi contrectata reperiantur, furtum præſumatur, deciſ.62.

Bulla Pij V. ſuper permutationibus beneficiorum, quã cauſam requirit, dec.43.

Bulla Sixti V. edita cõtra Clericos malè promotos, in quo corrigatur per Bullam Clementis VIII. deciſ.9.

Bullæ annullationis profeſſionis, in qua apponitur clauſula (dummodò expreſsè, vel tacitè non ratificauit profeſſionem) intellectus, deciſ.182.

Bullę Apoſtolicæ, vt corrigãtur, quo caſu iterũ ad Vrbem mittendũ ſit, dec.165.

C

CAnonicum Regularem eſſe incapacem obtinendi beneficia curata, late oſtenditur; ad limitationem text. in cap. quod Dei timorem, de ſtatu monachorum, deciſ. 159.
Canonicus, an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſui Concanonici, deciſ. 179.
Cappellę conſtructio, an ſit neceſſaria ad acquirendum iuſpatronatus, deciſ. 72.
Capitulum Eccleſiæ, an poſſit reuocare Statutum iuratum, deciſ. 157.
Captus ob ſuſpitionem fugæ, an debeat relaxari ſub fideiuſsione de iudicio ſiſti tantum, vel etiam de iudicatum ſoluendo, deciſ. 61.
Carcerati, an admittantur in teſtes pro altero carcerato, deciſ. 180.
Cartula peccatorum reperta penes aliquem delinquentem, an ex ea poſsit ſumi iudicium contra ipſum ad pęnam infligendam, deciſ. 172.
Cauſa proxima, & remota, quæ dicatur, ad effectum, quod dans cauſam homicidij ſit irregularis, deciſ. 100.
Cautio de non offendendo, an ſit impartienda eam petenti, non probata legitima, & vera cauſa timoris, deciſ. 129.
Citatio ad ſententiam, quanto tempore circumducitur in Cur. Archiep. Neap. deciſ. 83.
Citatio generalis, an ſufficiat, & quid obſeruatur in Cur. Archiepiſc. Neapol. deciſ. 3.
Citatio partis, an exigatur in recognitione manus literarum cambij, deciſ. 64.
Citatio partis, an requiratur in abſolutione ad cautelam, deciſ. 92.
Citatio ſecunda domi per Nuncium facta abſque licentia D. Vicarij, an conſtituat citatum in contumacia, ita vt non comparendo poſsit excommunicari, deciſ. 204.
Clerici an cogi poſsint per Epiſcopum ad præſtandam cautionem de non offendendo, deciſ. 184.
Clerici vtentes falſis dimiſſorijs, ignorantes illas eſſe falſas, qua pœna puniantur, ad intellectum text. in l. maiorem C. de falſis, deciſ. 89.
Clerico habenti Auum Doctorem, an poſsit infligi pœna ignobilium, deciſ. 216.
Clericus admittitur ad beneficium cap. Odoardus extra carceres, parte non inſtante, ſeu opponente, deciſ. 81.
Clericus Alchymiſta, an ſit dignus aliqua pœna, & an priuetur beneficijs habitis, & ad habenda inhabilis efficiatur, deciſ. 197.
Clericus an poſsit permutare bona, ad cuius titulum ſit ordinatus, deciſ. 17.
Clericus, an ſi committat delictum dignum priuatione beneficij, debeat illo priuari, ſi fuerit ad illius titulum ordinatus, nec aliquid habeat vnde ſe alimentare poſsit, deciſ. 185.
Clericus condemnatus ad triremes, an dicatur infamis, vt propterea non poſſit aſcendere ad Sacros Ordines, deciſ. 119.
Clericus de delicto non punitur, niſi cóſtet de corpore delicti, deciſ. 40.
Clericus in ciuilibus non carceratur in Cur. Archiep. Neapol. extantibus bonis, deciſ. 59. & deciſ. 169.
Clericus præſentans apocas falſas banco, & non exigens pecuniam, an veniat puniendus pœna ordinaria, deciſ. 70.
Clericus proferens verba iniurioſa Iudici laico, qua pœna puniatur, deciſ. 31.
Clericus quando dicatur incorrigibilis, ad intellectum text. in cap. cum non ab homine de iudic. deciſ. 87.
Clericus ſodomitatus, an poſsit præſentari ad beneficium iuriſpatronatus, deciſ. 133.
Concubinatus, ex quibus deductis cenſetur probatus, deciſ. 76.
Confeſsio extraiudicialis, an probetur per teſtes ſingulares, deciſ. 35.
Confeſſus incidenter de aliquo crimine, an de eo puniri poſsit, deciſ. 52.
Conſenſus alterius, vbi in celebratione actus adhiberi debet, an poſsit prætermitti, quando id, quod fit eſt vtile, deciſ. 192.

Digitized by Google

Copia copię producta in actis, an probet, decif. 198.
Curator hæreditatis iacentis, num poſſit præſentare ad beneficium iuriſpatronatus dictæ hæreditatis, decif. 11.
Curia Archiep. Neapol. an cognoſcat de delictis Clericorum ſubditorum extra Diœceſim commiſſis, decif. 111.
Curia Archiep. Neap. an condemnet ex præſumptionibus, & indicijs indubitatis, decif. 109.
Curia Archiepiſ. Neapol. quid obſeruet contra delinquentes in Eccleſia, decif. 110.
Curiæ Archiep. Neapol. obſeruantia, de non carcerando Clericos pro debito ciuili, decif. 160. & decif. 59.
Curſores Curiæ Archiep. Neap. capere non poſſunt Clericos abſque licentia in ſcriptis D. Vicarij, decif. 206.
Curſores Curiæ Archiep. Neap. poſsint ne eorum intimationes, ſeu citationes declarare, decif. 15.

D

Decretum Iudicis deficientibus alijs ſolemnitatibus, an ſufficiat in alienandis rebus minorum, decif. 226.
Decretum Iudicis in alienatione bonorum pupillorum, an poſsit ſubſequi, decif. 227.
Deponens ſcire id, quod audiuit à viro fide digno, an poſsit puniri pœna ordinaria falſi, decif. 137.
Depoſitiones duarum meretricum, an coniungantur, decif. 146.
Diligentiæ pro impinguandis proceſsibus, cuius expenſis fieri debeant, decif. 33.
Diſpenſare cum bigamo, quis poſſit, decif. 45.
Diſpenſatus ad ordines, an cenſeatur diſpenſatus ad beneficia, decif. 95.
Donatio facta filio ob Clericatum, an poſſit reuocari propter ingratitudinem, decif. 19.

E

Edictum Curiæ Archiepiſc. Neapol. prohibẽs Clericis acceſſum ad domus meretricum, an locum habeat in eo, qui ſemel, & caſualiter inuentus fuerit, decif. 63.
Edictum Cur. Archiep. Neapol. contra Clericos arma portantes, an locum habeat in aggreſſo, qui in actu defenſionis vtitur illis, decif. 48.
Edictum Curiæ Archiep. Neap. contra Clericos arma portantes, an comprehendat forenſes, decif. 84.
Edictum Curiæ Archiep. Neap. contra Clericos arma portantes, an comprehendat Clericum portantem archibuſettum abſque fucili, ſeu ſilice, vel cane arrotato, decif. 93.
Edictum Curiæ Archiep. Neapol. imponens pœnam aſportantibus pugiones, & ſtilectos, an locum ſibi vendicet in aſportante cultellum duorum palmorum, vulgo *à fronde d'oliua*, decif. 122.
Edictum Curiæ Archiep. Neapol. prohibẽs Clericis aſportationem armorum, an liget Clericum ea aſportantem extra Diœceſim propè finem, ad illius fraudem, decif. 124.
Edicti Curiæ Archiep. Neapol. contra Clericos arma portantes pęna, an poſſit (ſede vacante) exequutioni demandari, decif. 149.
Edictum Curiæ Archiep. Neap. contra Clericos arma portantes, an locum ſibi vendicet in Clerico, qui accepit cultrum, vt ferret illum Magiſtro accommodandi gratia, decif. 167.
Edictum Curiæ Archiepiſc. Neapol. prohibens aſportationem armorum, an comprehendat arma defenſiua, decif. 208.
Edictum Curiæ Archiep. Neap. infligens pœnas Clericis arma portantibus, an procedat in retinentibus arma domi, decif. 209.
Edictum Curiæ Archiep. Neapol. prohibens armorum aſportationem, dum comprehendit maiores 18. annorum an in eo includantur etiam minores, decif. 225.
Emphyteuſis, quæ regulariter prohibetur transferri ad manus mortuas, an procedat, vbi eius conceſſio facta eſſet

Digitized by Google

cum clauſula (pro ſe, ſuiſque hæredibus quibuſcumque) deciſ. 136.
Emphyteuſi vendita; pro libera ab omni onere, an extendatur ad onus laudemij, deciſ. 105.
Emphyteuta, qui partem rei emphyteuticæ alteri in emphyteuſim ſimiliter concedit, an dicatur directus Dominus reſpectu directæ conceſsionis, & conſequenter in ea habeat prælationem, & alia, quæ directis Dominis competunt, deciſ. 27.
Epiſcopalia iura, an poſsit tollere benefactor alicuius Eccleſiæ, per eius teſtamentum, deciſ. 213.
Epiſcopus, an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, deciſ. 144.
Epiſcopus an poſsit impartiri facultatem piſcatoribus, piſcandi diebus feſtiuis, deciſ. 189.
Epiſcopus an poſsit interdicere, ne alibi, quàm in Parochia, miſſa, ac concio audiatur à Parochianis, deciſ. 152.
Epiſcopus, an poſsit præcipere Parocho, vt inhabitet intra limites Parochiæ, deciſ. 145.
Epiſcopus cauſam pendentem coram eius Vicario, an poſſit ad ſe auocare, deciſ. 158.
Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper collatione omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis, etiam in Eccleſijs Collegiatis, deciſ. 201.
Exceptio aliqua, an opponi poſsit aduerſus exequutionem literarum cambij, deciſ. 55.
Exceptio immunitatis Eccleſiæ, an poſſit opponi in qualibet parte iudicij, deciſ. 174.
Exceptio periurij, an ſit reſeruanda ad merita cauſæ, deciſ. 115.
Excommunicatus celebrans, obtenta abſolutione, verùm non adhuc in actis redacta, an contrahat irregularitatem, deciſ. 113.
Excommunicatus confugiens ad Eccleſiam, an gaudeat illius immunitate, deciſ. 94.
Excommunicatus perſiſtens in excommunicatione per annum ob contumaciam, per binas citationes domi factas an poſsit vt hæreticus condemnari, deciſ. 202.
Excommunicatus petens abſolutionem ad cautelam, tenetur explicare cauſam nullitatis ſententiæ, eamq. ſaltem ſemiplene probare, deciſ. 91.
Exemptionem alleganti incumbit onus probandi, deciſ. 211.
Exemptus citatus, non comparendo ad allegandum exemptionem, an poſsit vti contumax puniri, deciſ. 163.
Exequutionem faciens in bonis ſui debitoris exiſtentibus in Cameris Eccleſiæ, à quibus habetur aditus tum intus Eccleſiam, quam per plateam publicam, an dicatur facere in Eccleſia, deciſ. 171.
Exequutoris Apoſtolici poteſtas quamdiu duret, deciſ. 58.

F

Falſitas commiſſa in re parua, puta vnius caroleni, an ſit punibilis, deciſ. 104.
Fatuitas, an excuſet à pœna falſi, deciſ. 130.
Fideicommiſſum, an cenſeatur inductum ex permiſſione alienationis inter inſtitutos tantum, deciſ. 29.
Fideiuſſor de præſentando aliquem nunquid teneatur præſentare eundem, ſi contingat citari pro alia cauſa, deciſ. 37.
Fides, an faciat fidem in caſu, quo ſufficiunt leuiores probationes, deciſ. 99.
Filijfamilias, aut ſerui pro iniectione manuum in Clericos, à quo abſolui debent, deciſ. 156.
Filiusfamilias Clericus, carcerari an poſſit in Curia Archiep. Neap. ad inſtantiam patris, ob eius malos mores, deciſ. 186.
Filiusfamilias confugiens ad Eccleſiam, ne corrigatur à patre, an gaudeat immunitate eccleſiaſtica, deciſ. 141.
Filius, ergo hęres, quomodo intelligatur, deciſ. 142.

Gra-

Digitized by Google

G

GRatiam impetrans de delicto, quo casu valet dicta gratia, non expreſſo alio delicto, deciſ. 116.

H

HAeredes donatarij iuriſpatronatus, an poſsint impetrare aſſenſum Epiſcopi poſt eius mortem, deciſ. 224.

Hæres inſtitutus cum expreſſa prohibitione alienandi bona hæreditaria, num illa alienando, poſsint vendicari à ſubſtitutis eius vita durante, vel poſt eius mortem, deciſ. 28.

Homicidium ſequutum ex appoſitione manuum ad guttur, an dicatur caſuale, deciſ. 173.

I

IMpedimentum affinitatis qualiter, & ex quibus probatum cenſetur, deciſ. 169.

Indicia grauia, & vrgentia, an purgentur per torturam quoad pœnam extraordinariam, deciſ. 73.

Indicia noua, quæ dicantur, vt tormenta iterari poſsint, deciſ. 154.

Indultatus de delicto, an poſsit torqueri, deciſ. 38.

Interdictum, in quo loco debet affigi, vt liget contrauenientes, deciſ. 65.

Inuentarium confectum iuxta mores Ciuitatis Neapol. abſque tamen iuris ſolemnitatibus, an ſuffragetur, deciſ. 67.

Irregularis an ſit adoleſcens muliebria paſſus, deciſ. 60.

Irregularitas an contrahatur ex ſola aſſiſtentia in homicidio, deciſ. 34.

Irregularitas contracta ex homicidio voluntario, an tollatur ingreſſu Religionis, deciſ. 82.

Itineris arreptio, an obtineat vim appellationis, deciſ. 153.

Iudex an poſsit concordare dicta teſtium data ipſorum imparitate in numero, deciſ. 193.

Iudex, cui non competit aliqua qualitas tribuens ei iuriſdictionem erga delinquentem ab eo captum, an teneatur eundem liberare, an autem ad eius Iudicem competētem remittere, dec. 49.

Iudex ordinarius, quando efficiatur delegatus, deciſ. 205.

Iudex quādo cenſetur reieciſſe exceptiones propoſitas per proceſſum ad vlteriora, deciſ. 176.

Iudicium, an poſſit inchoari ab articulis, deciſ. 78.

Iuramentum ſuppletorium, an ſit præſtādum ei, qui alias peierauit, deciſ. 164.

Iuſpatronatus, an quis poſsit acceptare, & hæreditatem repudiare, deciſ. 126.

L

LAicus deferens habitum clericalem abſque licentia Curiæ Archiepiſc. Neapol. an puniatur, & qua pœna, deciſ. 107.

Laicus ob manus violentas in Clericum excommunicatus, an poſsit abſolui, offerens ſatisfactionem ipſi percuſſo nolenti reconciliari, deciſ. 86.

Legata pia, an patiantur diminutionem, non exiſtente hæreditate ſufficiente pro omnibus alijs legatis, deciſ. 221.

Libris Aromatariorum, non exhibitis receptis, an ſit credendum, deciſ. 106.

M

MAlitia, quando dicatur ſupplere ætatem in cauſa matrimoniali, deciſ. 20.

Mancipia, vulgo *ſchiaui*, an de recenti effecti Chriſtiani admittantur ad teſtimonium ferēdum contra Chriſtianos, deciſ. 51.

Mandans vulnerare aliquem, pecunia mediante, non ſequuta morte, an dicatur aſſaſſinus, ad hoc, vt fugiens ad Eccleſiam, non gaudeat eius immunitate, deciſ. 112.

Manus appoſitio Papæ non officit quoad beneficium iuriſpatronatus laicorum, deciſ. 188.

Medicus ſi præbeat medelam ante obtentam diſpenſationem ſuper eius irregularitate, an cenſeatur ſubreptitia diſpenſatio, non facta mentione de dicta medela medio tempore præſtita, deciſ. 187.

Meretrix, an teneatur ſoluere decimas, deciſ. 143.

Mi-

Digitized by Google

Minor, an puniatur pœna ordinaria pro homicidio proditorio, deciſ. 77.

Monachus, quando agit in iudicio, conſenſus Superioris an debeat præcedere, vel ſufficiat ſubſequi, deciſ. 6.

Monitoria, nũ ſint concedenda pro ſcienda veritate, deciſ. 1.

Mulieris conqueſtus ſolus de vitio nefando, an ſit ſufficiens de per ſe ad ſeparationem Thori, deciſ. 71.

N

NOtarius Apoſtolicus, an poſſit ſtipulari inſtrumenta in cauſis prophanis in Regno, deciſ. 125.

Notarius conficiens falſitatem in inſtrumento alias nullo, an poſſit puniri pęna ordinaria falſi, deciſ. 135.

Nouerca, an poſſit deponere in fauorem ſui priuigni, deciſ. 217.

Nouitius Hoſpitalis S. Antonij de Vienna delinquens extra clauſtra, an poſsit à loci Ordinario puniri, ex vi Concil. Trident. deciſ. 223.

Nouitius in Religione Canonicorum Regularium reſignans beneficium iurispatronatus ad fauorem certæ perſonæ in manibus Sanctiſſimi, nulla facta mẽtione iurispatronatus propter quod reſignatio non habuit effectum, an facta profeſſione in Religione, & patronis alium præſentantibus, poſſit redire ad dictum beneficium, an verò ſit inſtituendus præſentatus, deciſ. 207.

Nũcius Apoſtolicus, an cognoſcat de illicitã negotiatione facta per Magiſtrum Actorũ foraneum Ordinarij, deciſ. 69.

O

OCcidens amicum reconciliatum, an dicatur proditor, deciſ. 168.

Occidens inimicum à tergo, an dicatur proditor, vt non gaudeat immunitate eccleſiaſtica, deciſ. 80.

Offendens eos, qui non ſunt cõprehenſi verbis extrauagãti de protegendis, an dicatur impeditor S. Officij, deciſ. 74.

P

PArochi indignè, & irreuerenter tractantis Sacramentalia pœna, deciſ. 96.

Parochi omittentis fidei profeſſionem pœna, & cauſæ, ex quibus veniat excuſandus, deciſ. 220.

Parochus ad hoc, vt poſſit baptizare cum clauſula (ſi non es baptizatus) quod nam dicatur dubium probabile, ad ornatum text. in cap. de quibus de baptiſm. deciſ. 127.

Parochus, an poſſit prohibere ne cadauera punitorum alibi, quàm in ſua Parochia ſepeliantur, deciſ. 215.

Parochus, qui non docuit Doctrinam Chriſtianam ſuos Parochianos, qua pœna ſit puniendus, deciſ. 22.

Pater an poſſit præſentare filium ad iuſpatronatus, deciſ. 36.

Patronis duobus, quorum alter eſt Baro, alter priuatus, concurrentibus ad præſentandũ in beneficio iurispatronatus, an præſumatur vſurpatio, deciſ. 21.

Periurus, an ſit relaxandus è carceribus ſub iuratoria cautione, deciſ. 114.

Perſonæ induſtria, ex quibus coniecturis cenſetur electa, deciſ. 88.

Petens debitum ſolutum, non incidit in crimen ſtellionatus, niſi effectualiter exegerit, deciſ. 40.

Petens reſciſſionem tranſactionis, an ſit audiendus, acceptis prius non reſtitutis, deciſ. 117.

Praxis ſuper recognitione apocharum, quæ nam ſit, deciſ. 183.

Præcedere illi debent in controuerſia, & lite pendente manuteneri debent, qui tempore litis motæ reperiuntur poſſidere, deciſ. 132.

Præcedere illi debent in proceſsionibus Religioſorum, qui ſunt antiquiores in loco, deciſ. 131.

Priuilegium Eccleſiæ, vt poſsit cogere vicinum ad vendendum domum pro eius ampliatione, an extendatur ad locationem, deciſ. 10.

Prohibitus expreſsè rem alienare, an prohibeatur eãdem rem in emphyteuſim concedere, deciſ. 32.

Q

QVietatio facta ſub prætextu ſolutionis, deinde non ſequutæ, an noceat quietanti, deciſ. 75.

Ra-

R

RApiens Nouitium à Religione, libidinis cauſa, an puniatur pœna raptus, deciſ.214.

Rector ad effectum, vt valeat vti honoribus, iuribus, & prçcedētijs in eius Eccleſia, pôt Epiſcopus aſſignare horam, & tempus diuina celebrandi, deciſ.68.

Regula, quod præſentatus ad beneficium iuriſpatronatus debeat exhiberi perſonaliter, & ſenſibus corporeis coram Ordinario, an locū habeat in perſonis notis, & valde qualificatis, deciſ.139.

Regulares, an poſſint facere proceſſiones extra clauſtra, deciſ.90.

Rem non poſſe per alios teſtes probari, qualiter intelligatur, deciſ.218.

Res furtiua reperta penes aliquem, quādo faciat indicium contra illum, deciſ.50.

Reuelatio confeſſionis, qualiter probanda veniat, deciſ.190.

Reuelationes vigore literarum monitorialium factæ, an proſint agenti in iudicio cauſarum criminalium, dec.219.

Reus pauper, an habeat expenſas litis ab actore, deciſ.56.

Reus, ſi declarat habere teſtes pro repetitis, præter mortuos, & abſentes, an qualitas abſentiæ, vel mortis ſit probanda per ipſum reum, vel per fiſcum, deciſ.210.

Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. in liquidatione inſtrumenti contra Clericū, an ſeruetur in Cur. Archiep. Neapol. deciſ.155.

S

SAcerdos celebrans abſque licentia Cur. Archiep. Neapol. qua pœna punitur, deciſ.150.

Salarium, an ſit dandum Procuratoribus, quando non fuit conuentum, deciſ.85.

Sæuitiæ quales eſſe debeant, vt dicantur ſufficientes ad ſeparandum matrimonium, deciſ.121.

Sententia debet ferri iuxta petitionem factam in libello, licet narrata in articulis repugnent, deciſ.5.

Sententia, qua prçcipitur, appellatione pendente nihil eſt innouandum, an ſit interlocutoria, deciſ.212.

Sententia Vicarij Vltramontani aſſerentis mulierem, aliquem non habere maritum, an ſufficiat, ad effectum, vt poſſit contrahere matrimonium in Ciuitate Neapolis, deciſ.170.

Separatio Thori, an concedatur, ſi os malè oleat, ita quod arte medica curari non poſſit, deciſ.66.

Sequeſtrum, an concedatur creditori inſtrumentario contra debitorem cui interdicta eſt adminiſtratio bonorum, & declaratus prodigus, deciſ.41.

Socij criminis, qui fuit ſuſpenſus, dictum, an faciat indicium ad torturam contra ſocium, deciſ.24.

Socius itineris, an poſsit teſtificari pro ſocio offenſo, deciſ.2.

Sponſalia contrahens, ſub conditione, ſi dos ſibi ſoluatur intra certum tempus, an ſi pendente conditione ſolutionis dotis, puellam deoſculatus fuerit, cenſeatur conditioni renūciaſſe, dec.195.

Stylum nō præſumi, ſed alleganti incumbere onus probandi, deciſ.53.

Subcollector deputatus in vna Diœceſi, delinquens in alia, an ſit exemptus à iuriſdictione Ordinarij, deciſ.178.

Subditus, an poſſit ſe tueri regula de triennali aduerſus eius Epiſcopum, deciſ.16.

Subreptio gratiæ, an ſit probanda per fiſcum, an verò per eum, qui gratiam obtinuit debeant iuſtificari narrata, deciſ.108.

T

TErminus, an debeat dari in habilitatione à iuramento, parte aduerſa comparente, deciſ.30.

Terminus, an ſit concedendus aduerſus literas cambij, deciſ.166.

Teſtes de immemorabili deponentes, an ſit neceſſe, quod deponant requiſiti ſinguli de ſingulis, an verò ſufficiat omnes in vniuerſum, deciſ.161.

Teſtes duo deponentes de his, quæ viderunt in minori ætate, an conuincant, deciſ.151.

Teſtes

Digitized by Google

Teſtes duo inhabiles, & non omni exceptione maiores, an conuincant in criminibus occultis, deciſ.196.
Teſtes probantes ſæuitiam ad effectum ſeparandi matrimonium, cuius qualitas eſſe, & quomodo deponere debeāt, deciſ.120.
Teſtis, an poſsit interrogari de certa hora rei geſtæ, elapſis iam ſex menſibus, deciſ.25.
Teſtis ex interuallo, an in fauorem fidei poſsit dictum ſuum corrigere, dec.57.
Teſtis varius, quis dicatur, deciſ.148.
Text. in cap. ad falſariorum de crim. falſ. diſpoſitio, an locum habeat contra falſificantes literas Cardinalis ſcribentis nomine Sanctiſſimi, deciſ.42.
Text. in cap. ſanè de for. comp. an procedat in bonis mobilibus, deciſ.79.
Text. in l. congruit C. de locat. prædior. lib. 11. an procedat in prædijs Eccleſiæ, deciſ.181.
Text. in l. quoties C. de rei vendicat. an procedat Eccleſia vendente, deciſ.177
Tormenta, an mutentur in Cur. Archiep. Neapol. deciſ.102.
Torto perſiſtente in negatiua, quid agendum, deciſ.101.
Tortura, an iterari poſsit, vbi apparet tortum illuſiſſe tormentis, illaq; euaſiſſe per aliqua medicamenta, deciſ.103.
Tortura an poſsit inferri pro re pecuniaria, deciſ.39.
Tutor, an poſsit erigere iuſpatronatus de rebus pupillorum, deciſ.13.

V

Vicarius, an dicatur ſuſpectus in puniendo eum, qui falſificauerat eius ſigillum, deciſ.54.
Vicarius an poſsit minuere pœnam inflictam per edictum Epiſcopi, deciſ.14.
Vicarius, an poſsit præſtare cõſenſum ad fundandum iuſpatronatus, deciſ.140.
Vicarius, an teneatur admittere appellationem ab eius decreto de præſeruandis exceptionibus ad merita cauſæ, deciſ.26.
Vicarius Capituli ſede vacante, an poſsit exequi diſpenſationes directas Vicario Epiſcopi, deciſ.38.
Vicarius nouus, an debeat iterum citare partem abſentem, & contumacem, deciſ. 194.
Vicarius, quod nam genus probationis mortis admittere debet, ad hoc, vt cõcedatur licentia contrahendi ſecundum matrimonium, deciſ.18.
Vicinus, an poſsit cogi ad vendendum domum Eccleſiæ pro ampliatione Cappellę, ad intellectum text. in cap. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer. deciſ.147.
Vicinus, an poſsit compelli ad vendendum domum pro ampliatione Hoſpitij Religioſorum, ad ampliationem text. in l. nec emere C. de iur. deliber. deciſ. 138.
Vir, cui non conſtat de adulterio vxoris, ſi ſumit ſacrum ordinem, ſuſpectus eſt de fide, deciſ.123.
Votum caſtitatis ſe non emiſiſſe, quis aſſerens, an ei credatur, deciſ.4.
Vouens certum Monaſterium, ſeù certam Religionem intrare, ſi ibi non recipiatur, an liber manet, ita quod poſsit contrahere matrimonium, deciſ. 175.
Vſufructuarius omnium bonorum, habet ius præſentandi ad beneficium, deciſ. 23.
Vſusfructus, an differat à commoditate fructuum, deciſ.118.

F I N I S.

D E.

Digitized by Google

DECISIONES CVRIAE ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLITANAE,

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO

Canonico, ac Viro Patricio Neapolitano, vno ex Conſultoribus eiuſdem Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria concedi debent pro ſcienda veritate alicuius rei, contra ſcientes ſcilicet, & non reuelantes.*

2 *Monitoria conceduntur ad hoc, vt quis exeat à peccato.*

Monitoria num ſint concedenda pro ſcienda veritate.

DECISIO I.

FVit pluries dubitatum in Cur. Archiepiſc. Neapol. an debeant concedi monitoria ſub pœna excommunicationis ad finem reuelationis faciendæ pro habenda veritate declarationis, abſente parte, & extra iudicium factæ, alicuius rei grauis, præſuppoſito in ea intereſſe petētis dicta monitoria? Dicebatur primò pro parte negatiua prædicta monitoria non eſſe concedenda, niſi ſeruata forma Concil. Tridēt. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 3. & ſic non qualibet re vulgari: & quia confeſſio extraiudicialis facta, parte abſente, non inducit præiudicium, cum non probet contra confitentem, l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. ergò non debent concedi.

Secundò, quia occaſione dictæ excommunicationis, partes ſolent procurare falſas atteſtationes per viam reuelationis, & ſic daretur occaſio committendi peccata, quod nequaquam debet permitti cap. fin. de iniurijs.

Tertiò, quia excommunicatio generalis, non ligat niſi exiſtētes in peccato mortali, cap. nullus 11. q. 3. ſed in caſu propoſito, non poteſt cōſiderari peccatum ex parte teſtium, ergò excommunicari non poſſunt.

Quartò, & vltimo, dicta monitoria nequaquam concedi debent, niſi quādo veritas aliunde haberi non poteſt, Sot. in 4. diſt. 27. q. 1. art. 2. Silu. Nupt. in verb. monitoriæ, Prob. cap. 2. de conſtit. in ſexto, ſed hæc veritas haberi poteſt à perſonis, à quibus dictam reuelationem eſſe factam didicit, ergò.

1 Non obſtantibus his, contrarium aliquando fuit deciſum in dicta Archiepiſc. Cur. ſiquidem dicta monitoria ad finem reuelādi, ſunt remiſſa à Concil. Trid. arbitrio Epiſcopi; qui in rebus grauibus, & cauſis, diligenter, ac maturè examinatis, quæ animum eius mouent conce-

Digitized by Google

dere debeat: & quia pro habenda veritate alicuius rei, poteſt fieri excommunicatio contra ſcientes, & non reuelantes, cap. ad noſtram il ſecundo de reg. iur. ergò cauſa pro ſcienda veritate alicuius rei grauis, dicitur ſufficiens ad mouendum eius animum, vt concedatur, præberetur enim occaſio peccandi, dum non manifeſtaretur veritas cap. 1. de crimine falſi.

Nec obſtant in contrarium adducta; & primò, quod probata cõfeſſio extraiudicialis facta, parte abſente, nihil releuet, cum non probet contra confitentem, nam benè probat de æquitate canonica, Put. deciſ. 52. lib. 2. & etiam de rigore iuris quandoq. probat ſemiplenè, & quandoq. plenè, vt per Maſcard. de probat. concluſ. 347. per totam.

4 Nec obſtat ſecundo, monitoria non debere concedi, vt inde inducatur ad peccandum, ſed potius ad euitanda peccata: nam in caſu noſtro conceduntur, ne quis permaneat in peccato, & reuelando veritatem exeat à peccato, d. cap. 1. de crim falſi.

Non obſtat tertio, quod in caſu propoſito, reſpectu teſtium, non poſſit conſiderari peccatum, ſcientes enim veritatem alicuius rei, & non reuelantes in peccata incidunt, d. cap. 1.

Nec obſtat quarto, & vltimo poſſe haberi veritatem, abſque monitorijs huiuſmodi à perſonis, quæ ſciunt cõfeſſionem eſſe factam, nam hoc nõ ſemper eſt verum, cum fortaſſe ab vnico teſte, vel à teſte de auditu didicerit, & concedendo dicta monitoria reuelarentur alij teſtes, qui fuerunt præſentes, qui ignorabantur, ac ſic probaretur veritas, quæ præualere debet falſitati, vel opinioni, Rot. Roman. deciſ. 8. de teſtib. in antiquis. Benè verum tamen eſt, quod cum concedere dicta monitoria ſit arbitrarium; quando eſſet ſuſpitio falſitatis, poſſent denegari.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de teſtibus eſt prohibitorium.*

2 *Socius itineris non poteſt pro offenſo ſocio teſtificari.*

3 *Ad repellendum teſtem ſufficit, quod cauſa inimicitiæ ſubſiſtat, vel ſubeſſe præſumatur.*

Socius itineris, an poſſit teſtificari pro ſocio offenſo?

DECISIO II.

Ratio, quæ inducit dubitationem pro opinione affirmatiua eſt, quod edictum de teſtibus eſt prohibitorium, l. mutus, & ibi communiter omnes ff. de procurat. gloſ. & ibi Bald. in rubr. ff. de teſtib. & idem Bald. conſ. 22. vol. 1. & in conſ. 213. vol. 2. Alex. conſ. 23. vol. 1. & omnes admittuntur ad deponendum, quibus non reperitur expreſsè prohibitum, gloſ. d. rubr. ff. de teſtib. & Mynſing. cent. 6. obſeru. 8.

Contrarium fuit deciſum in Cur. Archiep. 2 ſupradictis non obſtantibus, nam fuit dictum, non potuiſſe admitti ad deponẽdum quemdam clericum ſocium itineris alterius clerici inquiſiti de homicidio in dicto itinere, cuius deciſionis ratio eſt illa, quæ deſumitur ex concluſione firmata per Capoll. in conſ. crim. 32. nu. 7. & per Gratnat. deciſ. 25. nu. 1. & 2. Foller. inter conſ. crim. diuerſor. cõſ. 137. col. 1. & 2. tom. 1. & in conſ. 76. nu. 2. tom. 2. quod ſocij itineris, ſeu qui reperiebantur in ſocietate alicuius, quando eſt offenſus, aut iniuriatus non poſſint teſtificari pro dicto ſocio ſuper tali offenſa, vel iniuria, quia dicuntur teſtificari in cauſa propria, ex quo talis iniuria facta ſocio itineris, dicitur eis facta, vt notat gloſ. in l. item apud Labeonem § tenetur ff. de iniur. & conſequenter præſumuntur effecti inimici offendentis, & iniuriantis. Ad repellendum itaq. teſtem ſatis eſt, quod cauſa inimicitiæ ſubſiſtat, vel ſubeſſe
3 præſumatur, etiam ſine odio, ſecundum Innoc. in cap. cum P, I, & A, nu. 5. in fin. extra de re iudic. quem in propoſito refert, & ſequitur Cæpoll. in conſ. 32. num. 6. Alex. in conſ. 99. nu. 2. lib. 1. & Marſil. & alios plures ad hoc referens in ſuo ſingul. 178. & in l. 1. §. præterea nu. 3. ff. de quæſt. propter quod concludit idem Foller. in d. conſ. 137. ſub nu. 3. verſ. nec verum eſt, & in fin. quod nec indicium faciunt ad torturam, nam non ſolum repulſantur, ſed repelluntur, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Citatio generalis ad totã cauſam, & omnes actus, contumacia non obſtante, &c. eſt legitima.*

2 *Facta generali citatione procedi ſolet in ipſa cauſa, & pronunciatur etiam definitiuè abſque vlteriori citatione.*

3 *Citatio generalis arctat citatum ad duo, ſcilicet ad comparendum in termino, & comparendum ad cauſam.*

Citatio generalis an ſufficiat, & quid obſeruatur in Curia Archiepiſcopali.

DECISIO III.

Solent citari partes ad totam cauſam, & ad omnes & ſingulos actus eiuſdem cauſæ, vſ-
1 que ad diffinitiuam incluſiuè cum cõminatione, quod aduerſus citatos, contumacia non obſtante, procedetur ad cognitionem, & pronunciationem, & huiuſmodi citationem de iure ſubſiſtere, etiam tenet Innoc. in cap. conſuluit de offic. deleg. Bald. Angel. & Imol. in l. qui ante Kalendas ff. de verb. oblig. Specul. in tit. de citat. §. viſo verſ. item licèt in die, & Io. Andr. in d. cap. conſuluit, item Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. per edictum: contrarium tamen videntur tenuiſſe Io. Andr. in addit. ad Specul. in d. verſ. item licet, Butr. d. cap. conſuluit, & Panorm. in cap. vlt. col. 34. de dilat. videlicet, quod talis citatio generalis non ſit permiſſa, niſi ex cauſa, quando ſcilicet perſona citanda eſſet in longinquis partibus, per cap. tum ex literis ad fin.

Digitized by Google

fin. de in integ. reſtit. & c. 4. in fin. de dol. & cõt. ſed prior opinio ſicut eſt communior, ita quoque frequentatur, adeò vt facta huiuſmodi ge-
2 nerali citatione, procedi ſoleat in ipſa cauſa, & pronunciari etiam definitiuè, abſque vlteriori citatione, pro qua eſt text. ad literam in l. qui crimen, ibi, vt veniat ad cauſam peragendam, C. qui accuſare nõ poſſunt, Dom. de Rot. deciſ. 96. in nouiſs. Iaffred. Balb. deciſ. 24. cent. 2. In quibuſdam tamen caſibus plures citationes requiruntur, vt in cauſis purgationum, & materia l. diffamati C. de inge. & manu. vt ibi. Porrò talis citatio generalis arctat citatũ ad duo, ſci-
3 licet ad comparendum in termino, & ad comparendum ad cauſam, vnde licet Actor, & reus in primo termino non compareant, tamen ſi Actor deinde in alio termino veniat, & Reus non, proceditur ad petitionem Actoris in contumaciam Rei ad proclama, ſitq. deinde vlterior progreſſus, vſque ad diffinitiuã: licet enim primus citationis actus ſit comparitio in termino circumductus, & deletus, tamen ſecundus effectus, nempè comparitio ad cauſam durat, deciſ. Rotæ 354. in antiq. Ideo fuerunt aliquando in cauſis promulgata decreta in contumaciam Rei ſic citati, etiam ſi Actor poſt primum terminum ad duas, vel tres hebdomadas demum comparuerit.

SVMMARIVM.

1 *Creditur mulieri aſſerenti cum iuramento ſe non vouiſſe caſtitatem, ad finem ne impediatur à contrahendo matrimonium.*

2 *Vbi dubitatur an votum fuerit emiſſum, ſumenda eſt interpretatio pro libertate.*

Sit ne credendum dicto aſſerentis, ſe non emiſiſſe votum caſtitatis?

DECISIO IV.

MVlieri contrahere volenti matrimonium, opponebatur ſe emiſiſſe votum caſtitatis, ideò per Curiam Archiepiſcopalem mandatum fuit Parocho loci, ne dicta mulier ad ſic contrahendum admitteretur, ſed pro parte mulieris petebatur licentia contrahendi matrimonium, negando, ſe emiſiſſe votum caſtitatis. Fuit dubitatum an eſſet adhibenda fides eius
1 aſſertioni, & fuit reſolutum affirmatiuè, præſtito tamen per eam iuramento, quam deciſionem fundauimus ex infraſcriptis. Primò quia in his, quæ dependent ex conſcientia alterius, ſtatur eius dicto cum iuramento, Bald. cõſ. 423. col. 1. Alex. conſ. 16. Alban. conſ. 60. nu. 7. & ſeq. gloſ. in cap. propoſuiſti in verbo non probatur diſt. 81. dicit, quod probat, qui aliquid dicat, præſtito iuramento, & in cap. in lectum 34. q. 2. extra de ſent. excomm. cap. ſi verò il ſecondo notab. 4. q. 5. cap. quiſquis in fin. de homicid. & ratio eſt, quia vix creditur, quem fore immemorem propriæ ſalutis 1. q. 7. cap. ſancimus, & illi magis eſt adhibenda fides, qui eſt conſcius veritatis. Secundò, quia quæ in animo noſtro conſiſtunt, iurata aſſertione probantur, Bartol. in l. Ce ſus nu. 6. ff. de vſucap. Roman. conſ. 76. nu. 5. conſ. 320. num. 9. & conſ. 398. nu. 5. Alciat. præſumpt. 16. in princ. in 3. regul. Iaſ. in §. ſed iſte nu. 88. inſtit. de act. & in l. admonendi n. 309. de iureiur. Rota deciſ. 3. de reſcript. in nou. Marſil. in verb. eodem de probat. nu. 122. Maſcard. de probat. concl. 954. nu. 5. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 1. vide tamen Marſil. in l. 1. nu. 78. C. ad l. Cornel. de ſicar. Hinc eſt, quod allegãs animum ſe non habuiſſe occidendi, probat ſuo dumtaxat iuramento, Iaſ. in l. admonendi nu. 310. de iureiur. Tib. Decian. conſ. 93. ſub num. 95. lib. 2. Hinc etiam oritur, quod aſſertione iurata affirmantis probatur aliquod factum fuiſſe calore iracundiæ. Berous conſ. 189. nu. 7. lib. 3. Similiter ad probandum quem feciſſe aliquid, ex aliqua cauſa motum, eius iuramento probatur, Gabriel. de crimin. concl. 8. num. 68. aliquid factum fuiſſe timore partis, ſimiliter iuramento probatur: nam timor conſiſtit in animo, Petr. Anton. Anguiſſol. in conſ. 1. nu. 10. lib. 5. Burſat. conſ. 333. num. 17. lib. 3. quod verum credimus, quando concurrunt aliquæ coniecturæ, vt inquit Anguiſol. ibi, & quod denunciator, animo calumniandi, crimina non denunciauerit, eiuſdem denunciantis iuramento probatur gloſ. in cap. fin. vbi Abb. nu. 7. de calumniator. & an caſu, vel doloſè, & ex propoſito aliquis aſtiterit homicidio ſtandum eſt ipſius iuramento, Cæphal. qui alios inducit conſ. 76. libr. 1. Burſat. conſ. 316. num. 27. lib. 3. filius habitans domi patris, quamuis præſumatur animo educandi, quoniam actio pendet ab animo, ſtandum eſt eius iuramento, ſi aſſerat tali animo non habitaſſe, ex congeſtis ex Seraphin. de priuileg. iurament. priuil. 3. nu. 2. & ſeq. Tiraquell. de præſcript. §. 2. gloſ. vnic. col. 3. verſ. quibus in caſibus. eademq. ratione probatur, quod animo inhabitandi aliquis ſe contulerit ad ciuitatem, Tib. Decian. conſ. 98. nu. 9. lib. 3. & quod ob ignorãtiam proprij iuris, & ob errorem, aliquis ſe cerit aliquem actum iuramento probetur, idem Decian. conſ. 66. nu. 83. & ſeq. lib. 3. Si quid prohibitum reperiatur domi, quod ignorabatur adeſſe iuramento probari valet, idem Decian. conſ. 93. num. 91. 92. & ſeq. lib. 4. quod iuſta cauſa diſceſſerit, aut fugerit, Seraphin. d. priuil. 3. nu. 3.

Tertiò, quia cõcluſio iuris eſt, quod vbi du-
2 bitatur an votum fuerit emiſſum, ſumenda eſt interpretatio pro libertate, & ſic contra votum, ita Medin. in ſumma cap. 90. Lopez in inſtruct. conſcientiæ par. 1. cap. 45. & cap. 84. Rodriq. in ſumma tom. 2. cap. 99. concl. 5.

SVMMARIVM.

1 *Quandò extat clara petitio in libello, non poteſt proferri ſententia iuxta narrata in articulis.*

2 *Vbi petitio eſt particularis, ſententia vero generalis, reducitur ad particularem petitionem.*

A 2 Sen-

Digitized by Google

Sententia debet ferri iuxta petitionem factam in libello, licet narrata in articulis repugnent.

DECISIO V.

Licet pluries ſit deciſum in Cur. Archiepiſc. ſententiam poſſe proferri iuxta narrata in articulis, fuit tamen dictum hoc minimè procedere, nec locum habere, vbi extat clara petitio in libello, quę concluſio locum habet, etiam ſi in articulis narrata contradicerent petitioni, vt probatur in l. vt fundus ff. de communi diuidundo, vbi ſententia debet eſſe conformis libello, latè proſequitur Iaſ. vbi ponit ampliationes, & limitationes dictæ regulæ in l. vinum ff. ſi cert. pet. & probatur in l. fin. C. de fideicommiſſ. libertatib. vbi fatuus dicitur ille Iudex, qui vltra petita condemnat, ad idem expenditur text. in l. ſi mater §. denique verſ. ſi quis de except. rei iudic. vbi ſi petitio eſt particularis, ſententia licet eſſet generalis, reducitur ad particularem petitionem, imò ſi petitio eſſet particularis, proſequutio, & ſententia vniuerſalis, exceptio rei iudicatæ non obſtat, niſi in petitis particulariter: nam origo petitionis attenditur d. l. ſi mater §. & an eadem cum gloſ. in verb. origo, & ita in terminis Soccin. in conſ. 18. col. pen. vol. 1. qui multos allegat, & Soccin. Iun. in cap. aduerſario num. 12. de except. ſecundum Ann. in allegat. 48. vnde quando petitio eſt particularis de ſeruitute præſcripta, licet proſequutio fuiſſet magis larga in articulis, non obſtat exceptio niſi in petitione particulari: nam quando libellus eſt particularis, licet in articulis productum eſſet aliquid largius, & plus ſuper illo, pluris iudicandum non eſt, ita Io. Andr. in cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat. Faber inſtit. de replicat. in princ. Loffred. cumulat in conſ. 25. col. fin. vnde ſecundum eumdem Ann. in ſingul. 312. libellus debet continere ea, quæ in iudicio petuntur, & non iudicatur niſi ſuper deductis in libello; nam ſuper deductis in articulis tantum, non fertur ſententia, niſi impropriando libellum, vt fertur fuiſſe iudicatum in cauſa Vniuerſitatis Caſularum, cum magnifico Io. Vincentio Criſpano eius vtili Domino, ſuper paſcuis animalium magnorum: nam in libello tantum erat dictum, quod fuerat ſpoliatus paſculo ſyluarum in granaminibus contentarum, & in articulis verificauit fuiſſe ſpoliatum à paſcuo tàm pecorum, quàm aliorum animalium, vnde Aduocatus partis dicebat non eſſe intentatum pro animalibus magnis, & è contra replicabatur in oppoſitum, quia libellus ipſe generalis, tandem fuit lata ſententia etiam ſuper paſcuo pecorum de anno 1572. menſe Septembris, & menſe Decembris 1575. fuit lata ſententia in Regia Camera. Criſpo Actuario.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus non poteſt inſtare in iudicio abſque ſuperioris conſenſu.*

2 *Acta facta in iudicio à Monacho, conualidantur per ſuperuenientem ſuperioris conſenſum.*

3 *Quando conſenſus non requiritur certo, & limitato tempore, tunc actus conualidatur quandocumque dictus conſenſus ſuperuenerit.*

Conſenſus ſuperioris, an debeat præcedere, vel ſufficiat ſubſequi, quando Monachus agit in iudicio.

DECISIO VI.

Religioſus comparuit in Cur. Archiepiſc. inſtando cõtra quemdam clericum, cumq;
1 pro parte dicti clerici opponeretur de nullitate actorum ob defectum conſenſus ſuperioris, & cũ dictus Religioſus egiſſet, vt ſuperior præberet conſenſum, fuit dubitatum in dicta Curia an acta nulla conualidarentur ob ſuperuenientem conſenſum; & dictum fuit, veram eſſe iuris concluſionem, Religioſum non poſſe inſtare in iudicio abſque conſenſu ſuperioris, clem. relig. de procurat. Salyc. in auth. cauſa, quæ ſit C. de epiſc. & cler. poſt Innoc. in cap. edoceri de reſcript. Cappell. Tholoſ. deciſ. 2. ita vt nec poſſit Procurator conſtitui abſque conſenſu dicti ſuperioris, idem Innoc. cap. cum I. & A. de ſent. & re iudic. & eadem Cappel. Thol. in deciſ. 124. & 125. & ita tenuit Rota teſte Achil. de Graſs. in deciſ. vnic. de regular. cuius tenor eſt, videlicèt: Monachus licet non poſſit eſſe in iudicio, nec conſtituere Procuratorem, abſque licentia ſui immediati ſuperioris, iuxta text. in clem. relig. de procurat. quod ampliauerunt Domini in vna Pampilonen. coram eodem de anno 1548. etiam ſi Monachus in capitulo congregato feciſſet tale mandatum, & non appareret, quod in dicto Capitulo eſſet Prior. Tamen in eadem voluerunt Domini, quod ſi cauſa fuiſſet commiſſa contra Monachum, & Monachus fuiſſet citatus, & conſtitutus fuiſſet Procurator ab eodem, quod teneret proceſſus, tùm quia citando videtur approbaſſe inhabilem, vt poſt Panorm. in cap. cum inter de except. latè Dec. in l. fin. nu. 45. C. de edict. Diu. Adr. toll. & maximè quia comparet pro defenſione ſuæ Eccleſiæ, prout tradunt omnes Doctores in d. clem. & habetur in deciſ. noſtra 221. in nouis.

His ſic præhabitis, redeamus ad propoſitum
2 caſum. Dicebatur prædicta acta nulla, conualidari per ſuperuenientiam dicti conſenſus ſuperioris, ex doctrina Bart. in l. 3. §. hoc iure ff. de except. rei iudic. vbi voluit, quando aliquid eſt nullum ratione conſenſus deficientis, conualidatur, quandocunque interuenerit dictus conſenſus, idem Bart. in l. licet ff. de ferijs, vbi acta nulla ex defectu conſenſus ob ſuperuenientiam
3 conſenſus validantur; & hoc maximè procedit vbi conſenſus non requiritur certo, & limitato tempore, vt per Bald. conſ. 22. lib. 4. ad idem expenditur text. in l. quid ergo ff. de his, qui notant. infam. quem ornat Bart. in l. obligari §. tutor ff. de authorit. tutor. & Bald. in l. quicunque C. de bon. quæ liber. vbi ſi conſenſus, qui ab

initio

Digitized by Google

nitio debebat præſtari, non fuit præſtitus, quãdocumque præſtatur, validat actum, prout dicitur de actis factis per Procuratorem carẽtem mandato, nam per ſuperuenientiam mandati, dicta acta validantur, & dicũtur valida, idem in alienante rem alienam, nam per ſuperueniẽtiam conſenſus ſuperioris, valida erit alienatio l aliena res ff. de pignor. act. Nam dicebatur ad hoc facere illud de conſenſu patris filio comparenti in iudicio, nam licet ab initio non fuerit præſtitus, quandocumque tamen præſtetur validat iudicium, ex deciſ. Afflict. 185.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio beneficij in dubio eſt prohibita.*
2 *Circa hanc beneficiorum diuiſionem adducuntur duæ Rotæ deciſiones.*

Diuiſio beneficij in dubio non præſumitur quamuis per aliquod tẽporis ſpatiũ appareret de ſtatus mutatione.

DECISIO VII.

1 IN cauſa iuriſpatronatus quond Petri de Minutulis fundatoris quatuor Cappellaniarum, fuit reſolutum in dubio non eſſe præſumẽdam diuiſionem dictarum Cappellaniarum in decem, ex eo, quod diuiſio, ſeù ſectio beneficiorum prohibita eſt in Concil. Turonenſ. vt in cap. maiorib. & cap. dilecto de præb. vbi Abb. & alij. Lamb. tom. 1. par. 2 q. 7. art. 17. de iurepatr. vide etiam Rebuff. in repet. cap. extirpandæ §. qui vero de præb. 6. notab. in 3. modo percipiẽdi fructus, & Burſat. conſ. 185. lib. 2. Garſ. de benefic. par. 12. cap. 4. in princ. & ita fuit deciſum
2 in Rot. Rom. in vna Calaguritana beneficij de Ondatequi 28. Martij 1583. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, cuius verba ſunt hæc: reſolutum, quod diuiſio portionis integræ non potuit fieri per Ordinarium, quia licet multi patroni præſentauerunt plures, ita vt præſentati fuerint pares, optio eſt Epiſcopi in gratificando, cui voluerit, vt poſt Io. Andr. notat Abb. in cap. cum autem nu. 8. de iurepatr. Dec. conſ. 127. in princip. & 129. col. 2. verſ. licet alius, Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 3. q 5. art. 1. non autem poſſunt dicti patroni inſtituere plures ſecundum Card. clem. plures §. fin. q 2. & notat Abb. in cap. 2. de iurepatr. Lambert. d. q. 5. art. 21. quia beneficia non poſſunt diuidi cap. maioribus de præbend. & iterum cenſuit eadem Rota in vna beneficij de Arriola 18. Iunij 1593. cuius verba ſunt hæc, videlicet: Vna tantum parte informante Domini concluſerunt, diuiſionem integræ portionis, de qua agitur, in vnam dimidiam portionem, & duo quarta de iure non ſubſiſtere, quoniam ſectio beneficiorum eſt prohibita cap. maioribus cap. dilecto, vbi poſt alios, Abb. de prebend. vt dixerunt Domini in alia Calaguritana beneficij de Ondatequi, coram Illuſtriſſimo Lancellotto 28. Martij 1583. niſi ex iuſta cauſa fiat cap. vacante cap. cum cauſam eodem titulo, gloſ in d. cap. maioribus iuſta enim cauſa in propoſito caſu non apparet, non quidem reſpectu indigentiæ beneficiorum, quia in dicta Eccleſia adſunt duo integri beneficiati, qui regulariter ſufficiunt pro cura, & gubernio vnius Eccleſiæ cap. vt quiſque, vbi Abb. nu. 1. de vit. & honeſtat. cler. cap. propoſuit de filijs Presbyter. Caſſador. deciſ. 19. num. 1. verſ. ſed pro affirmatiua de præbend. non ex augumento diuini cultus, quia huiuſmodi augumentum non habetur in conſideratione ex numero beneficiorum, niſi vbi Eccleſia propter defectum beneficiorum ſuis debitis ſeruitijs deſraudaretur, in hoc enim conſiſtit cultus diuinus, vt diuina officia celebrentur, cap. ex parte de conſtitut. cap. fin. de reſcript. in ſexto, Petr. de Vbald. tract. de Canonica Epiſcopi cap. 7. nu. 6. nec dicatur, quod imò ex augmento numeri beneficiatorum diuinus cultus augeatur, vt colligitur ex d. cap. ex parte, quia reſpondetur, quod hæc cauſa, non eſt ſufficiens ad inducendam diuiſionem beneficiorum, & præbendarum, Abb. & Imol. d. cap. vacante, Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. q. 12. art. 7. & inter alia requiritur, quod fructus ſufficiant pro omnibus beneficiatis, ſed non eſt probatum in caſu propoſito, quod fructus dictæ integræ portionis ſufficiant pro tribus beneficiatis, iuxta diuiſionem prædictam, & ſi aliter diceretur, ſequeretur, quod ſemper ex iſta cauſa augmenti diuini cultus eſſet locus diuiſioni beneficiorum contra iura prædicta. Non obſtat, quod ad lites dirimendas diuiſio beneficiorum aliquando permittatur, quia alio modo dirimi potuiſſet dicta lis, vt per reſeruationem penſionis, ſub beneplacito Apoſtolico, & concordiæ ſemper fieri debent, dummodo non ſequatur ſectio beneficij, cap. niſi eſſent de præbend. vt bene deducitur in d. Calaguritana beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius foraneus non facit vnum Conſiſtorium cum Epiſcopo, & propterea ab eius ſententia appellatur ad Epiſcopum.*
2 *Vicarius generalis facit idem tribunal cum Epiſcopo.*
3 *Vicarius generalis poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus tanquam habens dignitatem.*

A ſententia Vicarij foranei, an appelletur ad Epiſcopum.

DECISIO VIII.

FVit dubitatum ſi à ſentẽtia Vicarij foranei, poſſit ad Epiſcopum appellari, & videbatur quod non, ex regula iuris, quod ad eundem appellare non poſſumus l. 1. in fin. ff. de appell. & cap. cum ſpeciali, vbi Abb. latiſſimè eod. tit. Sed hoc non obſtante fuit contrarium reſolutum, quia Vicarius foraneus non facit vnum Conſi-
1 ſtorium, ſeu tribunal cum Epiſcopo, gloſ. in clem. & ſi principalis in verb. foraneo de reſcr.

Digitized by Google

& propterea à tali ſententia appellari poteſt ad Epiſcopum,vel eius Vicarium generalẽ d.gloſ. in verb.foraneo,recepta per Doctores ibi Felyn. ſuper 1.limit.Marant.in Specul.Aduoc. 4.part. diſt.5.nu.14.Couar.pract.quæſt.cap.4.nu.8. Sãchez de matrim.lib.3.diſput.29.q.1. num.10.& 12.Rota deciſ.297.nu.1.par.2.diuerſorum: nec poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus, d.clem.& ſi principalis,& ibi gloſ.& Doctores,Sbrot.lib.2. q.22.de offic.Vicar.vnde Rota in vna Abul.matrimonij de anno 1543.reſoluit à Iudice Metropolitano Archiepiſcopi Compoſtellani reſidẽte in Ciuitate Salamãtina, deputato ad cognoſcendum de cauſis appellationum Epiſcopatuum ſuffragatuum ſuffraganeorum,tamquam Vicario foraneo poſſe appellari ad Archiepiſcopum:nec obſtare, quod appelletur Generalis Vicarius, qui licet nominetur ſic, tamen in veritate non eſt,vt per Mohedan.deciſ.5.de appell.alias 133.Rota deciſ.1131.par.3.diuerſor.

Sed non idem dicendum eſt in Vicario ge-
2 nerali,quia facit vnum Conſiſtorium,ſeù Tribunal cum Epiſcopo,& dicitur ille, qui in Tribunali Epiſcopatus conſtitutus eſt, cum generali commiſſione, non facta ſpecificatione ad certum locum,ſeù partem Diœceſis,& dicitur principalis. gloſ.verb.foraneo in clement. & ſi principalis de reſcript.& ibi Cardin. num.3.& Imol.nu.17.Abb.nu.3. & Bonifac.num.2.& 21. Rebuff. in prax. tit. de Vicarijs Epiſcoporum nu.6.Couarr.d.cap.4.pract.quæſt.num.8.Sbrot. lib.1.q.3.nu.26.& q.23.& ſeq. & q.29. de offic. Vicar.Sanchez d.diſput.29.nu.11. & ideò ab eo non appellari ad Epiſcopum, cap. Romana de appellat.& de conſuet. in ſexto, & poteſt eſſe
3 delegatus Apoſtolicus, tamquam habens dignitatem,d.clement.& ſi principalis, & ibi gloſ.& Doctor.de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Sixti Quinti contra clericos malè promotos, redacta eſt ad terminos iuris communis.*

2 *Qui ante conſtitutionem moderatoriam Clementis Papæ Octaui inciderunt in pœnas Bullæ Sixti prædicti, non cenſentur abſoluti per dictam moderationem.*

Bulla Sixti V. edita contra Clericos malè promotos, in quo corrigitur per Bullam Clementis VIII.

DECISIO IX.

CLericus quidam fuit in Cur.Archiepiſc.inquiſitus de nonnullis falſitatibus, & inter cætera, ꝙ ſe ad Subdiaconatus ordinem cũ falſis dimiſſorialibus ordinari feciſſet;cumque de omnibus eſſet conuictus,cõtrouertebatur,quænam pœna eſſet contra eum infligenda, & fuit reſolutum,quoad falſitates eſſe cõdemnandum ad triremes per ſeptennium, quo verò ad pœnas canonicas fuit dictum de hoc extare plures Summorum Pontificum Cõſtitutiones,& Bullas,præcipuè Bullam Sixti V. quæ incipit: Sanctum, & ſalutare, editã anno Dominicæ Incarnationis 1588. nonis Ianu. Pontificatus ſui anno IV. ordinatus prima tonſura, aut maioribus, abſque veris dimiſſorijs ſui Ordinarij literis, ab executione, miniſterio, & exercitio ordinũ ſuſceptorum,& ab omni ſpe, & facultate aſcẽdendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſus eſt, & ſi in illis miniſtrare præſumpſerit irregularis efficiatur,& omnibus, & quibuſcunque per eum in titulum commendam,aut alias obtentis dignitatibus,officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis cum cura,& ſine cura, ſecularibus,aut regularibus,priuatus eſt,atque ad illa,& alia ſimilia, vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabilis eſt; & inſuper ſi clericus regularis fuerit, etiam voce actiua, & paſſiua ipſo facto priuatus eſt,nec ab alio, quam à Sũmo Pontifice, ab irregularitate ſic contracta, etiam ſi crimen penitus occultum fuerit diſpẽſari,aut à ſuſpenſione illa abſolui valet.

Sed quia Conſtitutio hæc Sixti V. nimis ri-
1 gida multis viſa fuit, & ſcrupulos varios, tàm promouendis, quàm eis, qui promoti fuerant generauit, eam Clemens VIII. noua quadam Conſtitutione,quæ incipit:Romanum Pontificem, edita anno Domini 1595. pridie Kalend. Martij ad terminos Sacrorum Canonum, ac Conſtitutionis fel.record.Pij Papæ II. quæ incipit: Cum ex ſacrorum ordinum,& ad diſpoſitionem decretorum Sac.Concil.Trid.reſtrinxit,& reduxit,necnon cenſuras, & pœnas in eiſdem literis moderatur, & tollit.

Verùm circa hanc Bullam moderatoriam
2 Clementis VIII. notandum eſt, quod qui in pœnas præfatæ Bullæ Sixti V. antequam hæc Clementis VIII. conſtitutio edita, & promulgata fuerat inciderunt,à pœnis illius Bullæ virtute conſtitutionis Clementis VIII. non liberantur,ſed earum diſpenſationem,& abſolutionem à Summo Pontifice petere,& obtinere teneantur, ac ſi Bulla hæc Clementis VIII. edita non fuiſſet,quamuis cenſuræ, & pœnæ in eiſdẽ Sixti literis,contra ſic delinquentes inflictę ſint moderatæ,& abolitæ in futurum; antea tamen incurſas non tollit,neque earum abſolutionem aut diſpẽſationem moderetur,vt ex ipſius Bullæ verbis manifeſtum eſt, ita hæc omnia, apud Sayr.in addit.ad conſ.Nauar.27.de temp.ordin.

SVMMARIVM.

1 *Reſoluitur dubium propoſitum, negatiuè.*

2 *Locatio ad longum tempus æquiparatur alienationi, ſecus verò ſi ſit ad modicum tempus.*

3 *Locatio ad modicum tempus non mutat dominium.*

4 *Nemo inuitus cogi debet ad locandum.*

Priuilegium Eccleſię, vt poſſit cogere vicinum ad vendendam domum pro eius ampliatione, an extendatur ad locationem?

DE-

Digitized by Google

DECISIO X.

QVidam Clerici,& Sacerdotes Neapol.degentes in quadam Eccleſia inſteterunt cōtra vicinum,qui prope Eccleſiam domum obtinebat,vt ipſis dictam domum locaret, allegātes non habere ſufficientem , & congruam habitationem pro ipſorum qualitate,cūq. renuiſſet hoc facere prædictus vicinus: fuit dubitatū, an de iure potuiſſet ille compelli, quemadmodum conſtringi poteſt ad vendendum pro ampliatione Eccleſiæ, & videbatur,quod ſic, quia locatio proxima eſt emptioni,& venditioni l.2. ff.locat. inſtit.eod.tit. §. 1. Bald.conſ.69. vol.1. vnde quemadmodum res Eccleſiæ non poſſunt alienari ita nec locari ad lōgum tempus,clem. fin.de reb.eccleſ. non alien.& facit text. in extrauag.ambitioſę eod.tit. Menoch.de arbit.lib. 2. caſ.5. Cauale. deciſ. 14 eædem ſolemnitates requiruntur in locatione , quæ in alienatione, Papon.lib.1.tit.13.arreſt.4. & dicebatur, quod in dubio iudicandum eſt in fauorem religionis, cuius fauore intelligatur in dubio id , quod eſt maius, Bald.conſ.16. vol.1. Alban.conſ.68. & ideò calix ſi debeatur Eccleſiæ , debet fieri de argento,ſecundum Bart.in l. Titia §. Seia ff. de ann.legat. & propterea cum hoc in fauorem,& priuilegium Eccleſiæ, iura concedentia. vt pro ampliatione Eccleſiæ poſſint cogi vicini ad vēdendum, debent extendi etiam ad locationem, argument. text.in l.cum quidam ff.de liber. & poſth. maximè cum apud ſacros Canones, alienatio, & locatio pari paſſu ambulent, vt ſcripſit Rot.in vna Nouarieſ. bonorum 8.Martij 1593. coram Penia,& hoc adeò verum eſt ſecundum Farinac.in deciſ.25.quod locatio bonorum Eccleſiæ non valet,ſi non conſtat de Eccleſiæ vtilitate, allegat Iaſ.in conſ.14.num.16. Dec.in conſ.142.num.6.

Nihilominus contrarium fuit reſolutum ex
1 eo,quod iura dederunt hoc priuilegium alienationi tantum,vt patet in l.ſi quis ſepulcrum ff. de relig.& ſumpt. funer. & ex latè traditis per Grammat.in deciſ.76.cum alijs, quos probaui in collect. 792.

Non obſtant cōtraria, præſertim illud de lo-
2 catione, quod æquipararetur alienationi, nā procedit quando locatio eſt ad longum tempus , tunc enim æquiparatur alienationi, & tunc locando dicitur , quis alienare l. ſi quis ante ff.de acquir.poſſeſſ.& ex ea transfertur poſſeſſio,& vtile dominium,gloſ.in l.3. §.ex contraria via, & d.l.ſi quis ante ff. eod.tit. Bald.conſ.325.nu. 4.Alex.conſ.25.vol.1.Tiraq.de retract.§.1.glo.
3 14.nu.79.& ſeq. Ex quibus limitatur text.in l. non ſolet ff.locat.vbi dicitur,quod non ſolet locatio dominiū mutare , quia intelligitur de locatione ad modicum tempus,& in hac locatione propriè habet locum ius congrui,Carroc.in tract. de locat.par.5.nu.2. Fugen.conſ.2. nu.8. Cauale. in repertor. deciſ. in verb.ius congrui limitat.7. Maſtrill. deciſ.4. Viu.deciſ 505. vnde Bald. in cap.1. §.denare qual.ol.feud.alien.pot. dixit,quod locatio nō dicitur alienatio, niſi fiat ad longum tempus,ſequitur Dec.conſ.14. vol. 1.Magon.deciſ. Florent.41. num.13. Quinimò prohibitus alienare, nō cenſetur prohibitus locare ad modicum tempus,Abb.cap.Eccleſię S. Mariæ nu.9.vt lit.pend.in cap. veſtra nu.5.de locat.& in cap.nulli n.13. de reb.eccl.nō alien. quia locatio ad modicum tempus , non dicitur alienatio,vt per Iaſ.in l.manumiſſiones ff.de iuſtit.& iur.ergò dum iura conceſſerunt hoc priuilegium alienationi, non debet extendi ad locationem modici temporis , maximè cum pro Dominō domus extet iuris cōcluſio, neminem inuitum eſſe cogendum ad locandum l.inuitus
4 C.locat.& dicti clerici prætendebant conducere ad modicum tempus , ſcilicet vſquequo eorum Monaſterium eſſet completum.

SVMMARIVM.

1 *Quæſitum reſoluitur affirmatiuè.*
2 *Mulier non poteſt eſſe curatrix,quia neſcit defendere iura.*
3 *Ad præſentandum in beneficio,admittūtur omnes habentes legitimam adminiſtrationem fructuū.*
4 *Creditor,qui tenet pignus, nō admittitur ad præſentandum , quia fructus rei pigneratæ, non ſpectant ad creditorem.*

Curator hæreditatis iacentis, num poſſit præſentare ad beneficium iuriſpatronatus dictæ hæreditatis.

DECISIO XI.

IN cauſa cuiuſdam hæreditatis iacentis vertēte in Cur.Archiepiſc.controuertebatur,ſi curator hæreditatis iacentis, quæ inter cætera habebat iuſpatronatus , potuiſſet in caſu vacationis præſentare ad dictum beneficium, vnus de Dominis dicebat,minimè fieri poſſe,ſi quidem ius præſentandi competit fundatoribus, gloſ.& communiter Doctores in rubr. de iurepatron. & in cap.quoniam eod.tit. & propterea in cap. piæ mētis 16.q.1.habetur, iuſpatronatus acquiri fundatione,dotatione, & ædificatione: quarè cum nullum iſtorum habeat dictus curator,idcircò præſentare nequit: vlterius dicebat, præſentationem eſſe in fructu, cap. cum olim de maior.& obed. cap.conſultationibus, vbi Abb. de iurepatron. Menoch.conſ.62. v. l.1. Molin. de primogen.hiſpan.lib.1.cap.25.nu.22. & ſeq. Anna ſingul.95. Afflict.in cap. imperialem §.illud nu.16.de prohib.feud.alien.per Federic.& propterea ex ſupradictis videbatur dicendum, nullo modo potuiſſe curatorem præſentare, ne lucrum conſequeretur ex fructibus alienis.

Contrarium verò fuit reſolutum, ea quidem
1 ratione præſertim; quia ſi curator non præſentaret infra tempus ſtatutum, vtique deuolueretur iuſpatronatus, & conſequenter hæreditas amitteret ius præſentādi, & ſic veniret curator contra ſuum officium , quod eſt tueri iura hæreditatis,Capyc.deciſ.87. Gayl.obſeru.130.lib. 2. Tepat.lib.2. iur.ſententiar. verb. curator, &
2 quia mulier neſcit iura defendere, propterea non

Digitized by Google

non poteſt dari curatrix hæreditatis iacentis, Duc.conſ.575.nu.4.de Franch.deciſ.348.ſupradictis accedebat, curatorem hæreditatis iacẽtis omnia neceſſaria ad dictam hęreditatem facere poſſe,Dec.conſ.401.& in conſ.519. Rom.ſing. 131.Menoch.lib.2.de arbit.iud.caſ.150.& Bart. in l.fin.ff.de bon.auctor.iud.poſſid. ſicut etiam poteſt actiones exercere, & non dubitabatur, quin potuiſſet præſentare in caſu vacationis,cũ ſit actus neceſſariſſimus, igitur admitti debe-
3 bat ad prædictum iusitem dicebatur ad pręſẽtandum admitti omnes habentes legitimam adminiſtrationem fructuum,ſecundum Innoc. Hoſtienſ.Ioan.de Lignano,Panorm.& reliquos cõiter in cap.examinatã de iudic.& curatorem habere dictam adminiſtrationem clarè patet ex deductis per Ann.in cõſ.108. Cacher.deciſ. 55.Caualc.deciſ.3.vol.2. & ex eadem ratione fuit deciſum,quod ſequeſter beneficij,ſiuè quiuis alius pendente ſequeſtro, habet ius præſentandi,Franc.Marc.deciſ.4.& conferunt latè deducta per Carrocc.in tract.de depoſ.q.27.

Non obſtat,quod creditor, qui tenet pignus
4 non admittatur ad præſentandũ, & conſequenter admitti non debet quoque curator, ex eo, quia creditor habet fortius ius in pignore, quã curator in hæreditate. Nam reſpondetur,quod ideò creditor non poteſt præſentare, quia fructus rei pignoratæ non poſſunt per eum percipi l.1.& 2.C.de pignor.action. præſentatio autem eſt in fructu,vt ſupra diximus, facit text.in cap.cum Bertoldus de ſent.& re iud.& eſt cõis opinio ſecundum Rocchum in tract. iuriſpatr. verſ.ipſa dos cauſam habet q.27.quem refert,& ſequitur Ann.alleg.109.

SVMMARIVM.

1 *De iure canonico ſufficit appellãti ſi dicat ſolum, appello ad Iudicem competentem: nam intelligitur de ſuperiore proximo.*
2 *Sufficit appellanti dicere (appello)*
3 *Submitto me protectioni talis,&c.vel cõmitto me iuriſdictioni ſuperioris,eſt appellatio legitima.*

An de iure canonico ſufficiat dicere, Appello ad Iudicem competentem?

DECISIO XII.

IN quadam cauſa fuit dictum ſufficere de iure canonico ſi per grauatum fuerit dictũ, appello ſolum,ad Iudicem competentem: nam
1 ſemper appellatio valida eſt, & ſuſtinetur de iure canonum: quam opinionem tenuerunt Bald.Salyc.& Angel.in l.cum proponas C.de bon.authorit.iudic.poſſid. & tenuit Io.Andr.in cap.vt debitus extra de appellat.dicens,quod ſi appellans ſimpliciter dicit,ãppello, debet interpretari, vt intelligatur, appellationẽ fore interpoſitam ad ſuperiorem proximũ, & appellatio valebit,ac ſi dictum eſſet ad competentem: intelligitur enim de proximo, & immediato ſuperiore, pro ſua opinione allegat Specul. in tit. de appell.§.nunc tractemus,quid ſi quis: ſequitur etiam Io.de Imol.in l.1.§.ſi quis ff.de appel. dicens eam opinionem etiam de iure canonico recipiendam eſſe,quia ſemper ad proximum ſuperiorem intelligeretur, quam opinionem veriorem eſſe docet Archid.in cap.anteriorum 2.q.6.dicẽs, quod ſi quis ſimpliciter dixerit,appello,intelligitur ad ſuperiorem proximum,nõ ad Papam, referens ita etiam tenuiſſe Barthol. Brixienſ.in ſuis quæſtionib.in quæſt.quæ incip. Item eſto, quod aliquis, idem Archid.in cap.ſi delegatus in fin. de offic.deleg.in ſexto, ſequitur Io.Fabr.in l.præcipimus in fin. C.de appell. Bald.in l.apertiſſimi C.de iudic.dicit,quod ſufficit dicere,appello, quia tunc gradatim intelligitur,& Mãſuer.in pract.in tit.de appell.nu.16. Guid.Pap.in deciſ.Gratianop.436.n.59.Io.Pet. de Ferrar.in pract.in forma libelli appellationis à ſententia diffinitiua §.& ad quemcumque Iudicem col.1.in fin. vbi videndum eſt ad materiam,ad quem me remitto, quinimò Hoſtienſ. in ſumma tit.de appell.§.qualiter ſit facienda in fin.Lanfr.in cap.quoniam contra in verb.interloquutiones, & appellationes nu.48.de probat. ponentes omnia requiſita in appellatione dicunt,quid debet continere perſonam appellantis,ſententiã à qua appellatur,& Iudicem à quo ſit appellatio. Ideoq. inter alia requiſita appellationis non enumeratur, quod ſit neceſſe exprimere Iudicem ad quem appellatur dicens,
2 quod eo caſu ſufficiat dicere, appello, pro quo etiam idẽ Bald.in d.l.cum proponas dicit,quod iſte modus appellandi eſt valdè vtilis, ac neceſſarius,puta quãdo quis propter incertitudinem neſcit ad quem ſit appellandum, & eſt modus iuri canonico conformis; cum eo etiam iure regulariter ad proximum ſuperiorem ſit appellandum,vt in cap.dilecti extra de appellat.licet hoc fallat in Papa,& eius Legato, vt per iura inducta per Abb.Panormit.in cap.inter cætera eod.tit. modo cum ſit via iuris, ita communis, & non ſpecialis,vulgat.l.quanquam C.de teſtament.milit.l.precibus C.de impub.& al.ſubſt.l. in teſtamento la prima, C. de teſtam. tut. ergo appellans ſimpliciter, vel ad Iudicem competentem videtur intelligere de Iudice immediato, & non de mediato, ad quem eſt de iure appellandum,argum.l.4.§.1.ff.de fideicom.libert. Bart.in l.1.in fin. ff.de bon.poſſeſſ.contr.tabul. vbi dicit,quod in conſideratione non venit ius, procedens de iure ſpeciali, maximè cum conſtitutio in dubio intelligi debet continere ius commune, & non ſpeciale, gloſ.in cap.penult. de temp.ordin. Io.Leicier.in tract.de primog. lib.1.q.3.no.25. quinimò Angel.in l.1. §.ſi quis ff.de appell.dicit, quod in caſu iſto,inter leges, & canones non ſit differentia,& quoad hoc eſt conſilium ſalubre, quod quis appellando non nominet ſuperiorem, ſed ſimpliciter dicat, appello, ex dictis per Bald. in d.l.cum proponas, Io.de Fantuc.& Dominicus de Sancto Gemin. in d.cap.anterior 2.q.6. & Io.Andr.in d.cap. vt debitus,refert Vincent.antiquum canoniſtam dicere, cum appellatur ad Iudicem competentem, quod ſtabitur declarationi appellantis, de quo

Digitized by Google

quo ſentit, vt in caſu noſtro, cum per dictum fuerit iam declaratus Iudex ipſe Metropolitanus, quibus congruunt dicta per Anton.de Butr.in cap.dudum col.2.extra de decimis, vbi dicit, quod ſuperioris appellatione, intelligitur de proximo, vt voluit Petr.de Anchar.in cap.Romana col.10. de appellat.in ſexto, & magis in ſpecie, quando appellatur à ſubdito Suffraganei ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, vt in caſu iſto, valet appellatio etiam ſi Iudicem ad quem appellatur non declaret, Ioan.Andr.in cap.in alternatiuis de regul.iur.in ſexto, ſequitur Præpoſit.in rubr.de appellat.col.15. & in cap.dilecti filij de appellat.quos refert, & ſequitur Stephan.Aufrer. ad Cappell. Tholoſan. deciſ.474. adeò nulli debet venire in dubitationem, quod cum R.D.Archidiaconus appellans appellaret à ſententia Epiſcopi ſui ſuperioris ſuffraganei Archiepiſcopi Conſani Metropolitani, vtique ad ipſum proximè ſuperiorem appellaſſe intelligitur, nec omittendum eſt, quod dicens: ſubmitto me protectioni talis, habetur, ac ſi legitimè appellaſſet, vt voluit text. vbi etiam Innocent. in cap. ad audientiam extra de appellat. Philipp.Franc.in cap.cordi in princ.col.1. eod. tit. in ſexto, idem etiam ſi dixiſſet, committo me iuriſdictioni ſuperioris, voluit Bald. in authent. ſi quis litigantium in princ. C. de Epiſc. audient. quod latiſſimè proſequitur, & tractat Barthol.Soccin.in conſ.74. in præſenti concluſ. col.3. verſ.præterea vol.1. idque magis in caſu noſtro, in quo non per verba æquipollentia ſolum, ſed per verba expreſſa appellationem ſignificantia id fuit inſinuatum, cum idem operaretur ſola itineris ad ſuperiorem arreptio, quæ habet de iure vim appellationis, cap. dilecti extra de appellat. Io.Paul.Lancell. inſtit.canon.lib.3.tit.de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Quæſitum, negatiuè reſoluitur.*
2 *In dubio pronunciandum eſt pro libertate.*
3 *Tutela datur perſonæ magis, quam bonis.*

Tutor an poſſit erigere iuſpatronatus de rebus pupillorum?

DECISIO XIII.

MVlier quædam tutrix pupillorum, comparuit in Curia Archiepiſcopali inſtans præſtari ſibi aſſenſum, vt valeret nõnullas Cappellanias dictorum pupillorum ad nutum amouibiles, reducere in beneficia Eccleſiaſtica, & ſuper eis iuſpatronatus conſtituere: fuit inquam dubitatum, an fieri potuiſſet, & dicebatur clarũ eſſe de iure, regulariter quemlibet poſſe conſtituere iuſpatronatus, gloſ.in cap.fin.in fin.de iurepatronatus, Bald.conſ.123.vol.1. Burſat.conſ. 60. vol.1. nam edictum de conſtituendo iuſpatronatus videtur prohibitoriũ, & omnibus cenſetur permiſſum, niſi reperiatur expreſsè prohibitum, Berou.in rubr.huius tit. Quilibet enim Chriſtianus ſuper re propria eſt capax iuriſpatronatus, gloſ.in cap.piæ mentis 16.q.7.cap.Fulgentius eadem cauſa, & quæſt.vnde Panorm.Io. Andr.& Ant.de Butr.in cap.quoniam huius tit. cõſtituunt regulam, quod qui poteſt matrimonium contrahere, & in Eccleſia orare: poteſt etiam iuſpatronatus creare, ſequitur Viu.in deciſ.134.vbi ex eadem ratione, refert fuiſſe deciſum, poſſe meretricem creare iuſpatronatus, per gloſ.& ibi Archid. in cap. non eſt putanda 1.q.1. Item dicebatur, tutorem haberi in rebus pupillorum loco Domini l.tutor, qui tutelam ff.de tut.& rat.diſtrah.& ideò, vt moderator, & arbiter rei ſuæ, videbatur potuiſſe iuſpatronatus erigere.

Contrarium tamen iudicauit Cur. Archiepiſcop.Cenſuit inquam dictam tutricem non po-
1 tuiſſe conſtituere Cappellaniam ad nutum, & amouibilem, in iuſpatronatus. Cuius deciſio ratio fuit, quia res pupilli libera, fit ſerua, quod de iure prohibitum eſt. Iuſpatronatus enim, non præſumitur in dubio, Maſcard.de probat.cõcl. 1123. & conſtituendo iuſpatronatus ſuper cappellanijs, nulli dubium eſt, quod cõſtituit ſeruitutem ſuper rebus pupillorum, Aufrer.ad deciſ. Cappel.Thol.423. Artam.deciſ.29. & in deciſ. 2.facere enim rem liberam ſeruam, odioſiſſimũ eſt in iure; & propterea in dubio iudicandum eſt fideicommiſſum expiraſſe, Ann.allegat.134. vti inducens ſeruitutem in re, Dec.conſ.356.in fin.Socc.conſ.113.nu.8. vol.1. Crauet.conſ.18. vol.1.Menoch.conſ.85.eod.vol. & in dubio sẽ-
2 per eſſet pronunciandum pro libertate rei, habetur in l.2.& quod ibi latiſſimè notatur C. de ſeruitutib.& dicebatur, hoc eſſe magis prohibitum tutoribus, quia licet ipſi ad vtilitatem pupillorum omnia facere poſſint: donationes verò ab eis factæ eis non nocent l.tutor ad vtilitatem ff. de adminiſtr.tutor. l.cum plures §.pen. ff.eod.& dubium non eſt, quod per cõſtitutionem iuriſpatronatus ſuper re libera, inducitur donatio, igitur cẽſeri debet prohibita dictæ tutrici. Tutor enim debet facere conditionem pupilli meliorem, non autem deteriorem l.cõtra ff.de pact.& cenſetur facere deteriorẽ conſtituẽdo ſeruitutem ſuper re libera: Tandem dicebatur tutelam magis dari perſonæ, quam
3 bonis, Rota diuerſ.Lucenſ.deciſ.29.Gomeſ.Leo deciſ.16. & propterea ſtatutum fuit, hanc mulierem non poſſe erigere hoc iuſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam à iure, vel ſtatuto impoſitam, poteſt ex cauſa Iudex minuere.*
2 *Iudex poſt ſententiam non poteſt minuere pœnam etiam ex cauſa.*
3 *Iudex non poteſt cogi ad minuendam pœnam, etiam cauſa aliqua exiſtente, ſed aliqui ſentiunt contrarium.*

An Vicarius poſſit minuere pœnam inflictam per edictum Epiſcopi.

DECISIO XIV.

COntrouertebatur in Cur.Archiepiſc.Neapol.ſi potuiſſemus nos Iudices inſimul cũ Domi-

Digitized by Google

Domino Vicario remittere pœnam inflictam per edictum Illuſtriſs. Ordinarij aduerſus Clericos arma portantes,& vnus ex Dominis dicebat id minimè licere, motus ex regula illa vulgata: inferiorem non poſſe tollere legem ſuperioris, cap. cum inferior de maior. & obed. & latè tradunt Doctor. in l. nemo poteſt ff. de legat.1.

Verùm,hoc non obſtante,cõtrarium fuit reſolutum,quod ſcilicet poſſit Iudex ex cauſa mi-
1 nuere pęnam ordinariam impoſitam à iure pro aliquo delicto, & hoc ſiuè agatur de pœna impoſita per ius cõmune,in quo ferè omnes conſentiunt,& ita eſſe cõmunem opinionem teſtatur Dec. in cap.de cauſis nu.18. de offic.deleg. quem refert Viu.in lib.comm.opin.in verb.Iudex,ſiuè agatur de pęna impoſita à ſtatuto,quo caſu,poteſt etiam pęnam minuere,Aret.in cap. qualiter, & quando, il ſecondo nu.24. de accuſat.quem refert Couarr.lib.2.variar.reſol.cap.9. nu.8.Dec.in d.cap.de cauſis nu.19.quem refert Menchiaca controu.illuſtr.par.1. cap.14. nu.4. Tiraqu.de pœnis in præfatione nu.22.

Amplia ſupradictam concluſionem. Primò, quod Iudex nedum pęnam à lege impoſitam, ſeu ſtatutum, ex cauſa augere, vel minuere poteſt,ſed etiam pœnam per conſuetudinem impoſitam,Marſil.in ſingul.182.incipit,Iudex non debet, Boer.in deciſ.289. & Vaſqu.controu.illuſtr.par.1.cap.14.nu.4. & hoc procedit etiam, quod lex certam pœnam ſtatuiſſet,dictionibus appoſitis,præciſè, omnimodo,& alijs ſimilibus. Licet,qui iudicandi munus habet, ſit eius conditionis,quod ſuper eo crimine diſpenſare non poſſit,Io.Andr. Hoſtienſ. & alij in cap.qualiter il ſecondo de accuſat.& ibi Aret.nu.24. atteſtatur eſſe communem, quos refert, & ſequitur Plaz.epit.delict.lib.1.cap.33.

Amplia ſecundo, vt poſſit minuere pœnam ex cauſa, non obſtante, quod iuraſſet ſeruare ſtatuta, Guid.Pap.deciſ.206. Franc.Marc. in deciſ.9.& 10.

Amplia tertio, etiam vbi lex, vel ſtatutum punit tentatum, ſicut delictum perfectum, quia tunc Iudex poteſt,ſi vult mitigare pęnam, ſed non tenetur, Afflict.in deciſ.276.nu.8.

Amplia quarto, etiam ſi pro modica ſumma imponatur pœna mortis à ſtatuto, quia tũc Iudex poterit moderari pœnam, ſecundum Marſil.ſingul.182. num.2.incipit, Iudex non debet, quem refert,& ſequitur Chaſſan.in conſuetud. Burgund.fol.167.verſ.quod in eo dicendum in fin.& Roman.conſ.429.

Amplia quinto,vt Iudex poſſit reſeruare delinquenti,in ſententia infamiam,& Notario, de falſo condẽnato,famam,& exercitium, ex cauſa, puta quia erat medicum delictum, & medici præiudicij, Paul.de Caſtr. in conſ.45.nu.9. Zilet.in conſ.33.inter conſ.crim.diuerſ. tom.1, quem ſequitur Farinac.in pract.crim.q.17. nu. 20.& 21.

Limita nunc, & primo, non procedere poſt
2 ſententiam:nam Iudex non poteſt ex cauſa minuere poſt ſententiam,etiam ſi in ſententia pęnam non expreſſiſſet,ſed tantum condẽnaſſet, puta de adulterio, & tunc non eſt Iudicis, qui ſententiam tulit moderari, ſed pœna in lege expreſſa infligitur, licet ante moderari potuiſſet,Innoc.in cap.qualiter, & quando nu.9. de accuſ.Lanar.conſ.5.quib.addo gloſ.in l.quid ergo §.pęna grauior ff.de his,qui notãtur infamia.

Limita ſecundo, vt Iudex non poſſit abſque cauſa hoc facere: nã qui in cauſis criminalibus minorem pęnam imponit, quam de iure imponere debebat, eſt infamis l.in ſeruorum ff. ad l. Iul.de vi publica: debet præterea puniri eadem pęna, qua erat puniendus reus, vt colligitur ex text.in l.3.in fin. C.ne ſanct.bapt.reit. & refert Andr.de Iſern.quod Rex Carolus I.fecit quendam Iudicem furca ſuſpẽdi,ex eo, quod quemdam reum,qui erat condemnandus in amputationem capitis, condemnauit tantum in amputatiónem manus,quem refert Paris de Put.de ſyndic.fol.358. poſt nu.3. Afflict. ſuper 2.part. conſtit.Regni rubr.3.nu.22. Chaſſan.ſuper cõſuetud. Burgund. fol.45. nu.29. & Carrer.in pract.fol.515.nu. 10.

Limita tertio,quamuis Iudex poſſit mitigare pęnam,non tamen tenetur, Felyn.in tract.de conat.in fin.& Cagnol.l.ſi quis maior.nu.17.C. de tranſact.ſed Gramm.in deciſ.23,nu.12.dicit, quod cõis opinio eſt,Iudicem ceſſante dolo,teneri ea cauſa minuere pęnam, & Cepoll. in l.ſi fugitiui col.4.num.65.67. C.de ſeru.fugit.dicit verum eſſe,quod Iudex non neceſſitatur mitigare pœnam,niſi cauſa eſſet talis,per quam delictum minuatur,vt quia ſit minor ætas,vel ceſſet dolus,quia tunc Iudex tenetur diſpenſare,vt ibi per eum:tamen prima opinio, vt Iudex non poſſit cogi,eſt verior,& receptior, ſecundum Menoch.de arbitr.iudic.caſ.329.nu.9.Ideò bonum eſt habere Iudicem amicum, vt ibi dicit Menoch.& hanc materiam,quando Iudex poſſit mutare penam,vel minuere, vel remittere, vide Menoch.de arbit.iudic. q.96. cum ſeq. & an teneatur in ſententia exprimere cauſam, vide quoque Io.Ant.de Nigris ſuper capit.Regni in cap. 251. incipit: Ne quis de ſua malitia, vbi etiã ſatis plenè habetur de hac materia. & quid facere poſſint Iudices in hoc Regno, vide etiã de Franch.deciſ.230.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non poteſt declarare ſuam ſententiam, ſed contrarium eſt verius nu.4.*
2 *Declaratio nihil de nouo inducit,& non immutat ſenſum declarati,& ad illud retrotrahitur.*
3 *Statuto termino ad aliquid faciendum, licitum eſt illud declarare elapſo termino.*

Clerici Curſores Curiæ Archiepiſcopalis, poſſint ne eorum intimationes,ſeu citationes declarare.

DECISIO XV.

CVrſor Curiæ Archiepiſcopalis citauit Clericum,& cum dubitaretur de ſuppoſitione perſonæ; pars contra quam agebatur de dicta

indi-

Digitized by Google

iudicio ſuppoſitionis inſtetit in eadem Curia admitti Curſorem ad declarãdam eius intimationem. Quare cum idem Curſor eſſet promptus id facere, fuit dubitatũ an de iure liceret; vnus de Dominis dicebat, minimè poſſe fieri cum conſtabat de totali mutatione dictæ relationis, quo caſu non admittitur declaratio, quæ habet locum quando verba ſunt dubia, ſecus ſi eſſent clara, Bald.in l.voluntatis nu.9. C. de fideicomm.Iaſ.in l.3.num.4.ff.de acquir.poſſeſſ. Alex.in l.fin.nu.5.& ſeq.ff.ſolut.matrim.Caſtr. conſ.338.vol.2. Socc.conſ.214. maximè quia per dictum Curſorem addebatur quædã qualitas, quæ alterabat ſubiectum, quo caſu neque admittitur declaratio, Bald.in l.hæredes §.& ſi notam ff.de teſtam.Gabr.de reg.iur.concluſ.7. nu.25.& 63.Gratian.deciſ.175.num.12.& in diſcept.147.vol.1. Nam dicebatur ſupradictam declarationem non eſſe admittendam, quia nõ fuit petita fieri in continenti, ſed poſt multos dies, imo poſt menſem, quo caſu non admittitur declaratio, Felyn.in cap.qualiter, & quando de accuſat. facit text.in cap.præterea de teſtib. cogen.& latè Dec.in l.ſi librarius ff. de reg.iur. poſt Bart.in l.Imperator ff.de ſtat.homin. & in
1 l.ſi librarius ff.de verb.ſignif. quia ſi Iudicibus non permittitur declarare eorum ſententiam, quanto magis non licebit iſtis birroarijs, Bart. in l.2.nu.4.C.de ſentent.ex breui recitand.Caſtrenſ. in l. ſi ab exequutore nu.6. C.de appell. Tandem dicebatur, quod cum declaratio non fiat, niſi per eum, qui poteſt reuocare, vel condere actum.Surd.conſ.288.vol.2. Artman.conſ. 23.nu.27. Alban.conſ.16.nu.4. ergo cum actus non poſſit reuocari per dictum Curſorem, igitur neque declarari.

2 Verum contrarium fuit reſolutum in eadem Curia ex regula iuris: declarationem nihil de nouo induci, & non immutari ſenſum declarati & ad illud retrotrahi l. hæredes palam §.ſi quis poſt factum, vbi gloſ.in verb. ſignificat ff de teſtam.l.ſi donatio in fin. ff. de donat. inter vir.& vxor.Decian.conſ.8.nu.211.& poteſt fieri quocumque tempore, ita vt ſi ſtatutus fuerit terminus ad aliquid faciendum, licet illud declarare elapſo termino, quamuis tunc non poſſet
3 fieri, cum excluſus à iure aliquid faciendi, non excludatur à iure declarandi, Surdus qui multos ſimiles comprobat deciſ.29.per totam, vbi etiam ait, quod declaratio adeo inhæret diſpoſitioni, vt cenſeatur emanaſſe cum illa eodem tempore, ita vt inſit ipſimet diſpoſitioni. Aret. in l.gallus §. & ſi petente col. 1. ff. de liber. & poſthum. Riminald.Iun.conſ.247. nu.31. lib.3. conſ.495. nu.7. lib.5. Tiraqu.in l.ſi vnquam in verb.libertis nu.13.cum ſeq.C.de reuoc.donat. & ex hac ratione permittitur Arbitris declarare laudum, cum nihil de nouo faciant, Bald.in l.ne Arbitris col.vlt. in fin.nu.11. verſ.finaliter ex dictis gloſ. C.de Arbitr. Felyn.in cap.qualiter, & quando nu.28.in fin.col.15.in princ. verſ. 3.nam quod Arbiter de accuſat.

Non obſtant contraria, & primo de totali mutatione, quia cum temporis non eſſet facta declaratio, non poterat cognoſci, an contineret mutationem l.quemadmodum ff.de iudic. Nõ obſtat ſecundo, quod non petebatur declarari in continenti, quia reſpondetur in continenti fieri etiam intra triduum, Io.de Amic.conſ.48. nu.3.Brun.conſ.167. Sim.de Præt.conſ.151. & late Viu.deciſ.107. Non obſtat tertio, quod Iu-
4 dicibus non liceat declarare ſententias, quia contrarium eſt verius, imò licitum eſt reuocare per text.in l.quod iuſſit ff.de re iudic. Non obſtat quarto, quod dictis perſonis non ſit credendum, vti perſonis vilibus, quia reſpondetur procedere in Curſoribus iuriſdictionis laicalis non Eccleſiaſticæ, ſecundum Beroum q.9.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali dat titulum poſſidenti, & tuetur execrabilem.*
2 *Per regulam de triennali, licet excludatur tertius non tamen excluditur Ordinarius.*
3 *In generali conſtitutione maximè pœnali non venit Epiſcopus.*
4 *Vnuſquiſque tenetur probare Canonicam inſtitutionem in beneficialibus.*
5 *Subditus non poteſt præſcribere obedientiam contra ſuperiorem.*

An ſubditus poſſit ſe tueri regula de triennali aduerſus eius Epiſcopum.

DECISIO XVI.

PRætendebat Epiſcopus Strongulen. quemdam Clericum ſuæ Diœceſis fuiſſe in beneficio pingui intruſum: cumq. in viſitatione contra eumdem procederet, dictus Clericus replicabat ſe non poſſe moleſtari, ex eo quod dictum beneficium quietè, & pacificè poſſediſ-
1 ſet per triennium, & ſic inſtabat manuteneri in poſſeſſione ex vi regulæ de triennali, quæ dat titulum poſſidenti, Nauar.conſ.16.de priuil. & tuetur etiam malæ fidei poſſeſſorem, Creſcẽt. deciſ. vnic. de præſcript. & defendit execrabilem circa diſpenſationem allegatam, Nau.cõſ. 14.de offic.Ordin.nu.4. & 9. & ſecundum Gomez.in comm.eiuſdem regulæ q.10. quem refert, & ſequitur Caſtellan.in compend.operum Nauar. verbo regula, defendit etiam habentes duas Parochias, & plura beneficia ſimplicia cum curato, Nauar.conſ.37.de præbend.Item dicebatur in fauorem eiuſdem Clerici, ſupradictam regulam tueri etiam poſſeſſorem cum titulo colorato, Iaſ.in l.ſi certis annis nu.17. C. de pact.& in conſ.17. vol.1. Alciat.conſ.61. & in conſ.22.num.5.& ſeq.Menoch.lib.1.de præſumpt.præſumpt.22.num.7.iuxta quorum opinionem, refert deciſum Garſ.deciſ.3. & tãdem dicebatur, quod dat etiam tempus dominium beneficij poſſeſſori quoad locum, & homines, Nauar.conſ.3.de renunciat. Gomez in d.regul. q.2.Menoch.conſ.341.vol.4.

His tamen non obſtantibus, contrarium fuit reſolutum ex infraſcriptis. Primò ex doctrina Didaci Perez lib.8. ordinamenti tit.16.l.3. pag 327.

Digitized by Google

327. quem refert, & ſequitur Cened. in collect. Iuris Canonici par. 3. collect. 18. num. 3. vbi voluit, quod licet per regulam de triennali poſ-
5 ſeſſore excludatur tertius in beneficio, non tamen excluditur Ordinarius, vt ante eum voluit Couarr. in regul. beneficium num. 10. verſ. octaua concluſio, Salzedus ad Diaz regul. 236. verſ. 3. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. nu. 20. verſ. & ſic per illum text. Secundo, quia Epiſcopus eſt caput Cleri, ſicut Poteſtas dicitur caput Ciuitatis, Curt. in l. nulli ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. dicitur Præſes Ciuitatis, Bald. in l. fin. pag. 2. C. de dilat. & dicitur eſſe de maioribus magiſtratibus, Salyc. d. loco; & propterea non comprehenditur in generali conſtitutione, Corn. conſ. 253. vol. 3. quia debet fieri expreſſa mentio, propter excellẽtiam ordinis, & officij cap. quia periculoſum de ſentent. excomm. in ſexto, &
6 licet Epiſcopus veniat appellatione Sacerdotis, ſecus tamen eſt in materia pœnali, Abb. in cap. non poteſt de re iudic. & in rubr. de vit. & honeſt. cler. & cap. ſi Sacerdos de offic. Ordin. & licet appellatione Clericorum veniant Epiſcopi, non tamen in materia odioſa, & ſtricta, quia eſt qualitas in eis ſupra alios, quæ non reperitur in Clericis ſimplicibus, Abb. in d. rubr. de vit. & honeſt. cler. nu. 8.

Tertio, quia Canonicam inſtitutionem in
7 beneficialibus vnuſquiſque probare tenetur, gloſ. in cap. ex inſtitutione in gloſ. fin. de Proc. Gramm. conſ. 9. in crim. Borrel. ad Bellug. in Specul. Princip. rubr. 21. nu. 62. In ſpiritualibus quis tenetur oſtendere titulum, alias diceretur intruſus vt concludit Capyc. in deciſ. 6. cum ſine titulo, ſpiritualia teneri nõ poſſint vllo modo. Innoc. in cap. ad noſtram de iureiur.

Quartò, ſi tale beneficium cadit in regalia, hoc eſt, quia Rex, non obſtante poſſeſſione poteſt inquietare poſſidẽtem regalia, vt exhibeat titulum, vt optimè tradit Carol. de Graſſ. Regalium Franciæ lib. 2. de iure primo v. 3. ſpeciali. Capyc. vbi ſupra nu. 4. igitur multo magis hoc facere poteſt Epiſcopus, qui eſt ſuper omnes Principes cap. omnis anima de cenſib. cap. omnes Principes de maiorib. & obed.

Quintò, quia non licèt ſubditis contra eius
8 ſuperiorem præſcribere obedientiam, cap. cum non liceat de præſcript. Non obſtant contraria, quia illa procedunt quoad tertium, non autem quoad ſuperiorem ordinarium, & ita patet reſponſio ad regulam, quod quis non cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis l. cogi C. de petit. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, ſuccedit in locum beneficij.*

2 *Permutans beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinatus, tutus erit in foro conſcientiæ, ſi illud, quod de nouo habuit eſt æquiualens.*

Clericus, an poſſit permutare bona ad cuius titulum ſit ordinatus?

DECISIO XVII.

CVm quidam Clericus permutaſſet bona ad quorum titulum erat ordinatus, fuit dubitatum, an potuiſſet facere hoc de iure: Dicebatur prædictã permutationem nullo modo ſubſiſtere, quia eramus in eo, qui fuit ordinatus ad titulum Patrimonij, cui non permittitur alienare, ſeu renunciare illa bona, ſine licẽtia Epiſcopi, iuxta diſpoſita in Concil. Triden. ſeſſ. 23. cap. 3. & permutationem inter alienationis ſpecies connumerari non dubitatur, vt patet in l. permutationem C. de rer. permut. & in l. 2. ff. de exercit. act. facit text. & quod ibi communiter notatur in cap. nulli de reb. eccl. non alien. & text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. Addebatur etiam prædictum Patrimonium eſſe ſub-
1 rogatum in locum beneficij, & conſequenter illius naturam dicitur aſſumpſiſſe, iuxta naturam ſubrogati, vt latè per Scribent. in §. fuerat inſtit. de act. & ideò non poteſt diſtrahi, ne in opprobrium Clericatus cogatur aliquis mendicare, Cardin. in cap. tuis num 25. de præbend. Nauar. conſ. 14. in fin. de temp. ordin. Pariſ. de reſignat. q. 2. lib. 6 Caual. q. 527. num. 2. & Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. caſ. 159. Tandem dicebatur de iure prõptam eſſe regulam, quæ vult, quod quando quid prohibetur cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud l. oratio ff. de ſponſal. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. & facit regula, cum quid de regul. iur. in ſexto, vnde cum eſt prohibita alienatio dictorum bonorum, cenſeri debet pariter prohibita permutatio, per quam peruenitur ad alienationem. Aliquando tñ conſultus cenſui licitam eſſe dictã permutationem, dummodò fiat in æquiualẽs, vnde quando quis eſt promotus ad titulum beneficij licita eſt ꝑmutatio cũ beneficio æquali, vt declarauit Sac. Congr. Cõcil. die Iouis 18. Iunij 1602. vt refert Gratian. loco iam citato,
2 per quam etiam dictum fuit, quòd permutans beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinatus, eſt tutus in foro conſcientiæ, ſi illud, quod habuerit ex cauſa permutationis, eſt æquiualens: & facit etiã, quia diſpoſitio loquens in reſignatione includit in ſe reſignationem ex cauſa permutationis, ex eo, quod permutatio eſt vera reſignatio, Gomez. de public. reſignat. q. 3. col. 2. in princ. Gonzal. ad regul. 8. de alternatiuis gloſ. 14. nu. 46. vſque ad nu. 50. Faber in defin. 79. C. de ſacroſ. eccl. & Gratian. loc. ſuprac. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes dicentes vidiſſe mortuum clauſum in capſa, plenè probant mortem.*

2 *Quando mors ſequuta eſt in loco longinquo, ſufficiunt leues probationes, maximè ſi adſit fama.*

3 *Teſtes deponentes, quem fuiſſe ſepulturæ traditũ, probant mortem, etiam ſi ſint conſanguinei.*

Quod nam genus probationis mortis admittere debet Vicarius, ad hoc, vt concedatur licentia contrahendi ſecundum matrimonium?

DE-

Digitized by Google

DECISIO XVIII.

FVit dubitatum in Cur. Archiepiſc. an cenſeatur probata mors ex depoſitione teſtiũ aſſerentium vidiſſe mortuum clauſum in capſa,qui dicebatur eſſe talis de tali. Prima facie videbatur negandum: nam vbi agitur de maximo,& irreparabili præiudicio,mortis probatio debet eſſe plena, & concludens, ita Menoch.in repet.l.fin.nu.17. C.de edict.Diu.Adr.toll.in ſuo tractat.poſſeſſ. Boer.in deciſ.288. in princ. poſt Alex.in conſ.117.nu.8.& ſeq. vol.4. Corn. in conſ.10.num.7.vol.1. & cum in caſu,de quo loquimur, agatur de grauiſſimo præiudicio, imo,& irreparabili,propterea videbatur dicendum non ſufficere ſupradictum probãdi genus, iuxta tradita per Cappell.Tholoſ.in deciſ.312. & eo magis debet fieri plena probatio, ſiquidẽ hæc mulier ad effectum contrahendi matrimonium, fundabat ſe in morte viri, vnde ſuccedit regula,quod is, qui ſe fundat in morte alicuius debet ipſam pleniſſimè probare, tanquam fundamentum intentionis,vt voluerunt Corn.in d.conſ.10.nu.5.vol.1. Gozad.conſ.68.num.5.& ſeq.Magon.deciſ.Lucenſ.44.num.2. & maximè exiſtente iuris præſumptione, per quam cautum eſt, quem præſumi viuere, vſque ad centum annos l.fin. & quod ibi communiter notatur C.de ſacroſ.eccl. Dec.in conſ.204. nu.4. & in conſ.575.nu.10.cum alijs, quos probat Anna ſingul.687.quod ampliant procedere,ſiuè is,qui vitam allegat, ſit actor, ſiuè reus excipiendo hoc dicat,Couarr.lib.2.variar.reſol. cap.7. poſt nu.2.Gabr.concl.6.de præſumpt.nu.8.

Supradictis non obſtantibus, contrarium
1 fuit reſolutum: nam fuit admiſſum per Dominum Vicarium ſupradictum genus probationis mortis,cuius Dec.ſeu Praxis fundamentum habetur in ſequentibus.

Primò, quia eramus in probatione mortis
2 ſequutæ in loco longinquo, quo caſu ſufficiunt præſumptiuæ probationes, vt voluerunt Corn. Cappell.Thol.& Boer.loc.ſupracit. Alex.conſ. 4.nu.15.vol.2.Herculan.de negatiua nu.290.vbi etiam in propoſito quis dicatur locus longinquus, Menoch.d.l.fin. nu.672. C.de edict.Diu. Adr.toll.cum alijs,quos allegat Couar.loc.cit.

Secundò, quia in præſenti caſu vltra depoſitionem illius teſtis,qui dicebat ſe vidiſſe mortuum clauſum in capſa concurrebat quoque fama, quo caſu cenſetur pleniſſimè mors probata,Cæphal.conſ.65.nu.44.& ſeqq.vol.2. Menoch. d.l.fin.nu.672. C. de edict.Diu.Adr.toll. vbi facit regulam affirmatiuam cum tribus limitationibus,Duen.regul.299.in 9.limit. Maſcard.de probat.lib.2.concl.1070.per tot. vbi latè de hac materia, de qua etiam per Farinac. in ſua pract.crim.lib.1.tit.de indicijs, & tortura q.147.num.97.& ſeq.Tertia,quia inter multos modos probandi mortem alterius, traditos per Doctores,eſt ille,qui probatur per teſtes deponentes, mortuum fuiſſe ſepulturæ traditum, Menoch.d.l.fin,nu.175.vbi ampliat etiam ſi di-
3 cti teſtes eſſent conſanguinei mortui.Móticell. in repert.teſtium fol.401.nu.3.& ſeq. vbi etiam ampliat, ſi teſtes viderint mortuum clauſum in capſa,qui dicebatur eſſe talis,& alia ad materiam, de qua per eundem Monticell. pag. 401. col.1. verſ.1. & verſ.penult.& ſeq. vbi teſtatur, quantum probet depoſitio vnius teſtis in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à patre, ad finem, vt filius poſſit promoueri ad ordines, non poteſt reuocari vitio ingratitudinis.*

2 *Donatio ob cauſam non poteſt reuocari vitio ingratitudinis.*

3 *Qui promouetur ad ordines ſacros cenſetur contrahere coniugium ſpirituale.*

Donatio facta filio,ob clericatum,an poſſit reuocari propter ingratitudinẽ.

DECISIO XIX.

SVpponebatur in facto patrem donaſſe tertiam partem ſuorũ bonorum filio, ob cauſam,& contemplationem clericatus, & expreſſis verbis in ſcriptura conſtituit dicta bona in patrimonium, & titulum eiuſdem filij clerici, quare cum dictus clericus, quodam die impias manus in eius patrem inieciſſet, ac eumdem verbis contumelioſis affeciſſet, & pater intenderet reuocare dictam donationem ob ſupradictas cauſas. fuit dubitatum an id fieri potuiſſet:nam de iure clariſſimum dicebatur, poſſe reuocari donationem propter ingratitudinem l.1 l.quod mater, & l.fin. C.de reuoc.donat.facit text.in cap.propter ingratitudinem eod.tit. imò ſecundum Clar.in §.donatio q.21.in fine nu. 7. non valet pactum appoſitum in donatione,quod non poſſit propter ingratitudinem reuocari,& Gomez.de contract.cap.4. nu.14. voluit, donationem poſſe quandocunque reuocari per donantem, ſuperueniente ingratitudine per donatarium, & ſecundum eundem in tit.de vltim.volunt.cap.12.ſub n.83. donator non poteſt promittere etiam cum iuramento non reuocare donationem propter ingratitudinem futuram.

Contrarium fuit reſolutum,ſtantibus ſic prenarratis, donationem ſcilicet factam filio ob
1 cauſam clericatus, ad cuius titulum poſtea fuit promotus non poſſe per patrem amplius reuocari,& hoc ex pluribus. Primo,quia ex tali donatione obligatur pater Epiſcopo,quia cum nõ ordinaſſet,niſi ſub ſpe irreuocabilis donationis facta fuiſſet donatio, quia filius debet habere illa bona,vt ſe poſſit commodè ſuſtentare,ne in opprobrium clericatus mendicare cogatur:vnde reſpicit non ſolum oneroſam cauſam matrimonij ſpiritualis, ſed etiam intereſſe tertij, qui non debet decipi per iſtam reuocationem, ita vt ſuccedat in locum alimentorum, aut ſaltem æquitatis impulſu facta cenſetur, Couarr. in cap. Raynaldus §.2. nu.7. verſ.ipſe tamen opinor hanc donationem de teſtam. & ita in ſpecie,

ſcie, quod non poſſit reuocari, concludit Diaz in prax.crim.cap.18. nu.15. poſt Azeued. ad l. 13.Tauri col.2.nu.82. Auend.reſp.17. Quando præſertim poſt donationem factam filio,vt ordinaretur ad titulum patrimonij, interuenit traditio vera,vel ficta,tradendo ſcripturam,vel ipſam rem donatam,& eius poſſeſſionem, alias ceſſantibus prædictis eſſet locus reuocationi, licet enim ſit in culpa fraudando Epiſcopum propter ſimulationem rei donatæ, tamen ſatis eſt,quod teneatur,actione, & dolo ob dictam reuocationem, ita vt Epiſcopus poſſit petere contra patrem, qui ipſum fraudauit, omnia damna,& intereſſe; cum ſpectet ad ordinãtem inquirere, an titulus ſit verus, vel fictus: ideò interim tenebitur præſtare alimenta ordinato, vſque dum habeat congruũ beneficium,ex quo commodè poſſit ſuſtentari,prout in puncto ita declarat Spin.de teſtam.gloſ.princ.18.nu.74.

Secundò, quia prædicta donatio dicitur ob
2 cauſam, quæ non reuocatur propter ingratitudinem,gloſ.in l.fi.in verb.interueniatur, quam communiter ſequuntur Doctor.& ſecundum Ripam ead.l.num.43. C.de reuoc.donat. Curt. conſ.85.& 156. & communem quoque nuncupat Clar.loc.ſuprac.poſt Panorm.& reliquos in rubr.de donat.

Tertiò, quia hæc donatio dicitur facta Eccleſiæ, quæ non poteſt reuocari propter ingratitudinem Prælati,Rip.conſ.28.num.28. & in l. fin.q.52.C.de reuoc.donat.

Quartò, quia donatio connumeratur inter ſpecies alienationis l.alienationis verbum ff.de verbor. ſignif. l.voluntas C. de fideicommiſſis, & facit etiam text. & quod ibi notatur in l. fin. C.de reb.alien.non alienand.vnde quemadmodum patrimonium,ad cuius titulum eſt aliquis ordinatus alienari non poteſt ex diſpoſit. Concil.Trident.ita donatio bonorum ſuper quibus fuit conſtitutum reuocari nequit propter ingratitudinem.

Quintò,quia qui promouetur ad ordines ſa-
3 cros cenſetur contrahere coniugium ſpirituale, argum.text.in cap.vnic.de voto in ſexto. & argumento à dicto matrimonio ſpirituali,ad carnale, quod de iure eſt validiſſimum cap. inter corporalia de tranſlat.Epiſcop vnde cum donatio facta cauſa matrimonij carnalis non reuocatur propter ingratitudinem ſecundum Guidonem Papam deciſ.145. Faber in deciſ.1. & 2. C. de reuoc. donat. Artam.in deciſ.3. eod.tit. Clar.§.donatio q.21. nu.4. ita non poteſt reuocari donatio facta contemplatione coniugij ſpiritualis,quod eſt clericatus.

Non obſtant contraria, quia procedunt in alijs caſibus præter noſtrum, in quo expreſsè prohibetur alienatio ex vi Concil.Trident.

SVMMARIVM.

1 *Ad contrahendum ſponſalia, requiritur ſeptennium completum.*

2 *In ſponſalibus per verba de futuro, ſufficit vſus rationis, & libertas, quæ præſumuntur poſt ſeptennium.*

3 *In contrahendo matrimonio per verba de præſenti,tunc malitia dicitur ſupplere ætatem,quando adeſt potentia generandi cum diſcretione.*

Malitia quando dicatur ſupplere ętatem in cauſa matrimoniali.

DECISIO XX.

FVit dubitatum in Curia Archiepiſcopali, quando dicatur malitia ſupplere ætatem ad effectum, vt aliquis cenſeatur capax ad contrahendum matrimonium,& dicebatur de iure eſſe veriſſimum,quod ſeptennium completum deſideratur ad contrahendum ſponſalia cap. ex literis cap.acceſſit,& text.in cap. ad diſſoluendum de ſponſalibus impuberum,quibus adde D.Thom. in 4.ſententiar. q.2.art.2.diſt.27.qui
1 ait requiri ſeptennium completum,in quo præſumitur vſus rationis, & libertas.

Quo ſuppoſito dubitabatur, quando malitia dicitur ſupplere ætatem, quidam prætendebat, tunc dici, quando potentia generatiua reperi-
2 tur ante pubertatem. Sed tamẽ fuit reſolutum contrarium,pro cuius reſolutionis dilucidatione eſt aduertendum, quod aliud eſt loqui de malitia ſupplente ætatem pro ſponſalibus de futuro contrahendis,& aliud pro contrahendo matrimonio per verba de præſenti, ſi loquamur in ſponſalibus, tunc ſufficit vſus rationis, & libertas,quæ præſumuntur poſt ſeptennium, niſi ſecundum probabilem aliquorum opinionem impuberes ſint doli capaces ante dictum ſeptennium,Sanchez tom.1.de matrim.diſput. 16. & tunc meo iudicio malitia dicitur ſupplere ætatem in caſu prædicto, quando ante ſeptennium impuberes ſunt doli capaces, vt optimè probatur in cap.fin. de ſponſal.impuber. & ibi latè per Panormit.& Felyn.ille nu.7.hic nu. 18.& gloſ. ibi in verbo prudentiæ, exponendo diſtinctionem malitiæ declarat eamdem prudentiam,probatur quoque in cap.continebatur eod.tit. & facit, quod notanter dicit Bald. in conſ.329.vol.2. quem refert, & ſequitur Alex. in conſ.16.volum.1. vbi ſemper malitia ſupplet ætatem, quando in perſona contrahentis matrimonium extat animi perſpicacitas, & ingenij virtus, ſequitur Henriquez lib. 11. de matrim. cap.13. Ledeſma eiuſdem nominis tract. q.33.art.2.dub.2.Quod optimè probatur etiam ratione text. in l. in ſponſalibus ff. de ſponſalibus,dicentis ſatis eſſe ſponſos intelligere, quod agunt, vnde ſi puer adeò eminentis ingenij, & iudicij ſit, vt intelligat id, quod agit, iudicatur habilis ad contrahendum ſponſalia,ita Henriq. loc.cit. Viuald.de ſponſal.nu.14. poſt Io.Andr. in cap.vnic.de deſpõſal.impuber.in ſexto,Bald. conſ.44.vol.4. & in auth.ſacramenta puberum, C.ſi aduerſus venditionem.& ex ſupradicta deciſione, Sacri Canones præfixerunt ſeptẽnium ad contrahendum dicta ſponſalia, quia in ea ætate præſumitur in puero vſus rationis,& prudentia.Io.Andr.in d.cap.vnic. de ſponſal.impuber.Lopez 2.part.de matrimon.cap.37.col.2.& ſic

Digitized by Google

ſic patet iura in deſponſalibus non conſiderare potentiam generatiuam,ſed prudentiam: vnde ſi ante ſeptennium vſus rationis, & prudentia aduenerint, valida erunt ſponſalia, & Ant.Gabr.lib.2. commun.opinion. concl.5. de minor. quem refert, & ſequitur Ledeſma de matrim. q.43. art.2.dub.2. dicit valere ſponſalia in quatriennio contracta,ſi adſint rationis vſus,& prudentia: facit ad hoc id,quod voluit Sanchez loco citato lib. 1. diſput. 16. in princ. Si verò loquamur in matrimonio contrahendo per verba de præſenti, tunc malitia ſupplens ætatem intelligitur potentia generandi cum prudentia, & diſcretione cap. de illis de deſponſ. impuber. il ſecondo, vbi Abbas. Hinc colligitur ratio, cur ius Canonicum ætatem eandem in viris,& fœminis præſcripſerit,quoad ſponſalia, cum diuerſam ad matrimonium ætatem præſcripſerit, & ratio eſt, quoad ſponſalia ſufficit rationis vſus, ad matrimonium verò, deſideratur potentia generandi,quæ tardius in viris reperitur,tradit D.Thom.par.3.q.32.art.2. ad 3. ſufficit tamen ſi vltima ſeptennij dies non ſit completa,ſed incepta, & hoc fauore matrimonij, ſicut fauore teſtamenti, idem ſtatutum eſt l.qua ætate ff. de teſtamentis.Non enim eſt minus fauorabile matrimonium,quam teſtamentum,Couarru.in 4.decretal.1.par.cap.2.num.2. Mandoſ.de ætate minori cap.14.nu.11. Henriqu. lib.11. de matrim.cap.13.nu.2.Ludou.Lopez 2.par. inſtruct.de matrim.cap.37.fol.1039. col.2.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Quando poſt Concilium Ordinarius approbauit iuſpatronatus, non tenetur amplius patronus docere de titulo.*

2 *Præſentationes dicuntur continuatæ quando extant vna, vel duæ præcedentes, licet vna deficiat in medio: nam tunc media præſumitur.*

3 *Quando cum perſona ſuſpecta concurrit non ſuſpecta,ceſſat ratio ſuſpitionis.*

An duobus patronis, quorum alter eſt Baro, alter priuatus, concurrentibus ad præſentandum in beneficio iuriſpatronatus præſumatur vſurpatio.

DECISIO XXI.

NOn videtur dubitandum, quin debeat inſtitui in Parochiali S.N.Cappellanus præſentatus à DD.Io.Bapt. & Frãciſco de Minutilis:nam in proceſſu adſunt præſentationes multiplicatæ,intra antiquiſſimi temporis curſum anno 1462.vſque ad annum 1589.quo tempore per Curiam Archiepiſcopalem fuit lata ſententia ad fauorem D.Io.Salui.præſentati à Prædeceſſoribus dictorum Dominorum de Minutulis,& quando poſt Concilium præuia cauſæ co-
1 gnitione, Ordinarius approbauit, non tenetur patronus amplius docere de titulo,ſed tunc ſufficit quaſi poſſeſſio,prout decidit Sac.Cõgreg. teſte Gonzal.ſuper Reg.Cancell.8.gloſ.18. nu 26.qui refert,& ponderat d.deciſ. Tùm quia teſtes deponũt de immemorabili, iuxta doctrinam gloſ.cap.1 de præſcript.lib.6. & de iure, quando ſumus in antiquis, fama probat iuſpatronatus, concurrente longiſſima poſſeſſione, Caſſador.deciſ.2.de probat.Rota diuerſ. 1.par. deciſ.791. Seraphin.deciſ.1103.

Non obſtat, quod præſentationes non videā-
2 tur continuatæ:nam re vera præſentationes dicuntur continuatæ,quando extant vna, vel duæ præcedentes, licet vna deficiat in medio, Menoch.lib.3.de præſumption. præſumpt.90.num. 15. nam tunc media præſumitur, probatis extremis,Rota diuerſ.1.par.deciſ.545.in fin.

Nec obſtat, quod dictus D Franciſcus compatronus ſit Baro, & ſic ſimus in perſonis, in quibus præſumitur vſurpatio, & requiruntur præſentationes continuatæ per quinquaginta annos,quæ probari debeant ex authenticis ſcripturis: nam dato,& non conceſſo,quod non adſint ſcripturæ, ſuper dictis præſentationibus, iuxta formam à dicto Concil. Trident.præſcriptam, tamen quia cum dicto Barone concurrit dictus D. Io. Baptiſt. qui non eſt Baro,non debet ei præiudicari, cum in eo ceſſet ſuſpitio vſurpationis. Quando enim cum perſona, in
3 qua præſumitur vſurpatio,concurrit alia perſona, in qua ceſſat ſuſpitio, non habet locum forma ſtatuta in præſenti Concilio, quia ratione perſonæ non ſuſpectæ, ceſſat ſuſpitio, & habetur ratio,ac ſi eſſet iuſpatronatus priuati, Menoch.notabiliter de præſumptionib.lib.3. dicta præſumpt.90.nu.16.de qua doctrina me admonuit R.D.Alexander Ruffus Canonic. Neapol. eamq. vti ſingularem hic recenſere volui.

SVMMARIVM.

1 *Parochus non docens doctrinam Chriſtianam eſt ſuſpendendus ab officio.*

2 *Delinquens in officio,eſt ſuſpendendus ab illo.*

3 *Parochus tenetur diebus Dominicis, & Feſtis, plebem ſibi commiſſam inſtruere circa neceſſaria ad curam animarum.*

Qua pœna ſit puniendus Parochus, qui non docuit Doctrinam Chriſtianam ſuos Parochianos.

DECISIO XXII.

SVpradictum Parochum, de quo loquimur, ſuſpendendum duximus ab officio ſuo,quia euidenter conſtabat, nunquam pro tempore,
1 quo functus fuerat hoc munere docuiſſe rudimenta fidei ſuos Parochianos: propterea delinquens in officio ſuo, venit ſuſpendendus ab il-
2 lo,ita Clar.in §.fin.quæſt.18. verſ.præterea,Io. Grand.de bell.exul. fol.218. Intrigl. ſingul.45. fol.39.Baiard.ad Clar.in dicta q.18.à num.5. & ſeq. Capiblanc.in tract. de Baronib.fol.121.nu 41.cum ſeq.Georg.alleg.42. nu.21.Auditor Pe-

tra in addit. ad Capyc. deciſ. 121. & latiſſimè Caball. probat in reſol. crimin. caſu 76. de Franch. deciſ. 8.

Supradictis addebatur communis Doctorum ſententia, de qua in cap. vt quiſque de vit. & honeſt. cleric. vbi per illud verbum admonere ſuos Parochianos, colligunt Scribentes, Parochos teneri, ſuos Parochianos docere principia fidei Chriſtianæ, ſcilicet, Pater noſter, Aue Maria, Symbolum Apoſtolorum, & prima rudimenta literarum: idque etiam ſatis ſtatutum fuit in Concil. Maguntin. cap. 45. cuius verba refert Barthol. Carranza in ſumma Conciliorum fol. 330. in hunc modum: Symbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & Orationem Dominicam diſtinctè ſemper admoneant Sacerdotes populum Chriſtianum, volumusq. vt diſciplinam condignam habeant, qui hoc ediſcere negligant, ſiuè in ieiunio, ſiuè in aliqua caſtigatione emendetur: propterea dignum eſt, vt patres filios ſuos ad ſcholam, ſiuè ad Monaſteria, ſiuè foras, Presbyteris, vt fidem catholicam rectè diſcant, & Orationem Dominicam, & domi alios docere valeant, & qui aliter non potuerit, in ſua lingua illud dictet, cuius Concil. verba recenſet etiam Iacob. Simanch. de cathol. inſtit. cap. 28. num. 8. & ſimiliter, conſtitutionem editam eſſe in Diœceſi Conimbricenſ. dicit Nauar. in cap. quoniam notab. 18. ex nu. 68. de conſecr. diſt. 1. & poſt eum Michael de Medin. lib. 4. de recta in Deum fide cap. 6. id aſſerit Simanch. in d. cap. 28. nu. 11. Ad officium Parochi pertinere Parochianos ſuos in prædicta doctrina chriſtiana erudire, & idipſum reddit Moron. de pace q. 60. nu. 12. Fuſc. de viſitat. lib. 1. cap. 4. nu. 17. & lib. 2. cap. 3. num. 12. Nauar. in manual. cap. 11. nu. 18. verſ. quo circa, & in cap. 25. num.
135. & idem etiam ſtatutum referunt in Con-
3 cil. Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. vbi iubetur Parochis plebes ſibi commiſſas ſingulis diebus Dominicis, & feſtis ſollemnibus inſtruere in his, quæ ad ſalutem animarum neceſſaria exiſtimant; & iterum in eodem Concil. ſeſſ. 24. cap. 4. iubetur Parochis diebus Dominicis, & alijs feſtiuis pueros in ſingulis Parochijs, fidei rudimenta docere.

Ex quibus omnibus, cum de maxima appareret obligatione ad quam tenetur Parochus, fuit ſuſpenſus ab officio ſuæ curæ per ſex menſes.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum, poteſt ad beneficium iuriſpatronatus vacans præſentare.*
2 *Præſentatio eſt in fructu.*
3 *Vſufructuario, & non proprietario debetur laudemium.*

Vſufructuarius omnium bonorū, an habeat ius præſentandi ad beneficium.

DECISIO XXIII.

Cvidam fuit relictus vſusfructus omnium bonorum, in quibus aderat beneficium iuriſpatronatus, quare cum concurriſſet proprietarius, & ipſemet vſufructuarius in caſu vacationis ad præſentandum; fuit dubitatum quis eorum eſſet præferendus. Et prima facie videbatur reſpondendum pro proprietario, ex eo, quod vſusfructus non dicitur dominium l. rectè dicimus ff. de verbor. ſign. nec pars quotatiua, nec de bonis, nec extra bona, Bart. in authent. hoc locum C. ſi ſecund. nupſ. mulier. Magon. deciſ. Florent. 204. Franc. Marc. in deciſ. 302. & ſecundum Caballin. milleloq. 502. vſufructuarius non eſt Dominus rei, ſed aliquando habetur pro Domino, & iuxta opinionem Bart. in l. 2. ff. de legat. 3. vſusfructus non dicitur tertia, nec quarta pars fundi, ſed conſiſtit in parte integrali, Alciat. in d. l. rectè dicimus ff. de verbor. ſignif. fundum noſtrum rectè dici, cuius vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis eſt: hinc Bart. in l. ſi pignori res ff. famil. erciſc. nu. 8. vſufructuarius dicitur quaſi Procurator, ſupradictis accedebat cõior Canoniſtarum ſententia, præſertim Innoc. nu. 1. Butr. nu. 4. Panorm. nu. 9. in cap. fin. de conceſſ. præbend. qui tenent vxorem vſufructuariam omnium bonorum non poſſe præſentare clericum in Eccleſia patronata, ſequitur Bellon. conſ. 6. nu. 18. Anna ſingul. 593.

Cõtrarium verò fuit reſolutum, ſcilicet vſu-
1 fructuarium omnium bonorum, poſſe ad beneficium iuriſpatronatus vacans præſentare; & moti fuimus, quia vt pluries diximus ex mente Panormit. & omnium in cap. conſultationibus
2 de iurepatronatus; præſentatio eſt in fructu, & cum omnes fructus pertineant ad vſufructuarium l. vſufructuarium nouum ff. de vſufruct. igitur poteſt præſentare, & iuxta hanc opinionem tenuit Molin. de primogen. hiſpan. lib. 1. num. 4. vbi dixit vſufructuarium habere iuſpatronatus, & ei competere ius præſentandi ad ſacerdotia, vnde Bald. in conſ. 63. volum. 1. ſcripſit vſufructuarium omnium bonorum, in omnibus, & per omnia loco Domini haberi, vnde & ipſe tenetur ſoluere debita, Rota Peruſina in deciſ. 5. Franc. Marc. deciſ. 813. & Caballin. milleloq. 550. & num vſufructuarius, an proprietarius debeat exigere à vaſallis adiutorium, Capyc. deciſ. 184. Guid. Pap. deciſ. 477. & Clar. in §. emphyteuſim q. 23. & ipſi, & non proprieta-
3 rio debetur laudemium, idem Capyc. citata deciſ. 184. Anna ſingul. 294. quemadmodum ad eum ſimiliter pertinet ius reuocandi vſufructuarium, & quamuis non ſit Dominus, tenetur ad collectas, Cacher. deciſ. 83. num. 4. & dicitur legitimus contradictor in materia l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 2. q. 19. & poteſt agere vtili rei vendicatione, Rauen. ſingul. 93. Anna alleg. 14. num. 5. & ei competit interdictum, vnde vi, vti vero Domino ſi expellatur ſecundum Bart. in l. 1. §. vſufructuarius ff. de nou. oper. nunciat. & Boer. deciſ. 27.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in articulo mortis præſumitur verum dixiſſe.*

2 Ex-

Digitized by Google

1 *Exculpatio facta per ſocium criminis in articulo mortis,vel in patibulo,prodeſt inculpato.*

2 *Dictum ſocij criminis facit indicium ad torturam, ſecus quando hic ſocius eſſet morti traditus, quia tunc nullum faceret indicium eius confeſſio.*

4 *Iudex ſi in mortis articulo dicat ſe falſam tuliſſe ſententiam, non ſtatur eius dicto, nec per hoc ſententia annullatur, ſimiliter & de teſte.*

Dictum ſocij criminis,qui fuit ſuſpẽſus, an faciat indicium ad torturam contra ſocium?

DECISIO XXIV.

FVit dubitatum in Curia Archiepiſcopali Neapol. an dictum ſocij criminis, qui fuit damnatus ad mortem faciat indicium ad torturam contra ſocium; & dicebatur regulam iuris generalem eſſe,dictum ſocij criminis, concurrentibus concurrendis facere indicium contra ſocium,latè Menoch.de arbitr.iudic. lib.2. caſ. 474. & de præſumptionib.lib.1.q.89. Boſſ.de indic.nu.143.Clar.q.21. verb.dictum ſocij, Foller.in ſua practic. in verb.à confitentibus num. 102. Rebuff in l.Diuus nu.168. & ſeq. ff.ad ſyllanian.late Peguer.in deciſ.5.per totam, & in deciſ. 36. & maximè hoc procedere dicebatur
1 in caſu præſenti,in quo exiſtẽs in articulo mortis præſumitur verum dixiſſe ſecundum gloſſ. in cap.final. in fin.de purgat.canonica, quam commendat, & magnificat Alex. in conſ.121. vol.1. Dec.conſ.563. vol.2. Bald.conſ.25.col.2. vol.1.vbi voluit, quod confeſſio facta in articulo mortis valeat, quia non eſt præſumendum, quod confitens illo tempore mentiatur, & hoc ab omnibus Doctoribus approbari,refert Marſill.in practic.§.diligenter num.119. per rationem text.in cap. incipimus 1.q.7. vbi quilibet, & maximè in articulo mortis conſtitutus præſumitur immemor ſalutis æternæ, & propterea Maſtrill. in deciſ.191. refert deciſum exculpa-
2 tionem factam per ſocium criminis in articulo mortis, vel in patibulo prodeſſe inculpato, allegat Grammat.vot.3.nu.5.& in vot.11. nu. 11.in fin.Burſat.conſ.201.num.21.& ſeq. vol.1. Farinac.de indic.& tortur.q.96.nu 90.

Sed quidquid ſit ex ſupradictis, Curia Archiepiſcopalis cenſuit contrarium, vt minimè crederetur ſocio criminis,qui fuit ſuſpenſus,& hoc per doctrinam Bertazzol.conſ.234.vbi ponit regulam generalem, dictum ſocij criminis
3 facere indicium ad torturam, & poſtea ponit limitationem, non procedere quando hic ſocius confeſſus, eſſet morti traditus, quia tunc nullum faceret indicium eius confeſſio contra ſocium,quam limitationem refert, & ſequitur Rouit.in pragm.5.poſt nu.4.de receptatoribus, huic opinioni à ſimili loquẽdo accedebat text. in l.ſi quis in graui §. ſi quis moriens ff. ad ſyllanian.vbi per illum textum dicunt Bart. & alij
4 poſt eum, quod ſi aliquis Iudex conſtitutus in mortis articulo dicat ſe tuliſſe falſam ſententiam, non ſtatur eius dicto, nec ei creditur,nec per hoc ſententia annullatur, Angel.conſ.308. vbi ait idem eſſe in Electoribus priuatorum, ſecundum Innocẽt. in cap.cum dilecti de elect. idem ſubdit eſſe in teſtibus, quibus non credetur,ſi poſt eorum depoſitionem ſollemniter factam in articulo mortis, aſſerant ſe falſum teſtimonium tuliſſe,per text.in cap.ſicut extra de teſtibus,vbi gloſ.Roman.& Angel. in citato §.ſi quis moriens, Bart.in l.1. in 1.col. in princ. ff.de falſis,Bald.in l.1.in 1.colum.C.de non numer.pecun. & ita communiter tenent Couarr. lib.2.variar.reſolut.cap.13.num.7.in fin.Clarus §.fin. q.53. verſ.ſecundo eſt caſus,Maſcard.de probat.concl.1135.nu.13. Marſill.in pract.§.reſtat,vbi dixit,quod non omnis moriens eſt ſanctus, imò ita moriens pauore videtur territus, vt ſanum perdidiſſet intellectum,vt plurimum enim ipſis ſolet euenire, idcirco ipſis perſonis, tanquam non menti compotibus, non eſt credendum, argum.text. in l hac conſultiſſima verſ.at cum humana fragilitas C.qui teſtamen. facer.poſſ.

Non obſtant contraria, quia procedunt, vbi vltra inculpationem,non adſunt alia indicia ſecundum Hippol.& Maſcard.locis ſupra citatis, & Addit.ad Bertaz.conſ.246.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Per ſex menſes non præſumitur obliuio in teſte.*

2 *In teſte præſumitur obliuio elapſo biennio.*

3 *Quando agitur de re graui, ad præſumendam obliuionem requiritur curriculum decem annorum ſecundum aliquos.*

Teſtis, an poſſit interrogari de certa hora rei geſtæ elapſis iam ſex mẽſibus.

DECISIO XXV.

REuerend.Fiſcus Cur.Archiep.Neapol.in cauſa in qua erat facta publicatio didicitis teſtificatis,petijt ad terminum impinguandum proceſſum,& dicebat velle examinare quẽdam teſtem ſuper certa hora cuiuſdam rei, cum iam ſex elapſi fuiſſent menſes:Pars verò aduerſa replicabat,non eſſe concedendum, quia erant didicita teſtificata, propter quod etiam Fiſco denegatur noua producere, iuxta cõmunem opinionẽ,quam refert,& ſequitur Clar.q.51.Theſaur. deciſ.263. Farinac. de teſtib. q.92. Burſat. conſ.13.nu.7.vol.1. tùm etiam quia præfata interrogatio poſſet de facili præbere anſam dicto teſti deponendi falſum, quia ſi reſponderet aſſirmatiuè cenſeretur ſuſpectus,cum non ſit poſſibile,quod in tanta temporis diuturnitate,non ſit oblitus de dicta hora, ex regula iuris, quod memoria hominis labilis ſit, vt per Vbert.de Bobio in tract.de poſitionib. nu.38. Feſtus in tract.de ſubhaſtationib.q.4.nu.3.Corn.conſ.55. nu.23.& conſ.257.nu.9.vol.3.& ita meminit Iuſtinian.in l.3.§.ſi quid autem C.de vet.iur.enucl.Rimin.Iun.in conſ.344.nu.77.Menoch.conſ.

Digitized by Google

263. interrogatus nu.13. vol.3. Bertr.conſ.266. ex actis num.2.vol.7. Barbat.conſ.75. ſapienter num.15.& conſ.89.clementiſſimi num.4.vol.4. idem Barbat.conſ.129.ex facto nu.2.vol.2.Scribit enim ad propoſitum Seneca, Claudium Sabinum tàm fragili,aut nulla extitiſſe memoria, vt illi modo Vlyſſis,modo Achillis,modo Priami nomen excideret,quos tamen nouerat optimè,Plinius teſtatur etiam prodigium. Meſſalæ Coruini obliuionem fuiſſe adeò mirandam , vt ob morbum ; proprij ſui nominis nòn recordaretur: Curio pater,adeò fuit hebetæ memoriæ, quod in cauſis dicendis accidit quadam die , vt quidquid erat dicturus in Senatu obliuiſceretur, Auctore Cicerone , ſicut noſtris temporibus quoque interrogatus aliquando Reuerendiſſimus Epiſcopus Aquilanus. D. Ioannes de Acugna (ſanctæ memoriæ) de nomine propriæ patriæ,ob eius ſenectutem, vel potius ingraueſcentem ætatem, non meminit. Hinc eſt,quod ſecundum Viu.in deciſ.64. memoria minuitur niſi ſtudio. & exercitatione augeatur, Cic.de ſenectute,& Franc.Petrarcha de remed.aduerſæ fortunæ, vbi vocat: memoriam infidam,in qua verè fidendum non eſt,& ſic, ne quis à recta via diſcedat,calculum ſecum ponat,& quod facturus ſit,potius hodie,ne memoriæ excidat, quam in craſtinum efficiat,cum dilatare non ſit tutum , vt idem Petrarcha diſcurrit in loco memorato: hinc,vt ab incepto non deſiſtam: Non eſt inquam dubitandum,quin curriculum biennij,naturali ratione mem rem, immemorem reddat,ex quo collige, quod daturus operam iuri inter cætera , memoriæ opus habet , tùm naturalis, tùm artificialis. vt magiſtraliter diſcurrit Petrarcha in tract. de arte memorandi, Hieronymus Ruſcellius in tract.de memoria locali, & Iacobus Bernardus in addit. ad Io. de Terra Rubea in tract. contra rebelles ſuorũ Regum, in prohem. in gloſ.quoniam ſub lit.A, propè fin.vbi quamplurimos refert,qui tenaci, profundaq. claruere memoria;& ſic in omnem euentum,obliuio inducitur per decennium l.ſi arbiter ff.de probat.l.peregrè ff.de acquir. poſſeſſ.l.2. C.de vet.iur.enucl. Corn.conſ.179.nu. 6. vol.3. & idem conſ.137. vol.1. Decian.conſ. 51.vol.2.Gozzad.conſ.9.nu.52.

Tamen decidendo contrarium iudicauit Curia Archiepiſcopalis,& ſic cenſuit ſupradictum
3 teſtem poſſe interrogari de certa hora geſtæ rei,ſex menſibus elapſis , nam regulariter obliuio non præſumitur ſecundum Bald. in l. cum aliena C.de legatis,Guid.Pap.deciſ.127.num.4. Viu.deciſ.64.in princ. facit text.in l.magnam C.de contrahend.& committ.ſtipul.& ratio eſt, quoniam memoria nõ eſt futurorum,nec præſentium,ſed tantum præteritorum, teſte Ariſt. in lib.de reminiſcent.

Non obſtant cõtraria, quod memoria hominis labatur,quia procedit, data lõgitudine tem-
2 poris maiore,quam ſex menſium,& ſic in teſte præſumitur obliuio,elapſo biennio, & non minori tempore ſecundum gloſ.in cap.ſi teſtes 4. q.3.Crauett.conſ.28.vol.1. Oldrad.conſ.183.nu. 19. Grammat.conſ.42.& 46. Verall.deciſ.279. imò ſunt,qui dixerunt, ad præſumendam obli-
3 uionem, requiri curriculum decem annorum : præſertim quãdo agitur de graui negotio, Crauett.conſ.138. nu.14. vol.3. Menoch.de arbitr. iudic.caſ.26.nu.1.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in dubio eſt admittenda.*
2 *Quando exceptio eſt intricata in iure,aut in facto poteſt reſeruari ad merita cauſæ.*

Vicarius an teneatur admittere appellationem ab eius decreto de præſeruandis exceptionibus ad merita cauſæ.

DECISIO XXVI.

FVit deciſum , teneri Vicarium admittere appellationẽ ab eius decreto lato ſuper reſeruandis exceptionibus ad merita cauſæ,cuius
1 deciſionis ratio fuit,quia in dubio appellatio eſt admittenda,gloſ.in l.qui reſtituere in fin. ff.de rei vendic.Dec.in cap cum ſit Romana nu.8.de appell.& in conſ.28.nu.2.conſ.83.num.6.in fin. conſ.336.num.2, & in conſ.524.in fin. Cæphal. conſ.105.nu.46.vol.1.Crauett.conſ.203. nu.24. vol.2. Rimin.Iun.conſ.70. nu.25.vol.1. Afflict. in conſtit. appellationum tempora nu.39. Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.5.nu.89.& Anna, qui alios refert ſingul.678.

Sed ſupradicta conſiderauimus cum hac di-
2 ſtinctione, quod aut exceptio eſt intricata in iure,aut in facto,& tũc reſeruari poteſt ad merita leg. 3. vbi Doctores ff. ad exhibendum, & ideò non poteſt appellari, conſequenter fruſtra diſputatur ſi debet admitti, vel ne, & quod exceptio ſit intricata, aut requirat altiorem indaginem ſtatur dicto eiuſdem Iudicis, ita Innoc. in cap.cum in iure peritus de offic.deleg.Bart. in l.4.§.condemnatum ff. de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans abſque conſenſu directi Domini,incidit in commiſſum.*
2 *Pacta appoſita inter contrahentes ſunt ſeruanda.*
3 *Directus Dominus non poteſt cedere prælationem.*
4 *Prælatio non competit niſi directo Domino.*
5 *De iure tertij non licet excipere regulariter.*

Emphyteuta,qui partem rei emphyteuticæ alteri in emphyteuſim ſimiliter concedit , an dicatur directus Dominus reſpectu dictæ conceſſionis , & conſequenter in ea habeat prælationẽ,& alia,quæ directis Dominis competunt.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXVII.

PEtrus S.Croce cum teneret ad emphyteuſim perpetuam quoddã territorium à Monaſterio S.Gaudioſi Ciuitatis Neapolis, cõceſſit partem dicti territorij ſimiliter ad emphyteuſim cuidam Natali de Sãctis,cum omnibus pactis,& clauſulis in ſimilibus contractibus apponi ſolitis, & ſignanter, quod à dicto Natale non poſſit alienari ipſo concedente irrequiſito,& per iuris terminum nõ expectato, verum dictus Natalis dictam partem territorij alienauit D. Petro Paulo Ferraiolo, illam concedendo ſimiliter ad emphyteuſim,cum ſolitis clauſulis, & pactis, qui D. Petrus Paulus pro huiuſmodi cõceſſione ſoluit laudemium Monialibus S. Gaudioſi tanquam directis Dominis , modo dictus Petrus S.Croce egit in Archiepiſc.Cur. Neap.contra dictum D.Petrum Paulum ad relaxandum dictum territorium, ſiuè ex capite deuolutionis , ex quo fuit alienatum ipſo irrequiſito , & per iuris terminum non expectato, ſiuè ex capite prælationis , cum Natalis habeat conceſſionem ab ipſo Petro, qui tali pacto ſpeciali illud conceſſit , fuit dubitatum quid iuris, & pro parte dicti Petri actoris dicebatur conceſſionem dicti territorij ab eo fuiſſe factam dicto Natali ad emphyteuſim, & abſoluti iuris
1 eſt emphyteutam alienando rem emphyteuticam irrequiſito Domino incidere in commiſſum l.fin.C.de iur.emphyt.cap.potuit de loc.& cond.nec ſibi præiudicare laudemium Monialibus ſolutum,ex quo conceſſione eſt ſpecialiter cautum,quod Natalis non poſſet alienare ipſo
2 Petro irrequiſito , & pacti in contractibus appoſita inter contrahentes ſunt ſeruanda l. 1. & tot.tit. ff.de pact.imò dictas Moniales non potuiſſe præſtare aſſenſum dictæ conceſſioni in eius præiudicium : nam per alienationem factã contra formam iuris,& pacti, erat quæſitum ius actori, Corbul.in tract. de iur.emphyt. tit. de can priu.ob alien.fact.q.7.nu.8. fol.141. nec monaſterium prædictum poterat tanquam directus Dominus prætendere prælationem,quia in hoc caſu non competebat ei tale ius,ex quo illo non vtebatur ad ſui beneficium,ſed ad cõmodum tertij , Vrſill.ad Afflict.deciſ.238.nu.6. Guid.Pap.q.411. Franc.Marc.deciſ.2. par.2.

Quibus tamen non obſtantibus per dictam Archiepiſcopalem Curiam de voto Congregationis fuit deciſum cõtra dictum Petrum actorem,& abſolutus ab impetitis D.Petrus Paulus Ferraiolus, & ratio deciſionis fuit, quia Petrus S. Croce non erat Dominus directus territorij conceſſi,ſed vtilis & eius vtile dominiũ in alienatione tranſtulit in emptorem, & nihil penes ſe retinere potuit,vnde non ab ipſo, ſed à directo Domino. ſ. à Monaſterio aſſenſus requirebatur,vt per Iaſ.in d.l.fin. n.88.C.de iur.emph.
4 nec etiam iure prælationis illud prætẽdere poteſt, quia nullo iure cautũr, quod prælatio alteri competat , quam directo Domino d.l. fin. D.de Franch.deciſ.17. & Capyc.deciſ.89. ergo dum D. Petrus Paulus conuentus habuit aſſenſum à directo Domino ſoluẽdo illi laudemium non debet moleſtari à dicto Petro emphyteuta,nec obſtat pactum ad eius beneficium appoſitum in conceſſione facta Natali ſecundo emphyteutæ,quia tale pactum operatur ad beneficium directi Domini,cui non poterat præiudicari ab ipſis emphyteutis l. iuriſgẽtium §.ſi paciſcor ff.de pact.Bart.in l.eum qui §.in popularibus ff.de iureiur.nec obſtat, quod opponebatur ab actore, ſcilicet quod primus emphyteuta in dicto territorio habebat meliorationes per ipſum factas,quas poterat alteri cõcedere, quia in illis etiam habet tãtum dominium vtile,cum in caſu caducitatis res emphyteutica, vna cum meliorationibus ad Dominũ directum reuertatur d.l.fin. & Rot.deciſ.1.de locat.& cond.in antiq.de Franch.deciſ.92.de Põte deciſ.12.Nec demum obſtat, quod per partem aduerſam opponebatur aſſenſum non eſſe præſtitum à Monialibus, cum nõ appareat niſi ſolutio laudemij Abbatiſſæ,quæ non poterat conſenſum præſtare niſi capitulariter congregata cum alijs Monialibus, ſecundum Mohed.deciſ.1.de his, quæ fiunt à prælat. quia hoc eſſet opponere de iure tertij, quod non licet l.loci corpus §. competit ff ſi ſeru.vend. Theſaur deciſ.4. ex communiter traditis per Doctor.in l.2.ff.de except.& eo magis cum ſimus in eo,qui opponit contra habentem iuſtam cauſam poſſidendi l.fin. C.de rei vendicat.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis qualiter veſtiatur.*
2 *Fideicommiſſum relictum in diem mortis , non cedit ante diem mortis.*
3 *De bonis antiquis hodie non diſponitur , niſi de medietate .*
4 *Per alienationem factam contra expreſſam voluntatem teſtatoris, non transfertur dominium.*

Heres inſtitutus cum expreſſa prohibitione alienandi bona hæreditaria , num illa alienando poſſint vendicari à ſubſtitutis eius vita durante , vel poſt eius mortem .

DECISIO XXVIII.

FRãciſcus, & Fratres S.Croce,filij ſupradicti Petri,cum in ſupradicto iudicio ab eorum patre intentato non potuiſſent obtinere , vt in deciſione præcedenti,ex eorum perſona egerſit in dicta Archiepiſc.Cur.contra eundem D.Petrum Paulum pro relaxatione dicti territorij , ex alio capite,nam Antonia Carbonella ſobrina dicti Petri in vltimis conſtituta ſuum heredem vniuerſalem inſtituit Petrum S. Croce eorum patrem ſuper omnibus eius bonis, & ſignanter ſuper quodam territorio cõditione appoſita,vt ſi dictus Petrus abſque liberis decederet in eius hereditate ſuccederet venerab.Eccleſia S.Aloyſij huius ciuitatis,cum expreſſa prohibitione ne dictus Petrus poſſet alienare in totum, vel in partem

Digitized by Google

partem dicta bona, ſed de eis ſit tantum vſufructuarius eius vita durante, & poſt eius mortem dicti eius filij, & in eorum defectum dicta Eccleſia, & quia non obſtante dicta expreſſa prohibitione teſtatricis, dictus Petrus alienauerat partem dicti territorij, vt ſupra in præcedenti deciſ. quod nullo iure ſibi licuerat per text. in l. peto §. fratre, & in l. cum pater §. libertis ff. de legat. 2. fuit dubitatum quid iuris, & pro parte cõuenti, dicebatur alienationem fuiſſe validam, & propterea eſſe abſoluendum ab impetitis ĩ
1 in præſenti iudicio ex nonnullis. Primò quia & ſi dictus Petrus fuerat prohibitus alienare, tamẽ dicta prohibitio non fuit veſtita aliqua cauſa, & ſic eſt nullius momenti, & reſoluitur in nudum præceptum, vt ad literam dicit text. in l. filiuſfamilias §. diui il 2. ff. de leg. 1. l. Lucius ff. de leg. 3. latè Capyc. deciſ. 108. Secundò, nam dicti filij ſunt vocati in dicto teſtamento poſt mortem eorum patris, qui adhuc viuit, & ſic eo viuente nullam eis competere actionem l. hæres meus
2 ff. de cond. & demonſt. Ann. conſ. 25. vol. 1. & latiſſimè Gama in deciſ. 280. & fideicommiſſum relictum in diem mortis non cedit ante diem mortis l. Statius Florus §. Cornelio fœlici ff. de iur. fiſc. l. poſt mortem C. de fideicommiſ. quod etiam habet locum in expreſſa prohibitione alienationis l. Sceuola codicillis §. inſtituto ff. de legat. 2. cum ex hoc non extendatur fideicommiſſum, ſed intelligatur ſecundum perſonarum vocationem, Menoch lib. 4. præſumpt. 68. n. 20. Tertiò, quia dictũ territorium erat de bonis an-
3 tiquis eius domus, & ſic non poterat diſponere niſi de medietate illius, aliam verò medietatem nõ poterat grauare fideicõmiſſo ex conſuetud. Neapol. & ſi teſtator de ſucceſſ. morient. ſine fil. ex teſtam. de qua latè per Afflict. deciſ. 310. & dicta pars alienata eſt longè minor medietate dicti territorij. Quartò, & vltimo dicebatur, quod cum dictus Petrus fuerit grauatus per fideicommiſſum vniuerſale, eſſe detrahendam trebellianicam à dictis bonis ff. ad Senatuſconſult. Trebell. per totum, cuius loco poterat dictam partem territorij alienare.

Quibus tamen non obſtantibus per dictam Archiepiſc. Cur. fuit condemnatus conuentus ad relaxandum dictam partem territorij, & declaratam conceſſionẽ factam à dicto Petro eſſe nullã, & inualidam, ex quo erat prohibitus alienare. & per alienationem factam contra expreſſam voluntatem teſtatoris non transfertur dominium, per text. & quod ibi communiter notatur in l. ſi ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. gloſ. in l. 2. C. de cond. ob cauſ. Creſcent. in deciſ. 1. de pignor. & latè Seraphin. deciſ. 757. nec obſtant in contrariũ adducta, & non obſtat primum, quia & ſi dicta prohibitio non veſtitur à cauſa, tamen eſt facta contemplatione certæ perſonæ, ſcilicet filiorum Petri, & Eccleſiæ S. Aloyſij, & hoc dicit text. in d. l. filiusfamil. §. diui el 2. ff. de leg. 1. ibi niſi inueniatur perſona, cuius reſpectu à teſtatore hoc diſpoſitũ ſit, & declarat gloſ. ibi, verſ. non poſſint. Nec obſtat ſecundum, quia ſumus in alienatione volũtaria. & huiuſmodi alienationes ſtatim ſunt nullę ipſo iure non expectata morte alienantis l. peto §. prædium, & ibi gloſ. in verb. voluntaria, & Bart. ff. de leg. 2. Nec tertiò obſtat, quod eſſent bona antiqua, quia dictum territorium à teſtatrice non poſſidebatur ex ſucceſſione, ſed alio titulo, nec territorium prædictum fuit aſſignatum in dotem, ſed pro dotibus promiſſis in pecunia fuit petita aſſiſtentia ſuper dicto territorio, & propterea alienatum extraneo, & demum ex donatione peruentum teſtatrici, quæ omnia ex proceſſu clarè conſtabant. Nec demum obſtat quartum, & vltimum, quia Petrus hæres fecit alias conceſſiones ante iſtam, de qua agitur, quæ in caſu, quo deberetur trebellianica erunt eius loco, & nihilominus fuerat prohibita detractio dictæ trebellianicæ in dicto territorio.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula generalis prohibens alienationem extra familiam, an inducat fideicommiſſum.*
2 *Curia Archiepiſcopalis pro negatiua decidit, & reddit rationem deciſionis nu. 3.*
4 *Fideicommiſſum abſolutum ex quibus inducatur.*
5 *Prohibitio alienationis extra familiam non inducit ſimplex fideicommiſſum.*
6 *Fideicommiſſum in dubio non præſumitur, & propterea illud allegans tenetur probare.*
7 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

An ex permiſſione alienationis inter inſtitutos tantum cenſeatur inductum fideicommiſſum.

DECISIO XXIX.

CVm quidam teſtator inſtituiſſet tres eius filios, & eos ad inuicem ſubſtituiſſet cum clauſula, quod bona alienare minimè poſſent niſi inter eos, fuit dubitatũ in Cur. Archiepiſc.
1 ſi per hoc eſſet inductum fideicommiſſum, & vnus ex Dominis dicebat fuiſſe inductũ, ex eo, quod per prohibitionem alienationis fideicommiſſum inducitur l. filiusfamil. §. diui, & §. cum pater ff. de leg. 1. l. cum pater §. libertis l. codicillis §. inſulam ff. de leg. 2. & l. pater §. fundum §. Iulius Agrippa §. quindecim l. Lucius in princip. ff. de leg. 3. l. quoties ab omnibus C. de fideicommiſſ. Guid. Pap. in deciſ. 469. Borrell. conſ. 33. nu. 17. quod adeò verum eſt, vt ſecundum Aret. in l. qui Romæ §. cohæredes col. 3. vbi Soccin. nu. 18. ff. de verb. oblig. fideicommiſſum nõ ſolum cenſetur inductum in caſu alienationis, verum etiam in caſu mortis, ſequitur Dec. in conſ. 481. col. 4. cum multis ques citat Petra in tract. de fideicõm. ob prohibitionem alienationis q. 5. nu. 43. cum ſeq. Molin. de primog. hiſp. lib. 1. cap. 5. nu. 16. Sim. de Præt. de interpr. vlt. volũt. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. ſolut. 10. nu. 8. Surd. in conſ. 85. & in conſ. 96. per tot. in quibus locis reprobatur etiam Dec. opin. qui in cõſ. 636. voluit clauſulam non extendere fideicommiſſum præcedens, ſed ad illud reſtringi, prout etiam facit Riminald. in conſ. 20. num. 22. cum ſeq. vbi latè agit Bertazzol. in conſ. 6. nu. 28. in ciuil. Petra in d. tract. q. 6. nu. 16.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterum ſupradictis non obſtantibus Curia
2 Archiepiſcopalis contrarium decidit, & ſic iu-
dicauit minimè fuiſſe inductum fideicommiſ-
3 ſum, quæ deciſio fuit roborata ex eo, quod ad
hoc, vt fideicommiſſum ſimplex inducatur, ex-
tare debent verba, quæ hoc importare poſſint,
alias etiam ſi voluntas teſtatoris concurreret,
eſſet ineſſicax l. quidam cum filium, vbi Bald. &
Imol. ff. de hered. inſtitu. & Doctores omnes,
qui dicunt fideicommiſſum abſolutum induci
4 ex prohibitione alienandi, quæ ſit veſtita cauſa,
loquuntur quando adiecta eſt clauſula apta ad
importandum fideicommiſſum, vt quando di-
ctum eſt prohibeo alienationem extra fami-
liam, vt bona remaneant in familia; in caſu au-
tem noſtro verba non ſunt apta ad hoc, quia
ſolum dictum eſt, quod non poſſint alienari
niſi inter eos de familia, & non infertur, aliena-
tio denegatur extra familiam, ergo voluit bona
remanere in familia, quia per ſimilem prohi-
bitionem teſtator voluit familiæ prouidere,
non relinquendo, ſed amputando, & præciden-
do vias per quas impediretur tranſitus bono-
rum in poſteros: opinatur enim teſtator ſuffi-
cere, vt bona tranſeant ad poſteros, vt probat
Soccin. conſ. 251. nu. 6. verſ. nam tunc teſtator
vol. 2. vbi allegat text. in l. pater §. fundum ff. de
legat. 3. Soccin. Iun. in conſ. 13. col. fin. vol. 4. &
5 Doctores omnes admittunt, quod prohibitio
alienationis extra familiam non importat ſim-
plex fideicommiſſum, quando aliud non con-
currit, ideò Alciat. in conſ. 184. concludit fidei-
commiſſum non oriri ex prohibitione alie-
nandi facta de caſtro niſi inter filios, & deſcen-
dentes, licet interueniat qualitas rei, & fauor
deſcendentium, & in eodem facto idem voluit
Berous conſ. 84. volum. 2. quem ſequitur Rimi-
nald. conſ. 371. nu. 124. & nu. 132. addo Soccin.
Iun. d. conſ. 13. vol. 4. qui in eodem caſu conſul-
uit cum Alciat. & omnes iſti mouentur funda-
mentis, quæ omninò conueniunt facto noſtro,
quia ſcilicet prohibitio facta fuit inter inſtitu-
tos tantum. Inſuper adducitur pro confirma-
tione huius deciſionis, quod fideicommiſſum
6 non præſumitur, ſed allegans tenetur probare,
Io. Andr. ad Specul. in tit. de teſtament. §. 1. verſ.
occurrit, cum pluribus apud Roland. conſ. 30.
& per aliam, quæ vult, quod non ſufficiat teſta-
torem voluiſſe, niſi etiam diſponat, Bald. &
Imol. in l. quidam cum filium ff. de hered. inſtit.
Roland. conſ. 34. nu. 1.

Non obſtat, quod prohibitio pluribus facta cenſetur, cuique eorum facta contemplatione alterius, quia per hoc non infertur adeſſe ſimplex fideicommiſſum, quando ceſſat ratio conſeruationis, & veſtimenti cauſæ, gloſ. in l. codicillis §. inſtitutio ff. de leg. 2.

Non obſtat ſecundo ratio prohibitionis alie-
nationis, quia non dixit teſtator ſimpliciter, ſe
velle, quod bona conſeruentur in ſua familia,
vel agnatione, ſed apud ſupraſcriptos hæredes,
& ſubſtitutos, atque ita clauſula eſt limitata,
7 vt producere debeat limitatum effectum l. in
agris ff. de acquir. rer. domin. & cum ſit reſtri-
cta ad certas perſonas, non debet ad alias ex-
tendi, quia regulariter non eſt permiſſa exten-
ſio de perſona ad perſonam l. ſi quis ita §. pe-
nult. ff. de teſtam. tutel. Aret. in l. Gallus § quid
ſi tamen col. 5. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l.
cum res in 6. notab. ff. de legat. 1. Natt. conſ. 47.
nu. 9. Roland. conſ. 56. nu. 24. vol. 3. Mantic. de
coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 14. nu. 3. Petra
in d. q. 5. nu. 56. & clauſula eſt relatiua ad præ-
cedentes ſubſtitutiones, quia vult, quod bona
conſeruentur apud prædictos ſubſtitutos, ea
namq. dictio in tantum, eſt relatiua, quod eos
ſolos amplectitur, qui oculis corporeis legi
poſſunt in ſcripturis l. qui liberis §. hæc verba,
vbi Bart. in fin. ff. de vulg. ſubſtit. alios citat Me-
noch. conſ. 86. nu. 83. Mantic. in d. tract. lib. 8. tit.
14. in fin. Dec. conſ. 287. col. fin.

S V M M A R I V M.

1 *Quando pars citata oſtenderet eſſe euidentem calumniam in petenda abſolutione à iuramento, & quod fiat ad fatigandum aduerſarium pro huiuſmodi probatione facienda conceditur terminus.*

2 *In diſpenſatione facienda debet præcedere cognitio ſummaria ſuper cauſis diſpenſationum, an ſit vtilitas, vel neceſſitas.*

3 *Vbi non ſubeſt iuſta cauſa non debet concedi diſpenſatio.*

An in habilitatione à iuraméto, parte aduerſa comparente debeat dari terminus.

DECISIO XXX.

PEtierat in Curia Archiepiſcopali quidam de Palma habilitationem à iuramento aduerſus contractum ſocietatis initæ inter ipſum, & quendam alium, vnde cum dicta pars aduerſa comparuiſſet in dicta Curia, opponendo cótra dictam habilitationem, inſtando ipſum audiri, & dari ſibi terminum, vt poſſet verificare, quare dicta habilitatio non debeat concedi, & fuit inter nos dubitatum, an deberet prædictus terminus concedi.

Dicebatur primò, terminum non eſſe concedendum ex eo, quod habilitatio ſupradicta conceditur parte non citata ſecundum communem opinionem, de qua per Afflict. deciſ. 220. & conſequenter terminus dari non debet: vbi enim citatio exigitur, cauſæ cognitio eſt neceſſaria l. iubemus C. de iudic. & vbi cauſæ cognitio, ibi, & terminus, ſecundum Bart. in l. crimine ff. de adult.

Item dicebatur, quod pars in dicta habilitatione, quoad eius iura non læditur, cum ius ſuum ſaluũ remaneat in petitione iudicij principalis, ideò terminus non requiritur, ita Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 18. nu. 5. Benint. deciſ. 14.

Et tandem pro hac opinione dicetur obſtare Ann. in ſuis ſingular. ſing. 2. vbi per hæc verba, inquit, & iſtam opinionem vidi ſeruari in

practi-

NAZ. ROMA

Digitized by Google

practica:nam nulla cauſæ cognitio adhibetur in iſtis relaxationibus, aut habilitationibus ad finem agendi.

Verum ſupradictis minime ſuffragantibus Curia Archiepiſcopalis contrarium iudicauit concedendo terminum dicto de Palma,& moti fuimus ex infradicendis.

Primò,ex doctrina Imol.in cap.debitores de iureiurand. quem ſequitur Ludouic.d.deciſ.18. verſ. vbi ſi pars citata oſtenderet fortè euidentem calumniam petentis talem abſolutionem, & relaxationem,& quod id faciat cauſa dilatandi,& fatigandi aduerſarium in litigijs,quo caſu audiri non deberet, iuxta l. ſatis apertè C.de falſ. quod debeat concedi terminus, addebatur quoque Crauett. in conſ.7. vbi pro iuſtificatione cauſæ abſolutionis concedendæ requiritur fieri probationem, igitur terminus eſt neceſſarius.

Et ad hoc idem facit, quod voluit Ann.in alleg. 22. vbi quando dicitur de nullitate alicuius actus ſententiæ,ſiuè abſolutionis,cum nullitas cenſeatur principaliter intentata, debet dari terminus in cauſa.

Probatur apertè in l. quædam ff. famil. erciſc l.ſi expreſſim ff.de appellat.gloſ.& Doctores in l.final. ff. de offic.iudic. Bald.in l.tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact.q.13.& in l. 1.ff.de ſeruit. col.2. Franch.in cap.cum dilecto q.12.de appellat.

Tandem faciebat pro hac opinione deciſ. Guid. Pap. 140. vbi ad hoc,vt intelligatur Epiſcopus diſpenſare,oportet, quod præcedant ea, quæ hoc decretum iuſtificent, videlicet, quod præceſſerit cognitio ſummaria ſuper cauſis diſpenſationis facta, an ſit vtilitas, aut neceſſitas, vel alia iuſta cauſa ff. de in ius vocan. l.libertus cap.requiritis §. niſi rigor diſciplinæ cum multis ibi ſequentibus 1. q. 7. imò plus dicunt Innoc. & Archid. quod neceſſaria eſt ſententia diſpenſationis, vel decretum prius ſuper diſpēſatione conceſſa, ſcilicet dicendo, decernimus eum idoneum ad tale quid, & vocabuntur hi, quorum intereſt cap.quoniam quidquid 1.q.7. l.nam ita Diuus ff. de adopt. aliter præſumitur temerarium factum Epiſcopi, nec pro diſpenſatione habetur, imò Epiſcopus punitur, ſi petatur,quod non licet fieri,&ſi Epiſcopus diſpenſaſſet, ac ſi fuiſſet caſus ſibi diſpenſabilis cap. qui in aliquo 51.diſt. cap. quæcunque 81. diſt. ſecundum Innoc.in cap.veniens de iureiur. vbi etiam notat Hoſtienſ.quod ad hoc,vt diſpenſatio ritè fiat, eſt conſiderandum, quod in ipſa diſpenſatione inſeratur cauſa, nam diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, vt notatur §.pro temporum 1.q.7. ſupple, facta cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi ſecundum Innoc. dicitur enim diſpenſatio quaſi diſcreta penſatio,quando ſcilicet Iudex in lance mentis ſuæ diſcreta,penſat,& pōderat, quid magis expediat, ſecundum Hoſtienſ. & ita debet eſſe ſufficiens diſpenſatio, & clara, quod nulla dubitandi rationabilis cauſa ſubſit, vt in cap.ordinariè §.ſi verò de offic.ordin. lib.6. ita vt diſpenſatio fiat iuſta, & certa cauſa exigente, alias eſt prohibita diſpenſatio, vbicunque non ſubeſt iuſta diſpenſandi cauſa cap. ſi illa 1. q. 7. alioquin non diſpenſatio, ſed diſſipatio dici poteſt,ſecūdum Archidiac.ibidem,& cum præmiſſis concordat id, quod Panorm. ait in cap.1. de iureiur. vbi dicit, quod quando actus ſuper quo iuramentum ſit præſtitum non apparet,& prima facie vitioſum non tenebit, abſolui poſſe: nam notata ratio eſt, quia à iuramento parti præſtito non abſoluit Epiſcopus, immo nec Papa ſine cauſa, cum Deus receperit obligationem partis, vt notat gloſ. in cap.4. de iureiurand.& Innocent.in cap.cum inter de renunciation.

SVMMARIVM.

1 *Officiales debent eſſe in maxima veneratione, cum ſint pars corporis Principis, eoſdemq. offendens, dicitur committere crimen læſæ maieſtatis.*

2 *Offendens famulum Curiæ, venit grauiter puniendus.*

3 *Lacerans literas Superioris,punitur graui pœna.*

4 *Quæuis iniuria illata Officiali cenſetur atrox.*

5 *Inferens alapam Officiali,punitur pœna mortis.*

6 *Verbum iniurioſum Iudicis,non infamat.*

Qua pœna puniatur Clericus proferens verba iniurioſa Iudici laico.

DECISIO XXXI.

CLericus quidam protulit quædam iniurioſa verba cuidam Iudici laico, coram quo litem habebat,quod videlicet eſſet indoctus, & vilis,quare capto,& carcerato,& exiſtente in poſſe Curiæ Archiepiſcopalis,fuit dubitatum qua pœna eſſet puniendus.

Dicebatur, Iudicem eſſe debere in maxima veneratione apud litigantes, vnde in cap.deli-
1 ctis de pœnis habentur formalia verba: Ne iudicialis euaneſcat authoritas cum de litigatoris aduerſus aſſertionem Iudicis temerè prorumpentis,iuxta ſuperioris arbitrium digna poterit animaduerſione puniri,Officiales enim, ſeu Iudices dicuntur pars corporis Principis l. quiſquis C.ad l.Iul.Maieſtat. & eos offendentes dicuntur committere crimen læſæ Maieſtatis, Clar.in §. crimen læſæ Maieſtatis nu.7. Viuius
2 deciſ. 340. Intrigliol.deciſ.40. Immò offendens famulum Curiæ grauiter venit puniendus,Grāmat.deciſ.14.& in cap.Regn. plerumque contingit,meminit Carauit.in ritu 258.nu.2. Carrer.in practic.crimin.tit.de indic.& tortur.in princ.verſ.in text.ibi,itemq. num.90. latè Farinac.in eius prax.in tit.de var. & diuerſ.crimin. q.105. nu.208. & ſi pœna amputationis manus ſit ſtatuta percutienti cum armis,ſi fuerit facta offenſio Officiali, debet puniri percutiens duplicata pœna, Afflict.in conſtit.ſi quis aliquem
3 nu.24. Immo lacerans literas Superioris puniri debet, vt deciſum fuit in occurrenti caſu in perſona cuiuſdam, qui lacerauerat mandatum, ſeu

Digitized by Google

ſeù citationem Mag.Cur.Vic. nam fuit dictum eſſe relegandum per quinquennium, Vrſill.deciſ. 274. Atrox enim cenſetur quæuis iniuria, & ſi leuis facta Officiali l. atrocem C. de iniurijs §.atrox inſtit.eod.tit.

4

Hinc eſt, quod licet alapam manu vacua alicui inferens non teneatur niſi pœna exilij, ſecundum Iaſ.in l.2.C.de in ius vocand. & fuiſſe deciſum teſtatur Viu. in deciſ. 46. Farinac.variar.quæſtion.d.q.105.nu.108. Tamen alapam inferens Officiali, ſeù Iudici punitur pœna mortis, vt fuiſſe in occurrenti caſu deciſum in

5 perſonam cuiuſdam Doctoris, teſtatur de Ponte de poteſtat.Proreg.Neapol. in rubr. de prouiſ.fier.ſolit.§.2.nu.18.

Hinc dicit text.in l.Iudici ff.de iniurijs, quod Iudici ab appellatoribus conuicium fieri non debet, immo, & imagini Iudicis prohibetur quis iniuriam inferre l. Senatuſconſult. ff. eodem titulo.

Nec obſtat, quod ex aduerſo adducitur, dictum Clericum fuiſſe à dicto Iudice iniuriatum, & conſequenter prouocatum, ex quo minuitur eius delictum l.nec magiſtratibus ff.de iniurijs, Faber in deciſ.1.eod.tit. quia reſpondetur, quod verbum iniurioſum Iudicis non infamat l. verbum C. ex quib.cauſ.infam. irrogat. & ſic fuit per Curiam Archiepiſcopalem deciſum, quod præfatus Clericus exulet per ſex menſes.

6

SVMMARIVM.

1 *Prohibita alienatione, prohibita eſt etiam conceſſio ad emphyteuſim.*

2 *Expreſſa prohibitio alienationis impedit dominij tranſlationem.*

Prohibitus expreſsè rem alienare, an prohibeatur eandem rem in emphyteuſim concedere.

DECISIO XXXII.

IVdicauimus in Curia Archiepiſcopali Petrũ de Sancta Cruce, cui expreſſa fuerat facta

1 prohibitio de non alienando cenſu, prohibitum quoque eſſe eandem rem in emphyteoſim concedere, quam deciſionem fundauimus ex infraſcriptis.

Primò, quia expreſſa prohibitio alienationis

2 impedit dominij tranſlationem, ſecundum communem opinionem, de qua in l.ſi ita §.ea lege ff.de verbor.oblig.& in l.2.C.de condit.ob cauſ. & per Creſcent.deciſ.1.de pignorib.

Tùm ſecundò, quia ſub expreſſa prohibitione, & alienatione continetur conceſſio in emphyteoſim l.fin. C. de reb.alien. non alienand. cap.nullum de reb.eccleſ.non alien.

Tùm tertiò, & ita tenuit Rota in vna Romana Saluiani interdicti 29. Martij 1585. coram Cantuccio, cuius tenor eſt videlicèt: Domini tenuerunt, Alexandrum Peruſinum nullos fructus cenſus impoſiti ſuper domo, de qua agitur, nullaq. damna, & intereſſe debere, quia huiuſmodi impoſitio cenſus fuit ab initio ipſo iure nulla, propter expreſſam alienationis prohibitionem, Bart.in l.filiusfamil. §.Diui num.6. verſ.certè, & ibi Caſtrenſ.nu.7. verſ.interdum, Claud.nu.12. Iaſ.in 1.lectur. nu.66. & in 2.nu. 100.Rip.nu.47.Crott.nu.92.Ferd.Lanz.nu.114. ff. de legat.1. Ruyn.conſ.23.& 13.lib.5. Gratt. conſ.91.num.13.cum ſeq.lib.1. Tiraquell.alios citans de leg.connub.gloſ.7.nu.57. vnde ſtante nullitate impoſitionis ab initio, promiſſio quoque euictionis tanquam acceſſoria nulla fuit, Gratt.in terminis d.conſ.91.nu.20. & 21. lib.1. latè Tiraquell.de conſtit.poſſ. 3.par. limitat.7. nu.28.cum ſeq.

Et præmiſſa Domini firmarunt niſi Alexander probauerit Iacobum falsò, & cum fraude aſſeruiſſe domum ſuper qua fuit impoſitus cẽſus fuiſſe liberam, nec alicui fideicommiſſo ſubiectam, tunc enim impoſitio cenſus valuiſſet, & per Tiraquell.de leg.connub. gloſ.8.nu.135. cum ſeq. quæ probatio pendet ab eo, an conſtet Iacobum tempore impoſitionis cenſus habuiſſe notitiam, quod prædicta domus eſſet ſubiecta fideicommiſſo, & expreſsè alienari prohibita, de quo erit videndum.

SVMMARIVM.

1 *Quando proceditur per viam inquiſitionis, expenſæ debent fieri per Fiſcum.*

2 *Reus tortus, & non confeſſus, cum purgauerit indicia, non debet condemnari ad expenſas.*

3 *Actus debet fieri regulariter expenſis petentis.*

Diligentiæ pro impinguãdis proceſſibus, cuius expenſis fieri debeant?

DECISIO XXXIII.

CVm per Curiam Archiepiſcopalem Neapol. deberent fieri aliquæ diligentiæ contra nonnullos malè promotos, ex eo, quod prætendebatur quamplurimos iuuenes fuiſſe cum falſis dimiſſorijs eiuſdem Curiæ, ab alienis Epiſcopis ordinatos; & conſequenter eſſet neceſſe mittere vnum Scribam dictæ Curiæ, quare cum repertis dictis dimiſſorijs fuiſſent ſupradicti inquiſiti torti, & nihil confeſſi, & propterea abſoluti.

Fuit dubitatum per quem deberent ſupradictæ expenſæ exſolui, pro cuius articuli reſolutione fuit allegatus Bald. in l. qui crimen C. qui accuſar.non poſſ. vbi videtur reſidere cum diſtinctione, quod aut agitur criminaliter, aut ciuiliter. Primo caſu non debentur per cõdemnatum. Secundo vero caſu, debentur per dictum condemnatum, quam diſtinctionem ſequitur in l.non ignoret C.de fructibus, & litium expenſis, tamen Bart.in l.1. in princ.num. 13.ff.ad Turpillianum, referendo opinionem Butricarij, tenet neutro caſu eſſe faciendam condemnationem expenſarum, quia illę non veniũt in criminalibus officio Iudicis, neque de

rigore

Digitized by Google

rigore iuris cautum reperitur, vt debeantur, & ſic voluit Angel.in l.1.C.de bon.vacant.lib.10. vnde Gratt.in conſ.80.nu.4.vol.2.& in conſ.72. nu.44. qui dixit, quòd quando cauſa eſt criminaliter intentata, à reo, ſiuè abſoluto, ſiuè condemnato non debentur expenſæ, ſequitur Gaſpar.Theſſ.in q.45.par.1. vbi refert Senatum Pedemontanum vſum fuiſſe clauſula, expenſas de more compenſantes, quam concluſionem procedere etiam in fiſco, teſtatur Columb.in tract.de controuerſ.art.138.vnde dixit Boer.in deciſ.324. nu.1. & poſt eum Gaſp.Theſſaur.citata q.45.nu.2.quod Fiſcus non dat, nec recipit expenſas reo abſoluto, ſeù condemnato, & nouiſſimè ſequitur Rota Lucenſ.deciſ.16.& illam ſeruari in practiça teſtatur Bald. in d.l. qui crimen, de qua obſeruantia ſcribit Peregr.de iur. fiſc.lib.7.tit.vlt.in fin.

Cæterùm pro contrario videbatur ſupradictas expenſas eſſe ſoluendas per Fiſcum, non autem per inquiſitum, ratio fuit, quia in ſupra-
1 dicto iudicio actum fuit via inquiſitionis, propterea videbatur, quod teneretur fiſcalis, qui non proceſſit præcedentibus legitimis indicijs, Ant.Butr.in cap. cum dilecti num. 6. de dol.& contum.Grilland.de relaxat.carcer.q.fin.nu.2. Scapp. de conſuetud. lib.5. rubr.42. de expenſ. cauſ.crim.Io.de Amic.conſ.51.& de tali obſeruantia teſtatur poſt Io.Fabr. Boer.deciſ.324. in princ.Guid.Pap.deciſ.269.Cappell.Tholoſ.deciſ.6. Clar.§.fin.q.7.& 10. nu.5. & Gaſp.Theſſ. citat.quæſt.nu.5.

Immò dicit Alb.conſ.5.num.8. quod abſolui debet reus, vbi per torturam indicia ſatis grauia purgantur, ſequitur Crauet.conſ.178.nu.10.
2 Iaſ.conſ.2.nu.2.nam purgatis indicijs, idem eſt, ac ſi fuiſſet innocens inquiſitus, qui tunc nulla ratione ſuadente poſſet in expenſis condemnari.

Supradictis accedebat quoque pro inquiſito, quod videbatur nullo modo cogi poſſe ad
3 prædictas expenſas, ex concluſione illa, quod actus regulariter fieri debet expenſis petentis, ad text.in l.ſed ſi §.1.ff.ad exhibendum, latè de Franch.deciſ.333. Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſin. 61. vnde dixit Afflict.deciſ.177. quod expenſis petentis examinationem principalis abſentis, examinatur dictus principalis, ſequitur Cappel. Tholoſ.in deciſ.100.& in deciſ.272. Felyn.in cap.1. de libell.oblat. Caſtrenſ. in l. ſed hæc §. defendendæ ff.de Procuratorib.Iaſ.in l.ad egregios ff. de iureiur. vnde cum officium fiſci ſit facere ſupradictas diligentias, & per eumdem fuerit inſtitum Reuerẽdiſſimò Vicario, vt mitteret vnum ex Scribis dictæ Curiæ pro capiendis dictis falſis dimiſſorijs, propterea reis abſolutis, ex eo, quod torti nihil confeſſi fuerint, per ipſum ſoluendæ videbantur, licet in hoc puncto exclamet Viu. in deciſ. 479. lib.3. non fuit capta reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non cenſetur irregularis ex eo tantum, quod interfuit homicidio, niſi etiam conſtet de participatione.*
2 *Aſſiſtentia in dubio præſumitur caſualis.*
3 *Qui interfuit homicidio, ſeù adſtitit, tunc cenſetur irregularis, quando directè, vel indirectè cooperatus fuit in homicidio, puta animando percuſſores, &c. ſecus ſi adſtitit caſualiter.*
4 *Opus illicitum inducit irregularitatem, quando eſt cauſa homicidij.*

Ex ſola aſſiſtentia in homicidio, an contrahatur irregularitas?

DECISIO XXXIV.

Cenſuit Curia Archiepiſcopalis Neapol. nõ incurriſſe irregularitatem quemdam cle-
1 ricum ex eo tantum, quod interfuit homicidio, quæ deciſio fundatur ex infraſcriptis. Tùm quia intereſſentia, niſi probetur, participatio nullius eſt conſiderationis cap.vlt.in fin.23.q.8. Innoc.in cap.ſententiam nu.1.in fin. verbo interſit tit.ne clerici, vel monachi, Specul.tit.de diſpenſat.§.4.num.9.Abb.in cap.Petrus num.1. verſ ſecus videtur de homicidio, Felyn. in cap. ſicut dignum num.6.verſ.& omnia iſta eod.tit. Feder.de Sen.conſ.168.in princ.Pariſ.conſ.152. nu.30.31.35 lib.4.

Tùm ſecundò, quia aſſiſtentia in dubio præ-
2 ſumitur caſualis,& non data opera, ad notata in l.merito ff.pro ſocio, Felyn.in cap. ſicut dignum num.6. verſ.& omnia iſta de homicidio, cum innumeris, quos probat Pariſ. conſ. 152. nu.32.& ſeq.vol.4.Roland.conſ.17.nu.20.vol.1. 3
Mandell.conſ.23. eod.vol.

Tùm tertiò, quia loquendo extra terminos irregularitatis, aſſiſtens homicidio, minori pœna venit puniendus, cap.ſicut dignum §.illi etiã de homicidio, vbi expreſsè definitum eſt, quod qui alium comitatur, vt ei opem ferat, ſi ab alijs impediretur exequi maleficium, paulò minori pœna mulctandus eſt.& in his terminis veriſſima eſt opinio Dyni, quam probant Salycet.in l.1.C.de rapt.virgin.& Abb.cap.1.nu.12. de offic.deleg.& multos refert Carrer.§.homic. nu.69.Plaz.lib.1.cap.16. in epitom.delictorum, & Couarr.clem.ſi furioſus 2.par.§.2.nu.2. de homicidio,& in ſpecie Bald.conſ.492.in princ. vult, quod qui adſtat armatus ſi nolit percutere, mitiori pœna plectetur.

Non obſtat text.in cap.ſi quis viduam 50.diſtinct. quia procedit, quando qui comitabatur, aliquid cooperatus fuit, quia tunc, & ipſe dicitur cooperari, ſed quando nullus occurrit, ſed facilè exequitur delinquens maleficium, tunc locum habent dicta ſuperius, ita in terminis diſtinguit Carrer.d.§.homicidium num.70. in ſua praxi.

Non obſtat ſecundum dictum Innoc. d. cap. ſententiam, quia ait non puniri eadem pœna illum, qui armatus adſtiterit cum eo, qui percuſſit, ſed tantum, qui aliquod auxilium præſtitit, idque profectò non negamus. Si enim adſtat armatus, aliquam proculdubio fert opem, ſed nõ ideò ſequitur, vt eadem ſit pœna vtriuſque,

Digitized by Google

que, & potius contra ſentit Innoc. dùm inquit aliquod auxilium præbet, illa enim dictio, aliquod, refertur etiam ad minimum, quaſi ſit ſenſus, eum teneri de quali quali auxilio, ita Angel. in verb. dicto maleficio adſtitit, in ſuo tractat. malef. Marſill. in §. conſtante in praxi, & idem Marſil. conſ. 24. & 45. Carrer. d. §. homic. nu. 8, & Salyc. in d. l. 1. nu. 24. C. de rapt. virgin.

Non obſtat tertiò concluſio illa, quod ad incurrendam irregularitatem ſufficiat interueniſ-
3 ſe homicidio, licet non percuſſerit, Tabiena verb. irregularitas 2. nu. 21. Maiol. de irregularitatibus lib. 5. cap. 48. §. 4. nu. 1. Specul. tit. de diſpenſation. §. iuſta nu. 56. quia debet intelligi de eo aſſiſtente, qui directè, vel indirectè delicto cooperatus fuit, puta animando percuſſores, vel quid ſimile, ſecus de caſualiter reperto in loco, vbi committitur delictum, per ſupr. in princip. allegat.

Tandem non obſtat, quod homicidium ſecutum fuerit occaſione ludi, cui illicitum erat præfatum clericum aſſiſtere, & proinde tanquam dantem operam rei illicitæ teneri de homicidio etiam caſuali, & præter eius intentionem ſequuto, Diu. Thom. 2. 2. q. 64. art. 8. Nauar. in manuali cap. 27. nu. 221. Tolet. lib. 1. inſtruct. Sacerdot. cap. 80. Vgol. de irregularitate cap. 18. nu. 8. & ſeq. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 3. nu. 3. quia hoc non procedit, quando opus illicitum, nullo modo fuit cauſa homicidij, vt latè explicat Couarr. ſuper clement. ſi furioſus §. 4. num. 9. verſ. illud ſanè. & nu. 10. & per totum de homicidio, benè Nauar. conſ. 21. nu. 4. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis non probatur per teſtes ſingulares.*
2 *Confeſſio extraiudicialis probat ſemiplenè, & requiritur, quod per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore probetur.*
3 *Quando dictum teſtis eſt valdè inueriſimile, non probat.*

Confeſſio extraiudicialis, an probetur per teſtes ſingulares.

DECISIO XXXV.

FVit pluries reſolutum in Curia Archiepiſcopali, confeſſionem extraiudicialem fa-
1 cere ſemiplenam probationem, per text. in l. certum §. ſi quis abſente ff. de cõfeſſis l. fin. ff. de interrog. act. l. capite quinto, vbi gloſ. & alij vniuerſaliter oẽs ff. de adulterijs, & Viu. deciſ. 191. dicit nõ probari per teſtes ſingulares, prout pũctualiter decidit Afflict. deciſ. 364. cuius verba ſunt; & ideò ſtante illa opinione pro vera,
2 quod confeſſio extra iudicium parte abſente probat ſemiplenè ſecundum Bart. in l. admonendi in 13. col. de iureiur. dicta allegata l. capite quinto ff. de adulterijs, & text. in cap. fin. de ſucceſſionib. ab inteſtat. & Felyn. in cap. ſi cautio de fid. inſtrum. tamen iſta confeſſio debet eſſe probata per duos teſtes conteſtes de loco & tempore, vt in gloſ. in l. fin. C. famil. erciſc. & voluit Bald. in l. 1. verſ quilibet actus debet probari per duos teſtes C. de teſtib. idem Cyn. in l. generaliter C. de non numer. pecun. & Innoc. cap. per tuas de probat. & Alex. in 1. vol. conſ. 18. & in proprijs terminis, confeſſio, abſente parte, debet eſſe probata per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore, vt per eundem Afflict. deciſ. 375. col. 2. & Alex. loc. cit. Luc. de Pen. in l. quoties col. 2. C. de dignit. lib. 12. Afflict. in conſtit. humanitatem nu. 20. col. 6. Roman. conſ. 78. & 451. & ita cenſuit Rot. Roman. in vna Roman. computorum 22. Maij 1568. coram D. Robuſterio, cuius tenor eſt.

Fuit reſolutum, non cõſtare de renunciatione, quia vltra, quod quidã teſtis examinatus patitur plures exceptiones, eſt etiam ſingularis, & dictum ipſius eſt admodum inueriſimile, (vt
3 patet ex his, quæ geſta fuerunt.) & duo teſtes vltimi coram me examinati deponentes de extraiudiciali confeſſione, ſunt ſingulares, & licet teſtes deponentes de confeſſione, poſſint coniungi, cum vno deponente de veritate facti, tamen eſt verum, quando ſunt plures conteſtes ſuper illa cõfeſſione, quia Rota non tenet, quod confeſſio probetur per teſtes ſingulares, Put. deciſ. 3. de probat. Anton. Auguſt. de teſtib. deciſ. 23. ideò vnus teſtis de confeſſione, & alius de veritate non coniunguntur, Afflict. deciſ. 364. Curt. Iun. Pariſ. & alij per dictum informantem allegati, præſertim ſtantibus tot præſumptionibus in contrarium, quæ ponderant hos teſtes imperfectè deponere.

SVMMARIVM.

1 *Pater, & filius cenſentur eadem perſona.*
2 *Patronus non poteſt ſeipſum præſentare.*
3 *Pater poteſt præſentare filium.*
4 *Pater poteſt conſentire electioni de ſe factæ.*

An pater poſſit præſentare filium ad iuſpatronatus?

DECISIO XXXVI.

DVbitatum fuit in Cur. Archiepiſc. de prædicto dubio, & ratio dubitandi erat, quod nemo poteſt ſe ipſum præſentare, vt text. in
1 cap. per noſtras de iurepatron. vnde cum pater, & filius cenſeantur vna eademq. perſona l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. & vox patris dicitur vox filij §. ei qui, inſtit. de inutilib. ſtipulationib. conſequenter videbatur dicendum, ex ſupradicta ratione, non potuiſſe patrem filium præſentare; Addebatur quoque deciſ. Rotæ, teſte Verall. deciſ. 397. par. 1. Procurator conſtitutus à patrono ad præſentandum, non poteſt eundem patronum conſtituentem præſentare, Cardin. in cap. ex inſinuatione de iurepatron. verſ. ſecundo quæro, Lambertin. de iurepatron. in 9. art. 8. q. in princ. 1. par. 2. lib. pag. 277. & ratio

Digitized by Google

2 tio eſt, quia Patronus non poteſt ſe ipſum præſentare, iuxta text. in cap. per veſtras de iurepatr. & facit vulg. I. ita §. ſi decuriones ff. quod cũ eo. idẽ etiam determinat Bald. in addit. ad Specul. in tit. de iurepatron. & propterea ita fuit deciſum in cauſa Salamantin. Cappellaniæ coram Domino Veſtan. 14. Octobris 1552.

Cæterum, ſupradictis minime ſuffragantibus contrarium fuit reſolutum, moti ex ratione text. & ibi notatis in l. illud ff. quod cuiuſque vniuerſitatis, quem text. allegat Theſaur. Fil. q. 3. aſſerens nominationem per patrem factam
3 de filio, eſſe legitimam, & procedere etiam in materia præſentationis, & electionis, vltra officia publica, dicit gloſſ. in cap. quia clerici de iurepatron. & in cap. conſuluit ſuper verb. authoritate, & ſuper verb. commune concedant eod. tit. & ſingulare dicit Roman. ſingul. 813. Ioan. Crot. de teſtib. num. 111. & propterea dicunt Doctores in materia iuriſpatronatus, patrem poſſe præſentare filium ad beneficium iuriſpatronatus, licet non poſſit præſentare ſeipſum, Speculat. de iurepatronat. num. 14. Canon. in d. cap. quia clerici, & in d. cap. conſuluit, Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. art. 12. q. 8. in princ. & poſt multos nouiſſimè tradit Borg.
4 deciſ. 40. par. 1. num. 23. ſicut etiam pater poſſet electioni de ſeipſo factæ conſentire ſecundum cautelam, quam proponit Cæpoll. caut. 95.

Non obſtat, quod Pater, & filius, vna eademque perſona cenſeantur, quia reſpondetur, regulam ſupradictam, eſſe veram ex fictione, & quodam artificio iuris ciuilis, non quod ita realiter verum ſit, Pariſ. conſ. 68. nu. 188. lib. 4. Andr. Bard. in tractat. de temp. lect. 22. ideò fictio non habebit locum in diſpoſitionibus, in quibus attenditur veritas, & non fictio, vt in ſtatutis dicit Felyn. in cap. 1. num. 3. extra de Magiſtr. Nicol. Feſtaſ. de extimo, & collect. par. 1. in princ. cap. 1. num. 63. & ſeq. & illa propoſitio non operatur niſi in caſibus à iure expreſſis, ſecundum Dec. in d. l. fin. C. de impub. & al. ſubſt. cuius dubium comprobat Ant. de Gamma in deciſ. Luſitan. 174. nu. 22. & plura ad illam regulam ſcribit Moron. de treug. & pac. cap. 3. Immo illa regula non procedit in his, quæ factum deſiderant, vt in noſtro caſu Guid. Pap. ſingul. 450. & ita fuit deciſum in cauſa Taurinen. Sterpini, contra Sterpinam 1588.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor liberatur à præſentatione rei principalis, quando antequam idem fideiuſſor requiratur, vel in mora conſtituatur reus citatur.*
2 *Fideiuſſor non tenetur præſentare reum, quando ſuperior comminatus eſt reo mortem.*
3 *Reo effecto irrepræſentabili facto Iudicis, remanet liberatus fideiuſſor.*
4 *Omnis promiſſio iurata habet conditionem, rebus ſic ſtantibus.*

Fideiuſſor de præſentando aliquem, numquid teneatur præſentare eundem, ſi contingat citari pro alia cauſa?

DECISIO XXXVII.

Habilitatus fuit per Curiam Archiepiſcopalem quidam Clericus ſub fideiuſſione de ſe præſentando in forma, quare cum per eãdem Curiam fuiſſet dictus clericus citatus pro alia cauſa; requiſitus fideiuſſor, vt illum præſentaret, dicebat, ſe non teneri ex regula iuris, quod fideiuſſor liberatur à præſentatione rei principalis, quando antequam idem fideiuſſor
1 requiratur, vel in mora conſtituatur, reus citatur, ita Bertazzol. conſ. 500. nu. 6. lib. 2. Nonius conſ. 165. & idem Bertazzol. conſ. 436. volum. 2. poſt Gabriel. conſ. 181. Franciſc. Marc. deciſ. 179. num. 40. Eugen. conſ. 67. num. 1. licet Boſſ. in tit. de carceribus fideiuſſor. num. 41. teneat ſupradictam concluſionem procedere, ſi fideiuſſio præſtita fuit pro vna cauſa, & contra reum in alia cauſa, ſeù delicto proceditur, ſecus ſi pro eodem delicto, & cauſa, pro qua fideiuſſio fuit præſtita contingat reum citari, tunc enim non liberatur fideiuſſor à præſentatione, vt probant innumeri, quos refert Farinacc. quæſt. 34. num. 83. & num. 85. dicit propterea eſſe magis communem opinionem ſequendam in iudicando, tradit quæſt. 170. in fin. Verum quidquid ſit, ex ſupradictis, indubitata eſt concluſio, fideiuſſorem non teneri poſt preceptum, ſeù citationem, aut quid ſimile contra reum emanatum, etiam ſi fideiuſſio ſit præſtita pro omni, & quacumque cauſa, vt voluit Bott. conſ. 38. num. 8. Berret. conſ. 60. num. 1. Farinacc. conſ. 126. num. 4. volum. 2. Baiard. quæſt. 46. num. 66. immò fideiuſſor de præſen-
2 tando aliquem, non tenetur, quando per ſuperiorem eſt comminata mors reo principali, ex qua comminatione ille fugam arripuit, Caleſat. inter conſil. crimin. diuerſor. conſ. 87. nu. 47. Alban. conſ. 24. nu. 4. Merend. conſ. 13. nu. 6. vnde Bertazzol. in conſ. 435. num. 3. dixit. quod nec etiam tenetur ſi oblata fidantia noluerit comparere, ſequitur Gabr. conſ. 183. addens ſupradicta procedere; etiam ſi fuiſſet promiſſum præſentare, non obſtante quacumque cauſa, etiam de nouo ſuperueniente, ſecundum Bott. citato conſ. 38. num. 8. quæ concluſio fundata eſt in optima ratione, quia talis fideiuſſio etiam præſtita ex quacumque cauſa recipit interpretationem à iure communi, ſecundum Hercul. lah. in tractat. de cautione de non offendendo cap. 23. ſub num. 20. & cap. 42. num. 30. ſed de
3 iure communi receptum eſt, quod reo effecto irrepræſentabili facto Iudicis, remanet fideiuſſor, liberatus, ſecundum communem opinionem, quam refert, & ſequitur Farinacc. in praxi tit. de carceribus & carceratis quæſt. 34. à num. 44. vſque ad 49. & ex alijs, quos congerit Eugen. in conſ. 2. num. 4. conſ. 67. num. 8. conſ. 68. num. 26. & ſequ. Gabriel. conſ. 137. num. 11. lib. 2. ſupradictis accedebat quoque Primum id, quod ſcriptum reliquit poſt Bald. Hip-

Digitized by Google

Hippolyt. in rubr. de fideiuſſ. q.12. num. 132. quem refert Caphal.conſ.187.nu.6.vol.2.quod Poteſtas tenetur exhibere familiares, aut ſoluere, ſi vnus eorum commiſit delictum, adeò vt eum Poteſtas exilio affecerit, non tenebitur illum amplius præſentare. Secundum, quia omnis promiſſio ſi ſit iurata, habet in ſe dictam conditionem, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente cap. cum inter de renunciat.cap.quemadmodum, & cap.clericus de iureiur.l.fin.ff.qui ſatiſdar.cogant. latè Tiraqu. in l.ſi vnquè in princ. n.162.C.de reuoc.donat. ſed citatione ſuperueniẽte in perſona rei principalis, pro quo fuit fideiuſſum, res non eſt integra in eodem ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur tempore præſtitæ fideiuſſionis, igitur cenſeri debet excuſatus fideiuſſor de repreſentando, & ita fuit reſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis, qui, vt delictum detegeret, ac publicaret, habuit gratiam de pœna quoad ſe, poteſt torqueri, vt faciat indicium contra ſocium ad purgandum omne vitium.*
2 *Gratia promiſſa, non complectitur torturam, quæ fit ad eruendam veritatem.*
3 *Non eſt licitum pro indicando ſe ipſum, vel ſocios capere præmium.*

Indultatus de delicto, an poſſit torqueri.

DECISIO XXXVIII.

ET quia tortura quandoq. irrogatur in pœnam, aliquando ad eruendam veritatem l.edictum, vbi Bart.ff.de quæſt. propterea in Cur.Archiepiſc.Neapol.fuit pluries reſolutum, præſertim in cauſa quorundam clericorum inquiſitorum de fabricatione falſarum dimiſſoriarum, poſſe vnum ex prædictis, qui ab eadem Curia fuerat pro eodem delicto indultatus, torqueri; cuius deciſionis ratio fuit multiplex.
1 Primò, quia ſocius criminis, qui, vt delictum detegeret, ac publicaret, habuit gratiam de pœna quoad ſe, poteſt torqueri, vt faciat indicium contra ſocium, ad purgandum omne vitium, ex Clar.§.fin.q.21. Boſſ.tractat.de indic.ante tortur.nu.182.cum ſeq. Bertazzol.conſ.crimin. 541.136.& 559. Honded.conſ.100.vol.1. Natt. conſ.283.tom.1. Farinac.in practic.crimin.par. 2.q.43.& Maſcard.de probat.concluſ.1311. Se-
2 cundò, quoniam gratia promiſſa non complectitur torturam, quæ fit ad eruendam veritatem: nec ex priuilegio, quòd non infligatur
3 tortura oppidanis, infertur ad torturam, quæ permittitur pro eruenda veritate, de Franc.deciſ.459.par. 3. quamuis non ſit licitum ſecundum Viu.deciſ.166. capere præmium pro indicando ſeipſum vel ſocios, ita Doctor.per illum text.in l.4. §.ſi tibi ff.de condit.ob turp.cauſ. & ideò infert ibi Bart.circa fin.quod quidam Fornarolus in Ciuitate Bercenſij indicando delinquentes, cum quibus ipſe fuerat particeps ſperando præmium banni reportare, extitit licitè ſuſpenſus.

SVMMARIVM.

1 *Tortura poteſt inferri pro re pecuniaria, ſi habet crimen annexum.*
2 *Ad torturam non eſt deueniendum, quando veritas aliter haberi poteſt.*
3 *Fatuus eſſet Iudex, qui malefactorem torqueret ſuper plenè probatis, immo teneretur in ſyndicatu.*
4 *In omnibus cauſis poteſt deueniri ad quæſtionem in ſubſidium.*

Tortura an poſſit inferri pro re pecuniaria?

DECISIO XXXIX.

FVit dictum in Cur. Archiepiſc. quod ſic, ſi tamen habeat crimen annexũ, Abb.ad cap.
1 1.de depoſito, Gomeſ.var.reſol.tom.3. cap.13. nu. 29. & etiam contra teſtes in cauſa ciuili in-
2 ductos, Theſ.deciſ.42. Ad torturam enim nõ eſt deueniendum, quando veritas aliter haberi poteſt l.edictum verſ.1.leg Diuus Pius ff.de quæſtionib.l.quoties C.eod. Clar.pract.crim.§.fin., q.64.Boer.deciſ.163 Sim.de Præt conſ.36. nu. 3.præcedentibus indicijs non remotis, ſed proximis luce meridiana clarioribus, Caſſc.deciſ. 79.nu.51.& 56. Theſ.deciſ.24.nu.6. Crau.conſ. 287.nu.2.vbi ſcribit, quod quando contra reum poteſt alio remedio ſubueniri, non eſt deueniendum ad torturam, quæ dicitur remedium
3 ſubſidiarium: vnde fatuus eſſet Iudex, qui maleſactorem torqueret, ſuper plenè probatis, imò teneretur in ſyndicatu, copioſè Farin. practic.crim.par.2.q.40.nu.34. Marſil.ad l.1. & ad l.edictum ff.de quæſt.Vulpel.conſ.4.nu.13.Couar.pract.quæſt. cap.13.nu.5. & Maſcard.tract. de probat.concl.1383.nu.3. cum relatis per Farinac.qui d.loc.animaduertit addendam repulſam illi, qui petit aliquem torqueri, nec iuret, quod non habeat aliquas alias probationes quã torturam. Ampliatur in qualitate, & ſpecie torturæ, quam eſſe triplicem, docet Bald.conſ.70.vol.3. & Boſſ.pract.crim.tit.de tort.nu.16. Ampliatur ſiuè agatur de pœna corporis afflictiua, ſiuè de pecuniaria, ſiuè arbitraria, Gilhauſ.arbor.iudic. par.1.cap.de iuriſd.§.30.nu.98.cũ ſeq. Petr.Caball.reſ.crim.28.num.17.in fin.& caſ.170.nu.2.
4 Frãc.Marc.deciſ.904.nu.4.& 5.par.1. & in omnibus his caſibus deueniri põt ad quęſtiones, ſed in ſubſidium tantum, imò etiã pro cauſa ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia, ciuili modo ſunt intelligenda.*
2 *Ex ſola petitione non dicitur quis incidiſſe in crimen ſtellionatus.*
3 *Non dicitur petiiſſe debitum, ſi petenti non eſt ſatisfactum.*

C 2 Petens

Digitized by Google

Petens debitum ſolutum, non incidit in crimẽ ſtellionatus, niſi effectualiter exegerit.

DECISIO XL.

CVm verba regulariter ſint intelligenda cum effectu l. 1. §. hæc verba, & ibi communiter omnes ff. quod quiſque iuris, & ſolet dici verba generalia eſſe intelligẽda ciuili mo-
1 do l. ex parte ff. de verb. obligat. propterea fuit dictum in Cur. Archiepiſc. quendam clericum nõ incidiſſe in crimen ſtellionatus ex eo, quod debitum ſcienter alias ſibi ſolutum ab eius debitore petierat, cuius deciſionis ratio fuit, quia ex ſola petitione nõ dicitur incidiſſe in crimen ſtellionatus, quæ ita demum incurreretur, ſi
2 exequuta fuiſſet realis exactio l. ſi fideiuſſor §. in omnibus ff. mandati, & ibi Bart. & Bald. in l. 1. C. de condit. indebit. cum non dicitur petijſſe,
3 ſi ſibi nondum ſit ſatisfactum, & ſic crimen adhuc minimè dicitur contractum l. amplius non petitum, & ibi Bart. Alex. & Alij ff. rem ratam haberi, vt in termino ſtatuti de pœna petentis debitum iam ſolutum voluerat Alex. in conſ. 83. nu. 4. vol. 6. & maximè quia text. in d. §. in omnibus, requirebat effectum, vnde conatus nullo modo puniri poterat l. 1. in fi. ff. quod quiſque iuris l. penult. & ibi per gloſ. & Scribẽt. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Sequeſtrum conceditur, quando adeſt timor dilapidationis, & in dubio permittitur nu. 3.*
4 *Contrarium adducitur decisum per Cur. Archiepiſc. & reſpondetur contrarijs nu. 5.*

An concedatur ſequeſtrum creditori inſtrumentario contra debitorem, cui interdicta eſt adminiſtratio bonorum, & declaratus prodigus.

DECISIO XLI.

1 QVidam creditor inſtrumentarius, cum egiſſet in Curia ſeculari contra ſuum debitorem, ibiq. ad nõnullos actus fuiſſet proceſſum, pro parte debitoris fuit allegata exceptio fori declinatoria, ex quo erat Clericus, & cum fuiſſet cauſa remiſſa Curiæ Eccleſiaſticæ, ac ibi procederetur ad incumbentia, per dictum debitorem fuit replicatum debere procedi cum eius curatore, ex quo iam fuiſſet declaratus prodigus, & conſequenter ei interdicta adminiſtratio bonorum: vnde per Archiepiſcopalem Curiam fuit dictum, quod procedatur cum curatore, cum quo iterarentur acta hactenus facta: creditor ex his petijt ſequeſtrari fructus bonorũ dicti debitoris, cum eius exceptiones tendant ad dilatandũ, & interim dilapidat eius bona, vt patet ex eo, ꝙ fuit declaratus prodigus, & ſententia inde ferenda redderetur cluſoria: quare fuit dubitatũ, an eſſet ſupradictũ
2 ſequeſtrum concedendum, & vnus ex Dominis dicebat, quod ſic, motus ob timorem futuri periculi dilapidationis, argum. text. & ibi communiter notat. in l. 3. ff. de bon. author. Iudic. poſſiden. qui quidẽ timor in perſonis prodigis, maximè ſuſpicatur: prodigus enim non habet modum, neque tempus in expenſis, ſed omnia dilapidando profundit, gloſ. in cap. ex parte de conſuetudine in §. item prodigus, inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, Bald. in l. is cui lege ff. de teſtament. & prodigum reſpectu expenſarum æquiparari furioſis, dixit text. in l. 1. C. de curatore furioſi, ſupradictis ad-
3 debatur, ſequeſtrũ in dubio permitti, vbi adeſt timor dilapidationis l. Imperator ff. de appellationib. cap. ab eo de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Abb. in cap. 2. nu. 19. eod. tit. Iaſ. poſt Alex. in l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum ff. qui ſatiſd. cogant. latiſſimè Maſcard. concl. 113. & Caualcan. deciſ. 17. par. 1.

Cæterũ ſupradictis minimè obſtantibus,
4 Cur. Archiepiſc. iudicauit, quod procedatur ad vlteriora in cauſa, citra præiudicium ſequeſtri in qualibet parte iudicij, cuius deciſionis ratio eſt, quia dicto creditori iam cõſultum erat per remedium interdictionis bonorum, & proinde ceſſare debebat remedium extraordinarium, exiſtente ordinario l. in cauſæ, §. fin. ff. de minorib. l. auxilium ff. eodem, & fruſtra à Principe imploratur, quod de iure communi conceditur l. 1. C. de precib. Imperat. offerend. addebatur etiam ſequeſtrum eſſe de iure prohibitum l. 1. C. de prohib. ſequeſtrat. pecun. Bald. in conſ. 23. vol. 1. Alex. in conſ. 68. eod. vol.

Non obſtat timor dilapidationis, quia iam,
5 vt ſupra dixi ceſſat in hoc caſu, exiſtente decreto declaratorio ſuper prodigalitate, ac etiam exiſtentibus bannis, vt nemo contrahat cum dicto prodigo, quo caſu contractus alienationis, & reliqua per prodigum facta, ſunt ipſo iure nulla l. is cui bonis ff. de verb. obligat. & conſequenter remanet ſaluum ius creditori.

SVMMARIVM.

1 *Qui per ſe, vel per alios literas Papæ falſant, ſunt excommunicati.*
2 *Contra falſarios larga facienda eſt interpretatio.*
3 *Falſificans literas Cardinalis ſcribentis nomine Sanctiſſimi, non incurrit pœnas cap. ad falſariorum de crimine falsi, cum verè non dicatur falſare literas Papæ.*
4 *Falsificans literas Delegati Papæ, non punitur ita acriter, ac falsificans literas Papæ.*
5 *Potius præſumitur falsitas in literis gratiæ, quam iuſtitiæ.*

Diſpoſitio text. in cap. ad falſariorum de crimine falſi, an locum habeat contra falſificantes literas Cardinalis ſcribentis nomine Sanctiſſimi.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XLII.

IN quandam cauſa ſalſitatis vertente in Cur. Archiepiſc.inter cætera, quæ controuertebantur,illud erat,ſi diſpoſitio text.in cap.ad fal-
1 ſariorum de crim.falſi,in quo diſponitur, quod qui per ſe, vel per alios literas Papæ falſant excommunicati ſunt,cum ſuis fautoribus,& clerici officijs,& beneficijs priuati ſunt, & degradādi, & tradendi Curiæ ſeculari locum ſibi vendicet contra falſificantes literas alicuius Illuſtr. Cardin.qui vel ex cōmiſſione,vel ex alia cauſa, ſolet ſcribere nomine Sanctiſſimi, & vnus ex Dominis dicebat,quod ſic, quia prædictæ lite-
2 ræ videntur habere vim breuis, tùm quia contra falſarios larga eſt facienda interpretatio ad pœnam infligendam, Bald.in cap. cum olim de offic.deleg. crimen enim falſi grauiſſimum eſt, & nullum crimen eſt in Mundo,quod ita vituperet famam,& ſtatum hominis,ſicut ipſum,in tantum,quod eius pœna ſimilis eſt pœnæ mortis, Paul.de Caſtr.in conſ.151.incip.videtur dicendum,& eſt deteſtabilius homicidio,& veneficio,ſecundum Soccin.in conſ.105.nu.7. vol.2. eſt ſimilis proditioni, Tiraqu.de pœn. cauſ.31. nu.23. & propter eius enormitatem multa habet ſpecialia,Marſill.conſ.105.nu.7. Grammat. deciſ.2. nu.28. & latiſſimè Monticell. in pract. crim.regul.15. nu.108. cum ſeq.vbi ponit duodecim ſpecialia,& alia ponit Corrad.in practic. crim.tit.de falſaſijs nu.34.& etiam propter eius atrocitatem in generali abolitione delictorum iſtud crimen non comprehenditur, Baiard.latè in q.59.& in huiuſmodi delicto, acerrima indagatio eſt facienda, Alex.conſ.77.in fin.vol.1. & Curt.Iun. conſ.53. nu.17. & in hoc iudicio criminaliter etiam intentato, venit officium Iudicis ad damna,& intereſſe partis,Riminald.conſ. 1. & de hac materia falſi latiſſimè habetur per Ferd. Gargiar.conſ.126.vol.1. inter conſ.crim. diuerſ.magnæ impreſſionis.

Cęterum fuit reſolutum contrarium,ſcilicet
3 non eſſe contra dictum falſificantem infligendam pœnam,de qua in d.cap.ad falſariorum, cuius deciſ.ratio fuit,quia in pęnalibus non debet fieri extenſio de vno ad alium cap. ſtatutū de elect. in ſexto, cap. odia de regul. iur. Hinc eſt,quòd falſificans literas Delegati Papæ, ita
4 acriter non punitur, ſicut ſi falſificaſſet literas Papæ,Felyn.in cap.2.de reſcript. verſ.ſtylus,& idem eſt de falſificante literas Proregis, ſecundum eundem Grammat.deciſ.27.in fin.

Item adde, quòd ſtatutum puniens ad mortem falſificantem ſigillum Regis,non habet locum in falſificante verba ſcripturę Regis, Afflict. deciſ. 404. & ibi latè de pœna iuris communis, & Regni Neapol.falſificantis ſigilla, & literas Principis.

Alia ratio eſt, quia in huiuſmodi crimine, quando falſificantur literæ Papæ,vel Regum, multa non conſiderantur, quæ regulantur in alijs falſitatibus,vt per Afflict.in conſtit.Regni, quæ incipit,qui literas lib.3.quem refert, & ſequitur Chaſſan.in conſuet.Burgund.fol.64. nu. 71.& plenius per Fab.Montel.in ſua prax.arbitr.par.4.nu.815. vbi in hoc crimine falſificationis literarum Apoſtolicarum,& Regiarum,ſexdecim ſpecialia accumulauit, & in hac materia
5 potius præſumitur falſitas in literis gratię, quā iuſtitiæ,Maſcard.de probat.concl.447.ſed quibnam pęnis puniantur falſificantes literas, vel ſigillum Papæ, Regis, Iudicum, & Prælatorum, aut ſcienter vtens dictis literis falſis,ſiuè ſit clericus,ſiuè laicus,latè per Boer.deciſ.82.Grammat.vot.25.nu.9.& Soccin. in cap.ad falſariorū de crim.falſ.& de pœna mandantis, talem falſificationem fieri,Grammat.deciſ.27. & pœna falſi teneatur mutans,vel abradens literas iuſtitię Principis,vel ſigillum, quoad facti narrationem,Plot.conſ.95. vbi loquitur de conſtit.Mediolani, qua puniuntur falſificantes literas, & ſigillum Principis,quibus autem pęnis puniantur clerici falſificantes literas Apoſtolicas, vel Iudicum, vide Bernard.Diaz in pract.crim.canon.verb.falſarij cap.108.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij in permutationibus beneficiorum debēt attendere ius commune.*

2 *In permutationibus requiritur cauſa.*

3 *Sufficit,vt ex parte vnius permutātium adſit vtilitas Eccleſiæ.*

4 *In dubio præſumitur, quod permutatio ſit facta ex iuſta cauſa ab Ordinario, quando enunciat ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem.*

5 *Poteſt fieri permutatio, attenta vtilitate perſonarum, quia redundat in Eccleſiæ vtilitatem.*

Bulla Pij V. ſuper permutationibus beneficiorum, quam cauſam acquirit?

DECISIO XLIII.

FVit dubitatum in Cur.Archiepiſc.circa bullam Pij V.editā ſuper permutationibus beneficiorum,per quam prouiſum fuit,quod illas beneficiorum permutationes Ordinarij admittere debent, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur.
1 Quarè hodie in dictis permutationibus coram Ordinarijs attenditur diſpoſitio iuris,quę habetur in cap.quęſitum,vbi Abb.nu.4.& 10.de rer. permut.& in cap.1.eod.tit.in ſexto, & clem.1. eod.tit.Nauar.in manual.cap.23.nu.100.Nùm
2 verò requiratur aliqua cauſa, dicebatur regulariter permutationem debere fieri ex cauſa,nam ad permutationem iuſta cauſa requiritur,quam Epiſcopus diſquirere, & cognoſcere debet, licet malè ſeruetur d.cap. quæſitum de rer. permut.& ibi Doctor. Cardin.in d.clem.1.nu.11. Anchar.conſ.279. Rot.Roman.deciſ.8. de Procurat.in antiq.nu.4.Bellam.deciſ.94. & de permutat.benefic.6.par.in princ.& q.1. Staphil.de literis gratiæ tit.de mod.& form.impetr.6.de iuriſpatron.permutat.nu.2.Dec.conſ.141.nu.4. Aym.conſ.82.nu.8.& conſ.153.Prob.ad Monach.cap.2.de renunc.in ſexto nu.24.& 25.Rebuſ. in prax. tit.de permutat.nu.19. Duaren.de be-

neficijs lib.8.cap.3.Calderin.conſ.2. de permutat.nu.2.vbi ait,quod permutationes ſunt odioſæ,& reſtringendæ,quia contra Concilium cap. maiorib. de præbend. ideò requiritur cauſa, vt circa illud Epiſcopus diſpenſet, Tuſch.concluſ. 303.nu.1.& 367.nu.2.& 5. lit.P. & adeò verum
3 eſt cauſam requiri, vt ſi abſque vlla cauſa iuſta, quæ ſaltem redundet in vtilitatem Eccleſiæ, & ad eā ſaltim reductiuè pertineat, nulla ſit permutatio ſi coram inferiore à Papa fiat, ſufficeret tamen ſi ex parte vnius permutantium adſit dicta vtilitas, modo ex parte alterius non ſit in damnum Eccleſiæ conſiderabile, quamuis vtilitatem vtriuſque Eccleſiæ requirat, Tuſch. d.concl.303.nu.5.ex Gemin. conſ.105.nu.5. nā ita demum datur Ordinarijs facultas faciendi permutationes, quæ ſunt de iure prohibitæ, quamuis idem Bellam.d.par.6.q.2. n.12. teneat permutationem ſine vlla cauſa ab Epiſcopo factam non eſſe ipſo iure nullam, quamuis malè faciat,& poſſit irritari;propterea non præſumetur in dubio permutationem factam ex iuſta cauſa, nec credetur Ordinario dicenti ſe feciſſe illam iuſta de cauſa, niſi talis cauſa probetur ſi non eſt facta cum cauſæ cognitione, iuxta tradita de diſpenſatione inferioris per Abb.in cap.diuerſis fallacijs de cleric.coniug.nu.3. Rebuff.in prax. tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium nu.9. & in repetit. cap. extirpandæ §. qui verò de præbend.circa 5.concl. Mand.de ſignat.gratiæ titul. de diſpenſat. verſ.aduertendum tamen eſt,Nauar.in manual.prælud.9.nu. 11.alias 13.& 25.nu.74.& conſ.1. nu.4. qui filij ſint legitimi, Vgolin.de irregularit. tab.1. cap. 45.§.2.nu.7.& cap.62.§.1.n.9.vbi benè Syluest. verſ.diſpenſatio nu.1.Ludou.Lopez in inſtruct. conſcient. 1.tom. cap.4. Rodriqu.in ſumma 1. tom.cap.235. nu.1. & ad tradita per Sarmient. lib.1.ſelect.interpr.cap.8.nu.19.ad hoc etiam facit doctr.Dec.in cap.quæ in Eccleſiarum nu. 130.de conſtit. & in cap. cum ſit Romana de appell.quod aſſertioni Iudicis non ſtatur ſuper cauſa ſine qua actum facere non poteſt, Aym. de antiq.temp.2.par.§.1.nu.13. & 21. Alciat.de præſumpt.regul.3.præſumpt.9.nu.27. cuius eſt ratio,quia cum regula ſit, permutationes beneficiorum de iure fieri non poſſe cap.maioribus de præbend.& d.cap.quæſitū,ille,qui dicit fuiſſe factam ex cauſa vtilitatis, ſeù neceſſitatis Eccleſiæ,debet probare cauſā limitationis, & ſpecialitatis,ex traditis per Pinell.in l.1.C.de bon. matern.3.par.num.23. quicquid in contrarium teneat Bellamer.d.6.par.q.2. n.12.dicens,quod
4 in dubio permutatio facta ab Epiſcopo præſumitur bene facta,&iuſta de cauſa ex cap.in præſentia de renunciat. & quamuis contrarium etiam in propoſito videatur velle Anchar.conſ. 279.eius ſententia procedit; quādo Ordinarius in ipſa permutatione enūciaret adhibuiſſe cauſæ cognitionem : tunc.n. pro eo præſumeretur facta permutatio iuſta cauſa,& per bullam eiuſdem Pij V. 58.beneficia ſic permutata coram Ordinarijs abſque iuſta cauſa manebunt tanquam vacantia reſeruata Sedi Apoſtolicæ, aut Superioribus Ordinarij,qui talem permutationem admiſit, & admittens talem permutationem incurrat in ſuſpenſionis pœnam,de qua in d.conſtit.58.verſ.qui verò, & an permutatio hæc debeat fieri ex cauſa neceſſitatis, ſeù vtilitatis Eccleſiæ,an verò poſſit fieri ex ſola expedientia,& vtilitate perſonarum,& quidem videtur requiri cauſā neceſſitatis, ſeù vtilitatis Eccleſiæ d.cap.quæſitum verſ.ſi autem Epiſcopus, & tradunt Anchar.Bellamer.Staphil.& Probus loc.cit.& Boer.deciſ.205.nu.7. Pariſ.lib.11.q.5. nu.25.Zerola in prax.Epiſcop.1.par.verb.renſiciatio,ſeù permutatio §.6.dub.5.& D.Thom.in 4.diſt.25.q.3.art.3.qui ait, quod permutatio debet fieri pro cauſa ſpirituali,puta vt melius Deo ſeruiat, ſeù vt tali loco poſſit quis Deo melius ſeruire, alias ſi pro aliquo terreno commodo vtriuſque,vel alterius fiat permutatio,eſt ſimoniaca, ſequitur Syluest. verb.permutatio 2.nu. 3. & Io.Bapt.Corrad.in reſponſ. caſ.conſcient. q.42.& Vgolin.in tract.de ſimon.tab.1.cap.27. nu.6.§.1.ait,quod ſimonia committitur, vbi nō ob neceſſitatē,vtilitatemq. Eccleſiæ, & vt melius Deo inſeruiatur permutatio fit, ſed non ob terrenum cōmodum nullo habito reſpectu ad diuinum cultum:quare qui beneficium permutat cum alio, vt in loco vbi aliud beneficium ſitum eſt venationibus,& piſcationibus operam dare poſſit, peccabit, ex quo ob has cauſas permutatio permiſſa non eſt : ſecus autem ſi permutatio fiat,vt Dei cultus magis augeatur,& liberius, ac tutius Deo inſeruiatur, & ait ſimoniam ceſſare,vbi ob vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ permutatio fit, & ſecundum formam traditam à Pio V.in d.conſtit.58.declarat optimè Azor.lib.7. cap.30.q.4.

5 Verum in Cur.Archiepiſc.fuit dictum,quod ſufficiat expedientia,ſeù vtilitas perſonarum, tenet gloſ.2.per text. ibi in cap.cum vniuerſorū de rer.permut.& ibi Abb.nu.7.& Io.Andr.in d.cap.1.nu.6. Petr.de Peruſio in tract. de benefic.permut.3.par.q.2.& 7. & vlt.par.nu.58. Lābert.de iurepatr.par.3.lib.1.q.6.art.6.nu.39.qui etiam nu. ſeq. male ait permutationem poſſe fieri per Ordinarium ex ſui libito : nam expedientia, ac vtilitas perſonarum redundat in augumentum cultus diuini,& vt melius,ac promptius ſeruiatur Deo, vnde Syluest.ſupra nu.12. ait requiri,quod permutatio fiat ex cauſa ſpirituali, & idem ait cauſam eſſe ſecundū D. Tho. vt melius ſeruitium præſtetur Deo,quod etiam innuitur in d.cap.quæſitum, & timor inimicorum ſecundum Io.Andr.eſt iuſta cauſa, & ita eſſe de omni cauſa,quę non reſoluitur in pecuniam, vel aliquod æſtimabile in pecunia, ſentit Vgolin.d.§.1.num.6.in fin. qui ait, quod ſimoniam non committit,qui ob inimicitias,ob peſtilentem aerem, & huiuſmodi cauſas beneficium permutat, & Probus d.cap.1. de rer.permutat.in ſexto num.9.ait,poſſe etiam fieri permutationem attenta vtilitate perſonarum, modo non reſultet Eccleſiæ damnum, ſed vtilitas ſecundum Ancharan. in d.clement.1.& Calderin. conſ.1. dixit, quod licet permutatio poſſit fieri vtilitate permutantium,tamen ſemper debet adeſſe Eccleſiæ vtilitas,idem ait Azor. d.q. 4.&

Digitized by Google

4.& ita eſt accipiendum, quod tradit Bellamer. d.6.par.q.2.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario non poßunt expediri per Vicarium Capituli ſede vacante, cum non ſit Vicarius Epiſcopi, ſed iuriſdictionis Epiſcopalis.*

2 *Sede vacante Cancellaria non reſcribit Vicario Capituli, ſed Epiſcopo viciniori.*

3 *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo reſpectu iuriſdictionis delegatæ.*

An Capituli ſede vacante Vicarius poſſit exequi diſpenſationes directas Vicario Epiſcopi.

DECISIO XLIV.

MAgna fuit controuerſia in Cur. Archiepiſcop. an Vicarius Capituli ſede vacante potuiſſet exequi, ſeù expedire literas directas Vicario Epiſcopi; & prima facie videbatur reſpondendum affirmatiuè: nam Vicario, ſeù Officiali Capituli ſede vacāte poſſunt de iure dirigi delegationes, & reſcripta Papæ; non ſecus & Officiali Epiſcopi cum ſit Vicarius, ſeù Officialis iuriſdictionis Epiſcopalis, gloſ. in clem. & ſi principalis in verb. Epiſcopi de reſcript. & ibi Imol. nu.20. Cardin. nu.15. & Abb. ſub nu.1. Farinac. q.10. par.2. nu.8. & 9 Rebuff. in prax. tit. de Vicar. Epiſcop. nu.4. Sbrot. l.2. q.23. nu.3. de offic. Vicar. & Florez Diez q.4. nu 11. quamuis dubitet Boniſac. in d. clement. & ſi principalis num.23.

Cæterum contrarium fuit reſolutum, ex eo,
1 quod commiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario nō poſſūt expediri per Vicarium Capituli ſede vacante, cum non ſit Vicarius Epiſcopi, ſed iuriſdictionis Epiſcopalis, gloſ. in d. clem. & ſi principalis in verb. Epiſcopi, & ibi Doctor. Felyn. in cap. eā te de reſcript. num.17. Panuin. de poteſt. cap. ſede vac. q.10. par.2. nu.2. Lambert. de iurepatr. 3. par.2. l. q.1. art.7. nu.3. Cucchus tit.8. nu. 39. Sbrot. l.1. q.16. Genuenſ. in prax. cap.84. nu. 12. quamuis Zechus cap.23. de Vicario Epiſcopi §.1. nu.1. dicat dici Vicarium Epiſcopi, etiam qui deputatur à Capitulo ſede vacante, & quāuis contrariū in proprijs terminis teneat Tho. Sanchez de matrim. diſp.27. nu.33. & ita eſſe de ſtylo Curiæ & Cancellariæ, quæ ſede vacante
2 Epiſcopali non dirigit huiuſmodi literas in forma dignum, nec diſpenſationes, &c. Officiali Capituli, ſed Epiſcopo viciniori, ſeū eius Officiali, de quo ſtylo teſtatur Hieronym. Paul. in pract. Cancell. in princ. verſ. circa qualitatem perſonarum: quę praxis confirmatur ex conſtit. Pij V.162. in qua mandatur, quod literæ in forma dignum dirigantur ad Epiſcopum Diœceſanum, aut ad Vicarium generalem, vel Officialem eiuſdem Epiſcopi diſiunctiuè, ad electionē impetrantis, & ita in terminis reſoluit Rota in vna Ilerden. penſionis, ſiuè vnionis 4. Maij 1588. coram Seraphino, in qua iterum cauſa propoſita fuit reſolutum, ſentētiam de qua agitur fuiſſe nullam, cum enim delegata fuiſſet cauſa à ſede Apoſtolica Officiali Ilerden. cuius officium expirauerat per obitum Epiſcopi, & à Capitulo deputatus fuiſſet alius Officialis ſede vacante,
3 licet ſucceſſerit Capitulum in locum Epiſcopi reſpectu iuriſdictionis ordinariæ, tamen non ſuccedit reſpectu iuriſdictionis delegatæ, Abb. in cap. cum olim col. pen. verſ. quinto dubitatur de maiorit. & obed. Felyn. in cap. eam te nu.17. de reſcript. quod eo maximè in caſu iſto procedit, cū ageretur de re, in qua Capitulum habebat intereſſe, & ideò non erat conueniens, vt fungeretur iure Iudicis, & partis, Bart. in l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ſtylus Cancellariæ eſt, vt deputentur Exequutores literarum Apoſtolicarum Officiales Epiſcoporum, non autem Capitulorum, & iſti Officiales non inſcribuntur Officiales Epiſcopi, ſed ſimpliciter Officiales. Non obſtat quod dicitur de prorogatione, quia non poterat prorogari, cum ageretur de alienatione Eccleſiæ, ad notata per Beroum conſ.22. num.46. tom.2. Tùm quia reſpectu delegatæ iuriſdictionis non poterat fieri prorogatio cap. 1. de offic. deleg. in fin. Felyn. in cap. cum olim il primo in princ. eod. tit. Soccin. in cap. ſignificaſti nu.21. de for. compet. ſed id, quod omnem tollit difficultatem in pronunciando eſt, quia tulit ſententiam, vt Executor Apoſtolicus. Non obſtat, quod dicitur deputatū fuiſſe à Nuncio, quia non eſt verum in facto, ſed Nuncius, qui prius inhibuerat, reuocando inhibitionem reliquit totum negotiū in eo ſtatu, in quo erat ab initio, & ita alias fuit deciſum in vna Papienſ. coram Lācellotto de ann. 1579.

SVMMARIVM.

1 *Cum bigamo, ſolus Papa diſpenſat.*

2 *Irregularitas, quæ ex bigamia contrahitur, eſt de iure poſitiuo.*

Quis poſſit cum bigamo diſpenſare.

DECISIO XLV.

COntrouertebatur in Cur. Archiepiſc. quis poſſet cum bigamo diſpenſare, & fuit dictum, ſolum Sūmum Pontificem poſſe, vt ſcilicet bigamus ordinetur, & ita determinat gloſ. in cap. ſuper eo in verb. diſpenſare in fin. de bi-
1 gam. cum qua ibi conueniunt Innoc. ibi nu.1. & 2. Hoſtienſ. nu.2. Abb. antiq. nu.3. Io. Andr. à nu. 9. ad nu.13. Petr. de Anchar. nu.2. Cardin. Flor. col.1. Ant. de Butr. nu 9. & 10. Abb. Panorm. nu. 6. eādem probauit Goffred. in ſumma eiuſdem circa fin. verſ. diſpenſari, Petr. de Anchar. conſ. 124. circa bigamos per tot. Rot. Rom. deciſ. 1. n.3. de bigam. in nou. gloſ. in cap. lector 34. diſt. vbi etiam Archid. nu.3. Præpoſit. col.2. vbi de communi teſtatur, quam etiam à Doctoribus communiter teneri aſſerunt Imol. in cap. propoſuit

poſuit nu.20. de conceſſ.præbend. & poſt eum Dec.in cap.quæ in Eccleſiarum col.4.nu.13.de conſtit.& ratio eſt: nam irregularitas,quæ contrahitur ex bigamia à iure naturali non indu-
2 citur, ſed poſitiuo, etenim de eſſentialibus ordinis non eſt, vt quis non ſit bigamus,quod vel ex eo conſtat:nam bigamus,qui regulariter ordinari nō debet cap.2.de bigam.ſi de facto fuerit ordinatus ex communi ſententia recipit ordinem,eiusq. characterem, quamuis exceptione ordinum careat,prout Goffred.in ſumma de reſcript.in princ. Archid.in cap.vnic.col.1.nu.1.eod.tit.in ſexto, Rot.Rom.deciſ.1.alias 445. quodam factum col.vlt.nu.6. de bigam.in nou. gloſ.in d.cap.ſuper eo in verb.diſpenſare in fin. & ibi Goffred.Innoc.nu.1.ſuper verb.diſpenſare in fin. Hoſtienſ.nu.1. ſuper verb. eis num.7. verb.remanere,Io.Andr.col.1.nu.2.in 2.notab. Cardin.Flor.col.1. verſ.quarto oppono,Ant.de Butr.col.1.nu.7. verſ.ad primum, vbi tàm ipſe, quàm Anchar.præallegat.dicunt,quod hoc priuilegio clericali non gaudent cap. 1. de bigam. in ſexto, & Io.de Anan.nu.1. verſ.primo an bigamus, vbi hanc opinionem affirmat communem,quam etiam firmāt Scribent.in cap.ſi quis viduam 50.diſt.& D.Thom.in 4.ſent.diſt.27.q. vlt.art.3.licet referant prædicti,antiquum quēdam Doctorem, quem appellabant Nicolaum Furioſum non ſine furore ſcripſiſſe, quòd quāuis bigamus ex diſpenſatione ſacris ordinibus initiatur,tamen non recipiat ordines, ſicut Papa oculum effoſſum,cuiquam reſtituere non valet,ita nec defectum ſacramenti, quod etiam factum eſt infectum fieri non poteſt l. in bello §.captæ ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.& cum baptiſmus hunc defectum delere non poſſit, nec etiam Papa poterit, ſiquidem nec Papa poſſet cuiuſcumque animam ſine baptiſmo ſaluam facere, communis tamen eſt in contrarium, vt ſupra viſum eſt: quare concluſum fuit,quod cū irregularitas,quę contrahitur ex bigamia ſit de iure poſitiuo,poterit Romanus Pontifex ſuper tali irregularitate omninò diſpenſare, d. cap. propoſuit.

SVMMARIVM.

1 *Cum publicis graſſatoribus non requiritur probatio delicti in genere, quando confitentur occidiſſe, & proieciſſe in mare corpora incognitorum,de qua re dubitat Auctor.*
2 *Si teſtis fatetur ſe pecunia corruptum, falſum depoſuiſſe, non probat contra principalem, niſi aliundè conſtet.*

Clericus de delicto non punitur, niſi conſtet de corpore delicti.

DECISIO XLVI.

TAm in Cur.Archiepiſcop.quàm in cæteris Curijs, Clericus non punitur de delicto ex propria confeſſione, niſi conſtet de corpore delicti, vide quæ plenè ad hoc propoſitum cumulant Farinac. in tit. de inquiſit. q.2. per tot. pulchrè Caball.in reſolut.crimin.cēt.3.caſ.255. per tot. Ant.de Ballis in lib.var.tract.ſub tit.de quæſtion.& tormēt.q.9. Muſcat.in pract.crim. ſub rubr.de cognit.ſeu probat.delict.per tot.&
1 quid ſeruetur in publicis latronibus confitentibus aliquos occidiſſe, & eorum corpora proieciſſe in mare, vel occidiſſe aliquos homines ignotos,vide Io.Grand.in tract.de bell.exul.ſpecial.93.nu.2.qui aſſerit contra huiuſmodi graſſatores non requiri probationem delicti in genere, ſed ex ſola confeſſione eos condemnari poſſe,quamuis non conſtet de cadaueribus,dūmodo conſtet reum graſſatum fuiſſe per campaneam: nam licet graſſatio ſimplex non inducat pœnam mortis, tamen ſi reus confeſſus ſit aliqua delicta commiſiſſe in campanea, ex ſola confeſſione prædicta poteſt ad mortem condēnari ſecundum iura,ſed ego valdè dubito de hac concluſione:nam eam fundat ex doctrin.Franc. Caſon.in tract.de torment.cap.2.nu.4.qui hanc opinionem non firmat, ſed remittit ſe Franc. Brun.in tractat.de indic.& tort.in 2.par.in 6.q. princ.qui num.11. & ſeq. veriorem firmat eſſe opinionem contrariam, quòd ſi non conſtat de corpore delicti nunquam deuenietur ad corporalem condemnationem.Ad quod propoſitū
2 perpetuò notandum eſt, quod ſi teſtis fateatur ſe pecunia corruptum falſum depoſuiſſe, nulla eſt habenda ratio de huiuſmodi confeſſione ad finem procedendi contra principalem,pro quo prius cum iuramento depoſuerat,niſi aliunde conſtet de corruptela,& falſitate commiſſa,etiā ſi talis confeſſio ratificetur in tortura,vt pleniſſimè probat Io. Vinc. Honded. in conſ.106.per tot.lib.1. & demum an reus ſine metu periurij poſſit iuramento delictum perpetratum negare, vide Berou.in q.134.per tot.& an reum inſtruens ne confiteatur,aliqua ſit pœna puniendus,& quid ſi reum torquendum orationes doceat ad impetrandum linguæ ſilentium, vide quæ pulchrè tradit Io. Bapt. Laderch. in conſ. 203.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Nemo alterius delictum purgare debet.*
Pœna non debet excedere perſonam delinquentis.
Anima, quæ peccauerit ipſa morietur.
2 *Enumerantur caſus, in quibus quis non tenetur ex facto alterius.*
3 *Culpa,& pœna ſuos debet ſequi Auctores.*
Is affligatur,qui deliquit.
4 *Alteri per alterum iniqua conditio non datur.*
5 *Beneficia debent concedi ſine alterius præiudicio.*
Lex nihil fruſtra operatur.
6 *Ex delicto non conſequitur quis commodum.*
7 *Neceſſitas non habet legem, imo facienti actum neceſſarium lex ſuccurrit.*
8 *Enumerantur cauſæ, quibus modis dicantur grauiores in iure.*
Naturalis eſt vita dulcedo.
9 *Melius eſt hominem eſſe,& inferno eſſe, quam non eſſe.*
10 *Offendens aliquem cauſa iuuandi extraneum non tenetur.*

11 In

11 *In pœnalibus pars mitior eſt ſequenda, & quarè vide ibidem.*
12 *Quicquid ob tutelam fit, iuſtè feciſſe exiſtimatur. Iniuſtè condemnatus ob vitandam mortem ſi reperiret carceres apertos tenetur exire.*
13 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*
Semper iudicandum ſecundum communem opinionem, aſſignatur ratio.
In delictis potius attenditur animus.

Quando aggreſſus occidit aliquem non offendentem, ratione defenſionis, num aliqua pęna plectendus veniat.

DECISIO XLVII.

FVerat quidam aggreſſus, & cum aliter, ſe, ſuumq. corpus tueri non poſſet cauſa ipſius defenſionis occidit quendam: fuit controuerſum quid nam eſſet de iure faciendum; & prima facie videbatur dicendum, quod non offendens minimè poſſit occidi impunè ab inſultato per text. in l. ſcientiam §. qui cum alter ff. ad l. Aquiliam, vbi notatur, quod illum tantum ferire conceditur, qui vim infert: igitur à contrario ſenſu videtur, quod non inferentem vim quis non poſſet pro ſui defenſione occidere, cognito enim vno de contrarijs, cognoſcitur & reliquum l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iu-
1 ris, & ratio meo iudicio eſt: nam nemo alterius delictum purgare debet, & pęna non debet excedere perſonam delinquentis, ſed anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, toto titulo, C. ne ex delict. defunct. nemo enim de facto alterius tenetur cap. 1. de iniur. & damno dato. nam ſententia lata contra vnum, alteri nocere non debet l. ſæpè ff. de re iudic. Dec. conſ. 445. Couar. in lib. pract. quæſt. cap. 13. nu. 7. & Felyn. in cap. quamuis extra de re iudic. maritus non tenetur pro
2 vxore, & è cōtra l. 1. C. ne vxor pro marito, nec pater pro filio l. 1. & l. nec cōtra C. ne filius pro patre, vnde deſcendit illud, quod licet mulier amittat dotem propter adulterium, Boer. deciſ. 338. nu. 7. de Franch. deciſ. 183. tamen ſecus eſt, quando habet patrem, vel filios primi matrimonij, Chaſſan. in conſuet. Burgun. in tit. des droit §. 6. rubr. 4. nu. 20. gloſ. 13. Caball. milleloq. 527. Viu. in deciſ. 357. nu. 2. item neque ſeruus tenetur pro Domino l. ſi ſeruum ff. ad l. Aquiliā, nec libertus pro patrono l. ex liberto C. ne filius pro patre, item nec tutor pro pupillo l. 1. C. an fiſcus, vel priuatus, neque colonus tenetur ex facto Domini l. ob cauſam C. de actionib. & obligat. nec ciuis pro ciuitate, Bald. in l. ciuibus ff. de reb dub. nec ciuitas ex facto ciuium l. ſicut ff. quod quiſq. vniuerſ. neque procurator ex facto principalis l. Flauius ff de Procurat. neque Syndicus ex facto vniuerſitatis, Bald. in cap. 1. de Syndico nu. 25. nec Dominus ex facto coloni l. nimia C. de actionib. & obligat. nec emptor ex facto venditoris, & è contra l. ſicut ff. de act.
3 empt. l. debitorum pactionibus C. de pact. nec conductor ex facto locatoris l. ſi vno ff. locati, nam culpa, & pęna ſuos debet ſequi auctores l. ſancimus C. de pœnis l. reſcriptum ff. de his
4 quib. vt indign. Iaſ. in l. ſi prius ff. de nou. oper. nunciat. nu. 32. Caphal. conſ. 139. lib. 5. is enim affligi debet, qui deliquit, & alteri per alterum iniqua conditio dari non debet, hoc enim à iure non eſt permiſſum l. non debet alteri ff. de reg. iur. nam iniuria lata vni, alteri nunquam nocere debet l. exceptionem ff. de fideiuſſ.

Præterea ad hanc quæſtionem videtur pertinere diſpoſitio text. in l. 2. §. ſi quis à principio ff. ne quid in loc. public. vbi notatur, beneficia
5 Principum cōcedi ſine alterius præiudicio, imò beneficium largiſſimum, non adeò in largum debet extendi, quod offendatur ratio pietatis, tenet gloſ. in l. ſicut certi C. de teſtam. milit.

Ergo ſi de iure procederet aliquem non offendētem, cauſa defenſionis poſſe occidi, ſequeretur præiudicium tertij, & ſic huius text. di-
6 ſpoſitio fruſtra hic eſſet poſita, quod eſſet contra legem, lex enim nihil fruſtra operatur l. is idem ff. de verb. obligat.

Tandem, ad hoc non mediocriter facit, quod nemo ex ſuo delicto commodum conſequi debet, prout vult text. in l. ex dolo l. itaque fullo ff. de furtis l. non fraudantur §. nemo ff. de reg. iur. l. ſinè hericaria in fin. ff. de negot. geſt. l. relegator ff. de interdict. & releg.

Nihilominus propoſitis dubitationibus minimè obſtantibus, contrarium fuit iudicatum, tanquam verius, quod pluribus coniecturis, atque rationibus perbellè comprobatur.

Primò, nam ſumus in actu neceſſitatis, quæ
7 legem habet l. 1. vbi notatur ff. de offic. Conſul. cap. quanto extra de conſuet. cap. 2. extra de obſeruat. ieiun. cap. quod non eſt licitum extra de reg. iur. imò facit ſibi legem cap. remiſſionem 1. q. 1. & tanto magis, quando quis non ponit ſe in neceſſitate, prout in caſu noſtro, gloſ. in l. ſi fideiuſſor §. neceſſaria in verb. neceſſitatem ff. qui ſatiſd. cog. quia iuris diſpoſitio propter neceſſitatem ſuſpenditur l. caſus maioris C. de teſtamentis.

Secundò inſurgit coniectura text. in l. cum
8 poſtulaſſem ff. de dān. infect. vbi habetur, quod lex fauet, & ſuccurrit facienti actum neceſſarium, ſed homo nil plus neceſſitatis habet, niſi vitæ defenſionem, nam melius eſt hominem eſ-
9 ſe, & inferno eſſe, quam nihil eſſe, ſecundum doctrin. D. Thom. in ſuo Theologiæ cōpendio, ergo dictum homicidium non eſt punibile.

Tertiò accedit, quod ſi offendens aliquem
10 cauſa iuuandi extraneum nullæ pœnæ opprobrio cruciatur, prout eleganter vult Bart. in l. ſi culpa ff. de reg. iur. quanto magis pro iuuando ſemetipſo, cum prima charitas incipiat à ſeipſo, argumentum enim à fortiori validum eſt l. neque natales C. de probat. auth. multo magis C. de ſacroſ. eccleſ.

Quartò comprobatur hæc deciſio, quia ſu-
11 mus in pœnalibus, in quibus mitior pars eſt ſequenda l. ſanctio legum ff. de pœnis, Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. caſ. 86. nu. 25. & ſtricta eſt facienda interpretatio, Iaſ. in l. cum quidam ff. de liber. & poſth. Panorm. in conſ. 40. par. 1. in fin.

Digitized by Google

fin.Grammat.deciſ.74.nu.8. Crauet.conſ.9.nu. 2.Oſaſc.deciſ.79.nu.27. quia quæ ſunt odioſa ſemper debent reſtringi cap. odia de reg. iur. in ſexto,& d.l.cum quidam ff.de liber.& poſth.

Quinto ſuffragatur, quod hic ſumus in actu
12 defenſionis,in quo quidquid fit, ob tutelam fit l.ſcientiam §.qui ff.ad l.Aquil. Franc.Marc.in deciſ.769.Boer.deciſ.168. Dec.conſ.676. & 78. & in actu defenſionis quidquid fit,ob iuſtum metum fit,& quæ per iuſtum metum fiunt,pœnam non merentur, Grammat.deciſ.5.nu.11.l. ſi quis fumo §.fin.ff ad l.Aquil. Felyn.conſ.50. nu.17. namq. ſi iniuſtè condemnatus reperiret carcerem apertum teneretur exire ob euitandã mortem, ſecundum Viu.in deciſ.201.nu.4.

Sextò hanc controuerſiam ſic ad partes diſcuſſam decidit text.in l.is, qui aggreſſorem C. ad l.Cornel.de ſicar. cuius verba infraſcripta ſunt:Is qui aggreſſorem,vel quemcũque alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet, vnde in verbo quemcunque alium, Impe-
13 rator loquitur indiſtinctè,& generaliter, & ita debet intelligi l.filium ff.de legat. præſtand. l. de pretio ff. de publiciana in rem actione, Ludou.Roman.in l.ſi vero ff.ſolut.matrim.

Huic etiam opinioni acquieſcunt Bald. in cap.1.§.iniuria de pac.iuram.firm.col.fin. verſ. ſed pone,& in l.1. C. vnde vi col.7. & communis opinio relata per Dec.in l.vt vim ff.de iuſt. & iur.ſecundum quam ſemper eſt iudicandum, Guid.Pap.ſing.191.namq. ſemper ſtandum eſt maiori parti votorum cap.nouitius de verb. ſignif. nam firmius reputatur cõſilium plurimorum cap. prudentiam de offic. deleg. Boer.deciſ.27.nu.24.Dec.conſ.615.licet opinio Doctor. fulcita melioribus rationibus attendatur cõtra communem,iuxta ſcripta in l.2. C. de vet.iur. enucl.in §.1.inſtit.de hæredib.inſtitu. cap.Cappellani de ferijs,& ita ſentiunt Abb.& Felyn.in cap.1.de conſtit.Ratio autem,quare à iure permittatur occidi non offendentem ob defenſionem, mea ſententia alia eſſe non poteſt, niſi quia in delictis potius attenditur animus,quam actus delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſo vno alicui dicitur conceſſum omne, quod requiritur ad illud.*
2 *Qui vult conſequens neceſſario tenetur velle ſuum antecedens.*
3 *Cui conceditur maius dicitur conceſſum, & minus.*
4 *Lex permittit homicidium cauſa defenſionis factum.*
5 *Ampliatur hæc concluſio ſeptem modis.*
6 *Princeps licet ſit ſolutus legibus, tamen viuit ſecundum leges.*
7 *Cauſa defenſionis poſſunt aſportari arma.*

An pœna edicti Curiæ Archiepiſcopalis contra Clericos arma portantes habeat locum in aggreſſo, qui in actu defenſionis vtitur illis.

DECISIO XLVIII.

FVit dubitatum in Cur.Archiepiſc. an pœna edicti contra Clericos arma portantes locum ſibi vendicet in clerico,qui in actu defenſionis vtitur illis.

Controuerſiam hanc non leuis põderis,paucis abſoluam, & pro parte negatiua,& ſic,quod inſultatus vtens ipſis nulla edicti pœna teneatur faciunt infraſcriptæ conſiderationes,quæ in hoc propoſito militare videntur: Prima igitur
1 eſt,nam quando aliquid conceditur ſemper cẽſetur conceſſum reliquum,per quod deuenitur ad illud l.ſæpè ff.de re iudic. l.cui iuriſdictio ff. de iuriſd.omn.iudic.l.cum principale ff.de reg. iur.l.congruit ff.ad Sillanian.l.oratio ff.de ſponſal.gloſ.in §.fin.inſtit.de ſeru.ruſt.præd.Marſil. ſing.175. Felyn.in cap.præterea de offic. deleg. nu.4.col.pen.Bald.in l.1.C.ſi Rector Prouinciæ col.pen.nu.92. Secunda conſideratio ad ornatũ huius quæſtion. eſt, quod qui vult conſequens
2 neceſſario tenetur velle ſuum antecedẽs l.illud ff.de acqu.hæred.l.ad legatum,& l.ad rem mobilem,vbi Bart.& cæteri in ea ſcribentes ff.de Procurat.& tanto magis cum ſimus in his,quæ proueniunt ex legis voluntate,Crauet.cõſ.134. nu.45. Bart.in auth.ſi quis in aliquo C.de edẽd. & in l.ex aduerſo §.2.ff.de rei vend. Iaſ.in l.cẽturio ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.nu.58.Alex.in rubr.C.qui admitti ad bonor.poſſ. quem citat, & ſequitur Dec.in d.rubr.nu.75. Tertia conſideratio,quæ ad huius controuerſiæ comproba-
3 tionem inſurgit eſt,nam cui conceditur maius dicitur conceſſum,& minus l.non debet ff.de reg.iur. l.Marcellus ff.de donat.cauſ.mort. au-
4 th.multo magis C.de ſacroſ.eccl.Sed per legem eſt permiſſum homicidium cauſa defenſionis vim vi repellẽdo probatur per text.in l.vt vim ff.de iuſtit. & iur. l.3.§.vt Arietes ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur §. quod vero inſtit.de iur.natur.gent. & ciuili l. qui aggreſſionem, & vt vim C.ad l.Cornel. de ſicarijs clem. 1.de homicid. Hippol.de Marſil.in ſingul.100.
5 & 175.quod ampliant aliqui etiam ad Principẽ ex text.in clem.paſtoralis §.cæterum de ſentẽt. & rei iudic. vbi licitum eſt contra Principem pro defenſione propriæ perſonæ. Ratio autem
6 eſt,quia licet ſit ſolutus legibus,tamen viuit ſecundum leges l.digna vox C. de legib. Magon. deciſ.42.nu.6. Dec.conſ.116.vol.1. gloſ.in cap. cum conueniſſet in fin.de iudic. quod tamen mihi non placet, & alibi examinabo: ſimiliter contra Iudicem de facto procedentem l.prohibitum C.de iur.fiſc.lib.10. & l.omnes C.de decurionib.& procedit etiam pro defenſione cõiunctorum, Menoch.de arbit.iudic. lib.2. caſu 277.Marc.Mant.in ſingul.594.imò etiam extraneorum,text.eſt menti tenẽdus in cap.dilectus de ſentent.excomm.lib.6.Dec.conſ.469. & pro defenſione rerum l.1.C.vnde vi,Bart.in l.furem C.de ſicarijs,quod ſubampliatur, etiam de Iure Canonico cap. ſignificaſti de homicid. gloſ.ſingularis in cap. ſuſcipimus de ſentent.excomm. atque etiam de iure ciuili, & de omni alio iure l.ſicut alle gas C.ad l.Cornel.de ſicarijs.

Ergo

Digitized by Google

Ergo eſt conceſſa de iure aſportatio armorum, ad hoc, vt ſe defendat, prout ita vult text. in l. pen. ff. ad l. Iul. de vi publica, cuius verba talia ſunt: Hi qui ædes alienas, aut villas expilauerint, & fregerint, ſiquidem in turba cum telis fecerint, capite puniuntur: Telorum autem appellatione omnia, ex quibus ſinguli homines nocere poſſunt accipiuntur, qui telum tuendæ ſalutis ſuæ cauſa gerunt non videntur hominis occidendi cauſa portare: igitur ex iſtius text. diſpoſitione, in iure, datum atque cautum reperi-
7 tur fauore defenſionis, & ob corporis proprij tutelam inſultatum poſſe vti armis prohibitis ſtatuto in nihil obſtante, quod tamen intellige, quando clericus in actu defenſionis aliunde arripit arma: ſecus verò ſi ipſe portabat arma, eiſq. poſtea vſus fuerit in actu defenſionis: nam tunc videtur cogitaſſe de bello, & rixa, & ita fuit deciſum, & ſæpius practicatum.

SVMMARIVM.

1 *Ratione delicti quis ſortitur forum.*
2 *Iudex nullam habens in reum iuriſdictionem poteſt eum capere ad effectum remittendi ad Iudicem loci delicti, qui habeat in eum aliquam iuriſdictionem, quod intelligitur, prout nu. 6.*
3 *Homicida committens homicidium animo deliberato, ſi fuerit captus à Iudice incompetenti remittitur ſuo Iudici competenti.*
4 *Iudex ordinarius non poteſt remittere delinquentem exemptum ad Iudicem delicti.*
5 *Iudex incompetens, qui habet in manibus delinquentem extra ſuum territorium, non tenetur præſertim ex generali conſuetudine remittere.*
6 *Iudices, qui ſubſunt eidem Principi, tenentur remittere delinquentes ad inuicem.*

An Iudex, cui non competit aliqua qualitas tribuens ei iuriſdictionem erga delinquentem ab eo captum, teneatur eundem liberare, an autem ad eius Iudicem competentem remittere.

DECISIO XLIX.

Facti ſpecies, ita ſe habet, quidam laicus ſub geſtatione habitus clericalis deferebat arma prohibita, & cum captus fuiſſet à Curſoribus Cur. Archiepiſc. & in carceribus eiuſdem detentus, inſtabatur pro eius parte eſſe liberandum tanquam non ſubditum dictæ Curiæ: fuit dubitatum an eſſet ſimpliciter liberandus, an verò remittendus ad ſuum Iudicem; & quod ſit remittendus faciebat primo text. in §. ſi verò quis comprehenſorum, verſ. ſi vero cogno-
1 ſcatur in auth. vt nulli Iudices, vbi mandat Imperator, quod ſi delinquens in alia Prouincia degit, iubemus Prouinciæ illius Iudicem, in qua peccati quid huiuſmodi contingerit, epiſtola publica vti ad illius Prouinciæ Iudicem, in qua delinquens perſona degit, & quod ille, qui publicas ſuſceperit litteras periculo ſuo comprehendere huiuſmodi delinquentem teneatur, & ad Iudicem Prouinciæ tranſmittere, in qua peccauit ſupplicijs legitimis ſubijciendum, quo in loco n n ſolum Imperator approbat capturam, vt ibi in verbis periculo ſuo comprehendere, verùm etiam & remiſſionem inde faciendam ad Iudicem loci delicti, vt ibi in verbis, & ad Iudicem Prouinciæ tranſmittere, in qua peccauit, & ſic patet, quod quando captura alicuius perſonæ fit per aliquem Iudicem ad effectū
2 tantum remittedi captum ad Iudicem loci delicti, non vt Iudex capiens velit contra delinquentem inquirere, & eundem punire, non requiritur iuriſdictio ratione originis, domicilij, vel alias ex parte Iudicis capientis, & remittentis, ſed poteſt delinquētem capere, licet in eum nullam habeat iuriſdictionem, & illum captum remittere ad Iudicem loci delicti, tātum enim ſufficit, quod iuriſdictio in delinquentem reſideat penes Iudicem, qui petit remiſſionem ſibi fieri, & iuxta hunc ſenſum intellexit Panormit. in cap. fin. nu. 16. in verſ. nota tamen de for. cōpet. vbi dicit notādum eſſe ex opinione Calder. quod non ſolum Iudex domicilij poteſt remittere delinquentem; ſed & alius, qui non eſt Iudex ipſius delinquentis, quod dicit ſibi placere ex diſpoſitione text. in d. §. ſi verò quis comprehenſorum, cum ille text. indiſtinctè loquatur, quod ſolum debet remitti, & non dicit per quē Iudicem, hanc eādem ſententiam ſequitur Iul. Clar. in pract. crim. q. 38. verſ. ſed quod ſi Iudex dicens, & aſſeuerans ſolummodo attendendam eſſe iuriſdictionem Iudicis petentis remiſſionem ſibi fieri, non autem eius, à quo petitur remiſſio, & quod ſemper vidit de facto ſeruari, ſiuè remiſſio petatur à Iudice, qui ſit ſub eodē Principe, ſiuè Præſide Prouinciæ, ſiuè petatur ab eo, qui ſit ſub alio Principe, quia non attenditur an poſſit ab eo capi de iure, vel ne, ſed ſolum an ille, qui petit habeat iuriſdictionem procedendi contra eum. Item dicebatur pro prædicta opinione eſſe text. in §. audient in auth. de defenſorib. ciuit. vbi defenſor, qui grauem cauſam audire nequit, remittit delinquentem ad Iudicem, qui eum punire poteſt; & ita hanc vltimam opinionem ſequuti ſunt Calderin. & Panorm. in d. cap. fin. nu. 16. Marian. Soccin. in cap. poſtulaſti n. 14. eod. tit. Iodoch. in pract. cap. 23. nu. 6. in fin. Couarr. pract. quæſt. cap. 11. nu. 6. & Bernard. de Plot. inter conſ. crimin. diuerſor.
3 133. per tot. vol. 1. in magnis, vbi conſulit, quod homicida, qui deliberato animo homicidium commiſit, captus ab incompetenti Iudice, debet ad compeiētem Iudicem remitti, ſed quicquid exclamet Plot. in d. conſ. non eſſe recedendum à prima opinione, negatiuam teſtatur Farinacc. de inquiſit. q. 7. num. 28. Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſin. 90. nu. 2.

His tamen non obſtantibus in caſu propoſito contraria opinio viſa fuit verior, nam fuit dictum præfatum laicum eſſe ſimpliciter liberādum, nec in hoc caſu intrare terminos remiſſionis, pro qua deciſione adducebatur text. in cap. 1. de priuileg. in ſexto, vbi conſtat exēptum, qui

Digitized by Google

qui iure ad locum delicti remittendus alioquin
4 eſt, non poſſe remitti à Iudice ordinario, à quo
exemptus exiſtit, quia in exemptum iuriſdictio-
nem non habet: igitur neceſſaria eſt iuriſdictio
aliqua ad hoc, vt Iudex remittere poſſit delin-
quentem ad locum delicti, ita per illum text.
hanc opinionem ſequuntur Ant. de Butr. in
cap. fin. nu. 10. Aret. col. 4. Felyn. nu. 6. de for. cō-
pet. & eſt communis, vt per Boſſ. de for. cōpet.
nu. 52. & ſeq. ab hac opinione non eſſe receden-
dum teſtātur Cyn. Bart. Bald. Alex. Abb. Affl.
Iac. de Beluiſ. Marſil. Riminald. Fulg. Gramm.
Berous, & alij plures relati per Clar. quos & ip-
ſe ſequitur in pract. d. q. 38. verſ. ſed certè, qui-
bus addo Bonacoſſ. in commun. opin. lib. 1. verſ.
remiſſio rei pag. mihi 145. in fin. & Ludou. Pe-
guer. deciſ. crim. 2. per tot. vbi diſputata ad par-
tes materia, hanc negatiuam opinionem verio-
rem, & apud eum in Cataloniæ Regno ſerua-
tam teſtatur & contrarijs reſpondet, nec diſſen-
tit Ant. deciſ. Pedem. 90. nu. 2. in fin. iuncto nu.
3. & cum ita Doctor. communiter teſtentur
ſeruari, parum curandum eſt, quod de inualidi-
tate talis conſuetudinis, plura ſcripſerit Andr.
Fachin. controuerſ. iur. lib. 9. cap. 23. & ideò fa-
cias concluſionem, quod Iudex incompetens,
5 qui habet in manibus delinquētem extra ſuum
territorium, non tenetur, præſertim ex generali
conſuetudine, de qua ſupra, delinquentem re-
mittere ad Iudicem competentem.

Non obſtant contraria, quia procedunt quan-
do ſumus in Iudicibus, qui non ſunt de diuerſis
6 iuriſdictionibus, ſed ſubſunt eidem Principi, vt
expreſsè tradunt Boer. deciſ. 29. num. 55. & ſeq.
Boſſ. d. nu. 52. & ſeq. qui tamen in hoc non ſatis
clarè loquitur, Corrad. in pract. tit. de inquiſit.
nu. 12. in 8. limit. pag. mihi 249. Cepoll. conſ. cri-
min. 58. nu. 2. & ſeqq. verſ. dummodò fiat requi-
ſitio, vbi quod ita de facto, & conſuetudine ſer-
uetur, teſtatur Laur. de Rodulph. conſ. crim. di-
uerſ. 25. nu. 2. vol. 1. in magnis, Mart. de Carrat.
eod. conſ. crim. 61. num. 2. vol. 1. in paruis, & de
communi Doctorum opinione teſtantur Prob.
in Apoſtill. ad Io. Monach. in cap. inquiſitores
ſub nu. 8. de hæret. in ſexto, Chaſſan. in conſuet.
Burgund. fol. 365. nu. 14. Didac. pract. quæſt. cap.
11. nu. 10. vbi ait, quod hæc ſententia communi
totius orbis Chriſtiani vſu, & praxi recepta eſt,
prout pariter de communi, & à conſuetudine
approbata opinione teſtantur plures, quos re-
fert, & ſequitur Clar. in pract. d. q. 38. verſ. hoc
tamen, quibus addo Rolād. conſ. 60. nu. 3. & nu.
23. vol. 2. Bonacoſſ. in comm. opin. 1. par. verb.
remiſſio rei in medio pag. 146. col. 1. & Ludou.
Peguer. d. deciſ. crim. 2. nu. 6. verſ. nam hoc eſſe
verum Scribentes fatentur, & præcipuè Anton.
Theſſaur. d. deciſ. 90. nu. 7. ſicut proximè elapſis
annis in huiuſmodi etiam articulo pro quadam
Brancatiorū cauſa diffusè, atq; copiosè ſcripſit
Doctor Fabius Graſſus de Terra Laurianæ,
pertinentiarum Cilenti, vt in legalibus meis
ſcriptis inueni, qui cùm certè allegari meretur,
ad ſui memoriam hic adduxi.

SVMMARIVM.

1 *Res furtiua reperta penes eum, qui talia emere conſueuit non facit contra eum indicium.*
2 *De priuilegijs Iudæorum, vt poſſint mutuare pecuniam ſuper rebus furtiuis.*
3 *Qui non eſt mercator ſi eſt malæ famæ, & non docet à quo habuerit rem furtiuam poteſt torqueri.*

Res furtiua reperta penes aliquem, quando faciat indicium contra illum.

DECISIO L.

REgulariter iuris præſumptio eſt, rem fura-
tam penes aliquem repertam indicium
facere ad torturam l. in ciuilem, & l. ciuile eſt
C. de furt. & per dicta iura hoc cōmuniter tra-
diderunt Doctor. Clar. in ſua pract. q. 21. verſ. ſi
res furata, Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſūpt.
29. Farin. de indic. & tort. q. 37. nu. 48. latè Ma-
ſcard. de probat. concl. 833. Peguer. in deciſ. 73.

Pro cuius articuli dilucidatione diſtinguen-
dum eſſe exiſtimo, quod aut ille penes quem
res furtiua reperitur eſt ſolitus res emere, vt
ſunt aurifices, qui anulos, & gemmas emunt, &
cætera huiuſmodi, vel mercatores, & fœnerato-
res, qui emunt veſtes, & hoc caſu iſti, ſiuè bonæ
ſint famæ, ſiuè malæ nō tenentur indicare, à quo
1 emerint, quia præſumitur illos bona fide emiſ-
ſe, non enim inſurgit indicium contra aliquem
quando facit illud, quod facere conſueuit, quia
ratione officij ſui excuſatur, Hippol. de Marſill.
in ſua pract. crim. in §. diligenter num. 90. cum
enim à pluribus, & etiam ab ignotis ſoliti ſint
emere, credendum eſt non recordari perſonas
venditorum, Blanc. de indic. num. 417. ſequitur
Salyc. in l. fin. C. de vſur. hinc eſt, quod per totā
2 ferè Italiam extant ſtatuta priuilegia, quæ per-
mittunt facultatem Iudæis mutuandi ſub vſu-
ris pecuniam, etiam ſuper rebus furtiuis, nec il-
las Dominis tradere cogantur, niſi prius eiuſdē
reſtituto capitali cum vſuris, quæ priuilegia ſūt
intelligēda quando Iudæi ignorāt res, quas emūt
eſſe furtiuas, ſi enim ſcirent ipſas res fuiſſe fur-
to ſubtractas tenerentur illas ſine capitali, &
ſine vſuris Dominis ſuis reddere l. ſeruus cuiuſ-
dam ff. de condit. indeb. & ibi Bald. & Doctor.
Hippol. de Marſill. ſing. 13. Io. de Anan. conſ. 70.
viſis, & ponderatis, Bald. conſ. 92. tria poſſunt
vol. 4. Felyn. in cap. causā quæ col. 9. de reſcript.
Bald. in l. eos C. de furt. & in rubr. C. de cond.
ob turp. cauſ. Roland. à Vall. conſ. 45. vol. 1. nu.
2. hæc tamen priuilegia Iudæorum eis non pro-
deſſent, ſi tractaretur de rebus furtiuis Eccle-
ſiæ, vel etiam perſonæ exteræ, quæ vti nō ſubie-
ctæ iuriſdictioni illius, qui talia priuilegia con-
ceſſit nō poteſt illis obligari, nec per ea ipſi po-
teſt præiudicium inferri. Abb. in cap. clericis de
for. compet. Barbat. conſ. 75. viſo pūcto, vbi plu-
ra allegat. Alex. conſ. 54. videtur vol. 5. Abb. in
cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. & ibi etiam
Felyn. Hippol. in l. fin. nu. 118. de iuriſ. omn. iud.

Si

Si autem non eſt ſolitus tales res emere, aut eſt vir malæ famæ,aut bonæ,ſi eſt malæ, aut declarat à quo emit res furtiuas, & excuſatur l.in ciuilem,& l.ciuile C.de furt. & ibi gloſ. & Do-
3 ctores. & præſertim Salyc. & Angel.aut non dicit à quo habuerit,& poteſt torqueri, Bald.& Salyc.in l.fin.C.de furt.d.l.in ciuilem, & l.ciuile C.eodem, Bald & Imol.in l.fin. verſ.addo ad idem ff. de hæred. inſtit. Roman. conſ.54. viſis circa id nu.6.Barb.conſ.42. illud in medium afferam col.7.nu.25.vol.1.Blanc.de indic.nu.417. Paul.de Caſtr.in d.l.in ciuilem nu.2.C.de furt. Iaſ.conſ.2.nu.8.Gratt.conſ.94.vol.2.Angel.de malefic.in verb.& veſtem cæleſtem col.6. verſ. quæro an eo ipſo,& in verb. fama publica col. 4.verſ.vel quia res furata, Hippolyt.de Marſil. conſ.57.miſericordia Domini nu.33.& 40.Maſcard.de probat.concl.1003.nu.32. & tanto magis hæc vera ſunt, ſi talis eſt ſolitus res furtiuas emere,gloſ.in l.in ciuilẽ in verb.indicatis C.de furtis,vbi etiam Bart. & Bald. Aufrer.in addit. ad deciſ.Cappell.Tholoſ.151.nu.2.Alex.conſ.5. nu.8.lib.1.Maſcard.concl.1631.nu.20. Brun.de indic.q.3.par.1.nu.5.

Si verò eſt vir bonæ famæ, & alia indicia non concurrunt, non poteſt torqueri, & ratio eſt, quia quantum grauatur ipſius rei furtiuæ inuentione,tantum ſubleuatur ſua bona exiſtimatione: indicijs enim in 'icia tolluntur contraria & vna præſumptio tollit aliam & fortior debiliorem l.pen.ff.de reſtit.in integr.Felyn.in cap vigilanti in fin.de præſumption. Bald.conſ. 249.circa fin.vol.3.Boer.deciſ.211.nu.18.par.1. Crauett.in tract.de antiqu.temp.par.4.§.materia num.21. Corne.conſ.136.col.fin.verſ.& per hoc vol.2. Aret.conſ.102. col.5. ſed quando eſt malæ famæ, & penes illum res furtiua reperitur duobus vrgetur indicijs.& ideò mirum non eſt,ſi eo caſu poteſt tormentis ſubijci, virum autem integræ famæ ob inuentionem rei furtiuæ penes illum non poſſe torqueri, tradunt Bald.in d.l.in ciuilem C.de furt. facit l.nõ omnes §.Barbaris ff.de re milit.gloſ.in l.ciuile in verb.fuiſſe C. de furt. & gloſ in l.de minore §. nam ex ſermone iuncto text. ibi, cuius exiſtimationis ff.de quæſt.Gratt.conſ.93.nu.2.vol.2. Marſil.in conſ.52.nu.40.& 41.& conſ.72.Munda cor meum nu.2. & in ſuo ſingul.392. aduertas ad vnum,Thom.Gramm.conſ.14.Angel.de malefic.in verb. & veſtem cæleſtem verſ.an eo ipſo,Tiraq.in tract.de pœn.temper.cauſ.51.nu. 131. Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.caſ. 462. nu. 10. Nonell.in tract.ad defenſ.in tit.de excuſat.à reo facien.nu.19. Roland.à Vall.conſ.45.nu.41. Brun.de indic. fol.25.nu.5. Iul.Clar.in practic. crimin.q.21.in fin.& ſat eſſe,quod iuret ſe non cognouiſſe illum,à quo emit rem furtiuam.tradit Auguſt.ad Angel.de malefic.in verb. & veſtem cæleſtem nu.20.

Hoc tamen limitatur niſi eſſet Caſtal'us vel Officialis Domini rei furtiuæ,tũc enim quamuis eſſet vir probus,nec alia concurrerent indicia,hoc caſu præſumitur Domino ſuo illa bona ſubtraxiſſe. Bald.in cap.1.de contentione inter Domin.& feud.nu.1.in vſib.feud. & in l.cum oportet nu.13.ff.de bon.quæ liber. & ratio poteſt eſſe ob cõmoditatem, quam familiaris habet ſurandi, vel quia non ſit credibile eum emiſſe ab extraneo rem, quam facilè cognouiſſet ab eius Domino fuiſſe ſubtractam, & ita iuxta prædictam diſtinctionem ſæpius iudicauit Curia Archiepiſcopalis.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis non admittitur ad teſtimonium perhibendum contra chriſtianum.*
2 *Ratio cur infideles non admittantur.*
3 *Concluſio ampliatur procedere in quacunque ſpecie infidelitatis.*
4 *Infidelis effectus chriſtianus admittitur ad perhibendum teſtimonium.*

An mancipia, vulgo *ſchiaui*, de recenti effecti chriſtiani,admittantur ad teſtimonium ferendum contra Chriſtianos.

DECISIO LI.

Datis defenſionibus cuidam reo, fuit pro eius parte conſignata liſta teſtium examinandorum, inter quos aderat mancipium chriſtianum, quarè fuit dubitatum an eius depoſitio eſſet recipienda, & dicebatur, de iure cla-
1 rum eſſe, infidelem non admitti ad teſtimoniũ perhibendum contra chriſtianum cap. non poteſt cap.pagani, & ibi gloſ.in verb.accuſari 2.q. 7.cap.ipſa pietas 23.q.4. l.quoniam C.de hæretic. gloſ.in cap.Iudæi in verb. præſumant extra de teſtib. & ibi Abb.nu.3. Felyn.in princ.gloſ. in cap. licet vniuerſis in verb. conuerſationis eod.tit.de teſtib. gloſ.in clem.1.in verb.iuri, & ibi Cardin.Zabar. de teſtib. Specul.in tit.de teſtib.§.1.verſ.item,quod eſt Iudæus nu.59. Alex. conſ.179. in fin. lib.2. Afflict. in deciſ.214. per totam, & ibi Vrſill.in addit.nu.1. idem Afflict. in conſtitut.Regn. rubr.de aleat. Aufrer.in tractat.de teſtibus num.58. verſ.Iudæos, Viu. de communi,& indubitata concluſione teſtatur in ſuis commun.opinion. verb.teſtis eſſe non poteſt chriſtianus in princ.vbi alios adducit, Maſcard.de probation.concluſ.944.in princ. & cõcluſ.857.nu.11.lib.2.& hæc quidem regula, Iudæos à teſtimonio repellens iure optimo procedit, cum etenim ipſi teſtimonio Chriſti, &
2 Eccleſiæ non credant, meritò ſancitum eſt, vt & ipſis nullo modo ſit credendum, vt qui diuina teſtimonia contemnunt humani teſtimonij pondus perdidiſſe ſe noſcant, iuxta text.in cap. ipſa pietas 23.quæſt.4. alias huius regulæ multiplices rationes videas per Doctor.ſupra citatos, & præcipuè per Marqu.in tract.de Iudæis cap.5. nu.9.& ſeq.par.2.

Quod procedit etiam in hæretico, pagano,
3 & quocumque alio infideli; omnes enim, qui in fide Chriſti non ſunt, authoritate Sacrorum Canonum à teſtimonio repelluntur cap.non

poteſt,

Digitized by Google

poteſt, & cap.pagani cap. hæreticus 2.quæſt.7. cap.ipſa pietas 23 quæſt.4.cap.1.& ibi gloſ.in verb.fideles de teſtibus.adde text.in l.quoniam C.de hæretic. gloſ.in cap Iudæi in verb.præſumatur extra de teſtibus, gloſ. in cap. contra chriſtianos in verb.Iudæis de hæretic. in ſexto. Speculat.de teſtibus §.1.verſ.item, quod eſt Iudæus. Paganus, vel Hæreticus nu.59. Bart.in l.1.num.11.C.de ſumm.Trinit.& fide catholic. Afflict. in deciſ. 214. & ratio ſupradicti ea eſt, quia omnes iſti ſunt de falſitate ſuſpecti, ex quo enim Deo ſunt Infideles, non præſumuntur fideles eſſe hominibus, cap. non poteſt cap. pagani 2. quæſt.7. & procedere etiam in eo, qui eſt dubius in fide, voluit Summ.Pontif. in cap. 1.de hæretic.Abb.in cap.1.de ſumm.Trinit. & fide cathol.

Cæterum in Cur.Archiepiſcop. fuit dictum,
4 ſupradicta minime procedere in mancipio effecto chriſtiano, per doctrin. Marqu. in tract. de Iudæis par.2.cap.4.num.13. Non eſt enim contemnendus, quod fuerit Iudæus, ſed commendandus, quia ad fidem reuerſus, vt dicit Abb. in cap. eam te in vltim. notab. de reſcriptis, & quia poſt baptiſmum incipit eſſe, quod non fuit cap. ferrum, & ibi gloſ. 50.diſtinct. & pro hac opinione text. in cap. fidelior, & in cap. quia ſanctitas tua 50. diſtinct. & hanc partem videtur ſuadere fauor fidei, vt facilius homines ad fidem catholicam alliciantur, & ex his dicit Marqu. iſtam ſibi videri veriorem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Confeſſio incidenter facta non nocet. & an ex illa confeſſione poſſit Iudex nouum inchoando proceſſum illum punire nu.4.*
3 *Intellige ſi non tangit negotium principale.*
5 *Ex confeſſione incidenter facta, impeditur quis ne promoueatur.*
6 *Confeſſio facta in vna cauſa, non nocet in alia, inter alias perſonas.*
7 *Deciſ.Sac.Conſ.Neapol.*
8 *Incidenter confeſſus, vt poſſit puniri noua requiritur inquiſitio.*

An de crimine de quo quis fuit incidenter confeſſus poſſit puniri.

DECISIO LII.

1 TOrquebatur quidam clericus per Curiam Archiepiſcopalē ob quoddam prætenſum delictum, & cum incidenter fuiſſet confeſſus aliud delictum, de quo non fuerat interrogatus; fuit dubitatum, an pro illo pœna aliqua
2 infligi potuiſſet, & iudicauimus, quod non, per textum expreſſum in cap.1. de exceptionibus, vbi ſi teſtis de crimine contra eum excepto conuincitur, vel aliàs conuictus apparet, repel-
3 litur à teſtimonio, ſed de crimine non punitur, ſi non tangit negotium principale, ad idem adducebatur text.in cap.cum ſuper de confeſſis, vbi ſi quis confitetur crimen in iudicio incidenter, poteſt Iudex ordinarius nouum inchoan-
4 do proceſſum illum punire pœna ordinaria; ex quo patet non potuiſſe Iudicem ex vi dictæ confeſſionis illi pœnam infligere abſque nouo proceſſu. idem probat text.in cap. inquiſitionis de accuſation. quod teſtis, qui in alio iudicio confeſſus eſt crimen, non punitur ex ea confeſſione, quia tendebat ad alium finem, ſequitur gloſ. in cap. ex pœnitentibus in fine 50. diſtinct.latè Marſil.in rubr.C.de probation.num. 88.vbi multos cumulat, & dicit gloſ.in d.capit. ex pœnitentibus, quod clericus puniri non po-
5 teſt ex ſua confeſſione, licet ea impediat ne promoueatur, ſequitur Barbat. & alij citati à Tiraquell.in tractat.res inter alios acta circa fin. primæ limitationis verſ. poſtremò ex confeſſione nuda, gloſ.dicit in canon.hæc quippe 3.quæſt.6.quod ſi teſtis dixit ſe commiſiſſe homicidium, non poterit ideò puniri, quia id dixit propter aliud, ſequitur in l.Presbyteri num.12. verſ.3. & 4. C.de epiſcop. & cleric. Immò fortius dixit Salyc.in l.1.col.3. C.de confeſſ. quod ſi ego in iudicio conuentus ab vno pro reſtitutione mutui dicam, me non ab eo habuiſſe, ſed à Titio præſente, non poterit Titius illius confeſſionis vigore me cōuenire, ſequitur Marſil.dicta rubric.C.de probation.num.88. Tiraquell. loco prædicto verſ. & id quidem vſque adeò, quorum ratio eſt, quia confeſſio facta in
6 vna cauſa nocet in alia inter alias perſonas, Io. Andr. in cap. per inquiſitionem de electione. & ad Specul.in tit.de obligat.§.fin.num.7. in verſ. indebitum, Natt.in conſ.94. num.7. Doctores in l. 2. C. de edend. & pro eadem opinione eſt deciſ.Rotæ 2.in fine in tit.de confeſſ. in recoll. per Biſignett.vbi duplicem allegat rationem, primam, quod confeſſio in vna cauſa emiſſa, non probat in alia inter alias perſonas, ſecunda eſt, quia quod depoſuit quis vt teſtis, ſibi nocere non debet vt parti, & idem per eadem verba voluit Rot.deciſ.555. quidam agebat in fine in antiquis; & voluit Capyc.in deciſ.52. in fine, vbi dicit non eſſe curandum de cauſa, quæ in dicta deciſione inuenitur, quam opinionem ſequutus fuit Surd. in conſ. 135. & licet Gratt. in conſ. 141. per totum volum.2. conetur euitare illam deciſionem, tamen multum ſe inuoluit, & quando teſtis deponit non de proprio facto tranſit cum hac opinione, & ex his motus fuit Senatus Mantuanus, teſte Surd. in deciſ. 309. ad iudicandum, quod confeſſio ab aliquo facta tanquam teſte non ſibi nocet in alio iudi-
7 cio, & propterea iure optimo cenſuit Sacr. Conſil.Neapol.non eſſe infligendam pœnam mulieri, quæ incidenter confeſſa fuerat adulteria, vt patet ex deciſion. Afflict. 176. quibus addo Bald. in leg.Moerchalem C. de conditione ob turpem cauſam, vbi confeſſio facta incidenter non nocet, pro quo facit, quod voluit Luc. de Penn. in l.1. C. de numerarijs libr. 12.
8 vbi de crimine, quod quis fuit incidenter confeſſus, non poteſt puniri, ſed noua debeat fieri inquiſitio, ſequitur Felyn. in cap.1. de exce-
ptionibus,

Digitized by Google

ptionibus, & latius per Aret.inſtit.de exceptionib. col. 2. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Stylus non præſumitur.*
2 *Stylum alleganti incumbit onus probandi.*
3 *Stylus non probatur, niſi per teſtes iuratos.*
4 *Stylus, vbi non reſpicit deciſionem cauſæ, poteſt Iudex ſuper illo ſe informare.*
5 *Stylus, vbi eſt contra ius debet plenè probari.*
6 *Stylus vbi eſt notorius, poteſt Iudex ex ſuo officio ſuper illo ſe informare, etiam parte non citata num. 7.*

Stylum non præſumi, ſed alleganti incumbere onus probandi.

DECISIO LIII.

1 IN vna Nolana vertente in Cur. Archiepiſc. fuit datus terminus ad probandum ſtylum dictæ Curiæ Nolanæ, ex eo, quod ſtylus cum ſit facti, Aret.in conſ. 103. non præſumitur regulariter, niſi probetur, ita tradit Pariſ.in conſ. 68.& ſi Iudicis officium nu.15.vol.4.per doctr. Bart.in l.Labeo ff. de ſuppell. & Felyn.in cap. 2.col.8.& in cap. ſuper literis col.6. de reſcript. Curt.Iun. in conſ.16. col.6. facit optimè, quod tradit Dec.in reſponſ.5.nu.42. vol.1. vbi refert gloſ.idem ſentientem in l.1.C.quæ ſit long.cõſuet. & Bart.in l.præſcript. C. ſi contra ius, vel vtilit.public. & ſenſit Rebuff. in tract. de conſuet.ſtyl.& forma, gloſ.13.nu.49. qui citat Barbat.in conſ.3. clementiſſimi col.11. vol.2. ita etiam reſpondent Roland.à Vall. in conſ.3. nu. 35.& Corn in conſ.277.num.6.vol.3.& nouiſſimè etiam Bertazz.in conſ.ciuil.39.num.21.per
2 text. in l.de quibus, cum ibi notat. ff.de legib. Hinc eſt, quod ſtylum alleganti incumbit onus probandi, vt conſulendo ſcripſit Soccin.in cõſ. 56.poſt num.11.vol.4.cum cæteris quos ibi recenſet, & ſenſere hoc idem Dec.ac Bertazz.locis citatis,& tradit Angel. in §. ex non ſcripto inſtit.de iur.natur.gent.& ciuil.& Guid.Pap.in conſ.119.nu.4.& confirmat Berous in conſ.46. nu.5.vol.3. per doctr.Andr. & cæterorum in
3 cap.fin.de conſuetud. & amplia prædicta adeò procedere, vt teſtes, qui ſuper ſtylo deponunt, debeant deponere iurati, aliter non probant, vt ſcribit Guid.Pap.in conſ.119.nu.4. & Berou.in conſ.40.nu.7.vol.3. vbi inquit, quod ſtylus per teſtes legitimos,& legitimè examinatos probari debet, & præſtito eis iuramento, per text. in l. iur iurandi C. de teſtibus, & in iudicio coram Iudice, vel ſaltem coram Notario Actuario per cap.2. de teſtibus, & cap.quoniam contra in verb. teſtium depoſitiones de probation. Bart. & alij in l.de quibus ff.de legib. Scribentes in cap fin.de conſuet. facit text.in auth.de fid.inſtrum. in § ſi verò aliquid tale, ſed tamen declara, ac reſtringe, vt hæc procedant tantummodo quãdo ſtylus allegaretur ad deciſionem cauſarum,& litium; plenè enim tunc eſſet omninò probandus, tradit Bart.in l.lege Iulia ff.de teſtib.cum alijs, quos referẽdo ſequitur Rebuff. in d.tract.de conſ.ſtyl.& form.d.gloſ.13.nu.53.
4 Secus ſi probatio ſtyli nõ reſpicit deciſionem cauſæ: tunc enim poteſt Iudex ſe informare ab antiquis illius curiæ Aduocatis,& Procuratoribus nemine citato, vt ſcribit Bart.in l.3.§.fin. ff. de teſtib.& Bald.in l.vnic.C.vt quæ deſunt aduoc. part. iud. ſuppl. & in practica ſibi in facto contigiſſe, hoc ſcribit Angel. in §.ex non ſcripto inſtit.de iur.natur.gent.& ciui, vbi etiam confirmat Ioan.Fab.col.3.dicens, quod ita ſolet obſeruari, & hos Rebuff. cum alijs citat loc.al-
5 leg. nu.52. Secundò declara eadem procedere, ſi ſtylus ſit contrarius: tunc enim plenè penitus debet probari, ſecus ſi è cõtra, & voluit poſt Curt.in repet.cap.fin.q.8.de conſuet.& Dec.in
6 conſ.402. in cauſa nu.12. ipſe Rebuff.vbi ſupra nu.54. Tertiò declara, ac reſtringe, quando ſtylus eſſet notorius: tunc enim etiam Iudices poſſunt ſe informare ex eorum officio, vt habetur per Bart.in d.l.lege Iulia in fin. ff.de teſtibus,& hoc ſcripſit Cyn.in l.2. C.quæ ſit long.cõſuet. quos referendo ſequitur D. Tyber. Decian. in conſ.5.nu. 43.vol.1.quod etiam ſenſiſſe videtur Bald.in l.1.C.vt quæ deſ.aduoc.& Angel.in d.§. ex non ſcripto, vbi ſupra, & Sebaſt.Vant. in tract.de nullit.proceſſ.num.86.inquit, quod Iudex etiam in Camera à Notarijs, ſeu alijs in ſimilibus expertis ſe de ſtylo informare poterit, & amplia huiuſmodi limitationem procedere,
7 adeò vt Iudex tunc poſſit ſe informare, etiam parte non citata, vt paulò ante innuimus,& cõſulendo ita reſpondit Alex.in conſ.14.viſo proceſſu poſt n.1.vol.5. per elegantem doctrinam Bart.in l.4. ff.de teſtib. qui hoc enunciatum dicit ex text.in l.3.§.fin.eod.tit.& tradit Ant.de Butr.in cap.fin.de conſuet.& in pen col.& notanter ipſemet confirmat in cap. cum in tua in fin.de ſponſal.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Nemo poteſt eſſe Iudex in cauſa propria nu.5.*
3 *Officialis offenſus ex cauſa priuata non poteſt ipſe cognoſcere, nec iudicare, ſed ad ſuperiorem debet recurrere nu. 4.*
6 *Poteſtates, & Vicarij locorum nõ poſſunt per militem ſocium (vt vocãt) grauari facere eorum priuatum debitorem.*
7 *Deciſio Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. quod ſcilicet Officialis offenſus prætextu dignitatis, ſeu cauſa officij poteſt ipſemet cognoſcere de offenſione, & condemnare num.8. redditur ratio deciſſionis num. 9.*
10 *Iudex delegatus poteſt cognoſcere de iniuria facta Officiali ſuo ex cauſa officij.*
11 *Reſpondetur contrarijs.*

Vicarius an dicatur ſuſpectus in puniendo eum, qui falſificauerat eius ſigillum.

Digitized by Google

DECISIO LIV.

1 CVm tractaretur in Cur.Archiepiſc. de in-
fligenda pęna cuidam clerico, qui confe-
cerat quampluri mas dimiſſorias falſas, ac cum
falſificatione etiàm ſigilli Reuerēdiſſimi D.Vi-
carij,& per eūdem inquiſitum fuiſſet ſuſpectus
allegatus idem D.Vicarius ob dictā ſigilli falſi-
ficationem,fuit dubitatum, an dicta ſuſpitio de
iure ſubſiſteret,& vnus ex Dominis dicebat,qđ
ſic,quia falſificando ſigillum cenſetur intuliſſe
iniuriam D.Vicario, & conſequenter cenſetur
2 Iudex in cauſa propria, illi pœnam aliquam in-
fligendo,ad text.in l.vnic.C.ne quis in ſua cau-
ſa,& facit text.in l.Senatuſc. ff.de offic.Præſid.
3 vbi quando quis eſt offenſus tanquam priuatus,
hoc eſt ex priuata cauſa,non poteſt ipſe cogno-
ſcere,vel iudiçare,quia ſibi cenſetur facta iniu-
ria l. lex Cornelia in princ. ff. de iniurijs l.qui
iuriſdictioni ff.de iuriſdict.omn.iudic.& in hoc
4 caſu debet recurri ad ſuperiorem §. ſi verò in
auth.de defenſorib.ciuit. Oldrad.conſ.7. quem
ſequuti ſunt Paris de Puteo in tract. de ſyndic.
in verb.iniuria Officialis cap.3.incip.an ſi Offi-
cialis proceſſit per totum, vbi late inſiſtit Me-
noch.de arbit.iudic.lib.2. cent.3. caſ.263. nu.7.
Decian.in tract.crim.tom.1.lib.4.cap.42. rubr.
Iudex in cauſa propria in princ.nu.1.vbi ſolum
Oldrad.citat Crauett.conſ.232.ſub num.7.verſ.
tertio reſpondeo, Clar.dicens, ita communiter
tenere Doctor.in pract.crim.q.35. nu.26. verſ.
ſolet etiam, & plenè Roland.à Vall.conſ.16. &
conſ.48.lib.2.ex cuius dictis vtrobiq; claris red-
ditur hæc concluſio, quam iuribus, rationibus,
& authoritatibus exornant, eandem diſtinctio-
nem tenuerunt Gandin. in tract.de malefic.tit.
de pen.reor. nu.26. verſ.item quid, Bart.in l.ſi
quis forte §. ſi quos ad fin. verſ.,ſi verò crimen
ff.de pœn.Alex.conſ.35.col.fin.ante nu.7. verſ.
tertio præſuppono lib.2. Bald.in l.vnic. C.ne
quis in ſua cauſa iudicet ſub num. 2. & ibidem
Alber.de Roſat.nu.5. & 6. Salyc.ſub nu.5. Ca-
ſtrenſ.ſub nu.3. in fin. & Corn.ſub nu.1. fall.5.
5 & habita hac diſtinctione pro vera, & dicta ra-
tione attenta, quod in propria cauſa Iudex quis
eſſe non poſſit, dixit Caball.reſol.128. in con-
tingentia facti non licuiſſe cuidā Vicario Scar-
6 periæ agri Muxelani realiter grauari facere per
executores eius Curiæ ex ordine ſui Officialis,
quem militem ſocium vocant, quendam ſuum
priuatum debitorē,& eſſe cum dicto eius Offi-
ciali condemnādum in pœnam librarum quin-
gentarum ſecundum formam Statutorum Flo-
rentiæ lib.4.rubr.79.de pęna exercentis iuriſdi-
ctionem non conceſſam ſibi à communitate
Florentiæ, quia vltra, quod dictus debitor tan-
quam Ciuis Florentinus non poterat conueni-
ri in Curia Scarperiæ,ſed Florentiæ tantū cor-
ueniendus erat: Vicarius ille hoc modo ſibi ius
in propria cauſa dixerat, nec ad eius fauorem
habita fuit ratio, quod executio fuiſſet cōmiſſa
per dictum eius Officialem, qui ſolitus ſit in
ſimilibus,vbi pars non contradicit,prout non
contradixerat in dicto caſu procedere ad graua-
mina ſine participatione Vicarij, quia eſt vnū,
& idem Tribunal, & à geſtis per dictum Offi-
cialem non appellatur ad Vicarium,ſed ad eius
Superiorem, & grauamen fuit per dictum mi-
litem ſocium conceſſum ad inſtantiam,& peti-
tionem ipſius Vicarij, à quo etiam idem Offi-
cialis depēdet,cum per illum eligatur,& ab ip-
ſo etiam ad nutum remoueri poſſit,vt propte-
rea non potuerit ipſe Vicarius,coram ſuo Tri-
bunali contra ſuum debitorem executiuè per
viam reclamationis agere,& grauamen obtine-
re, nec dictus eius Officialis potuerit ei illud
cōcedere,quia hoc ab ipſomet Vicario factum
videtur, cui eſt prohibitum in propria cauſa
tàm iudicare,quàm executionem concedere l.
vnic.iuncta gloſ.in verb.debere C. ne quis in
ſua cauſa iudic. & abſurdum eſſet, quod Vica-
rius ageret coram ſuo Officiali, iuriſdictionem
ſeparatam ab eo non habente, & omnia ſub no-
mine ipſius Vicarij faciente, & ita probatur ex
dictis per Roland.à Vall.conſ.16.lib.2. vbi con-
cludit, quod pro offenſa facta Domino Caſtri
non poteſt eſſe Iudex,nec ipſe,nec eius Officia-
lis,ſed Superior cognoſcit, licèt ſi offenſus ha-
beret condominos,poſſent hi, vel Officialis ab
omnibus deputatus iudicare, nec cognitio ſpe-
ctaret ad ſuperiorem,niſi & ipſi ex alijs circun-
ſtantijs ſint ſuſpecti, & ad hoc quamplura ad-
duxit Roland. & conſiderat etiam vnitatem
Tribunalis,facit Crauett.d.conſ.232.nu.8. & 9.
in 4.& 5.fundamentis.
Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus
7 contrarium iudicauit Cur.Archiepiſc. non ad-
mittendo ſuſpitionem prepoſitā contra D. Vi-
carium, ex eo, quod per dictam falſitatem non
cenſetur offenſa eius perſona, ſed dignitas tan-
tum, & conſequenter poteſt ipſe cognoſcere
de iniuria ſibi illata,& nullo modo poterit alle-
gari ſuſpectus,ex traditis per Anan.in cap.inno-
tuit nu.8.& ſeq. de maledict. Alex conſ.13.nu.
10.vol.6.Roland.conſ.48.nu.7. vol.2. & ad hoc
facit,quod voluit Crauet.in cōſ.232.col.3. verſ.
tertio reſpondes,quem refert, & ſequitur Fari-
nac.q.17.nu.44.cum ſeq.quod ſi quis daret ala-
8 pam Poteſtati,poſſet Poteſtas ipſum ſtatim fur-
cis ſuſpendi facere, ſequitur Gramm.deciſ.56.
9 nu.4.& hoc nulla alia ratione, quia iniuria non
fuit illata perſonæ,ſed officio, & proinde pote-
rit de eo cognoſcere cap. 1. de pœnis in ſexto,
10 vt in ſimili dicimus de Iudice delegato,qui po-
teſt cognoſcere de iniuria facta Officiali ſuo ex
cauſa, quia tunc Iudex ordinarius cognoſcet,
Boer.deciſ.9.nu.14.cum ſeq. Artam.deciſ.7.de
iudic. Rubin. deciſ.16.
Non obſtant contraria allegata, quia proce-
11 dunt quando eſſet offenſus Officialis, vti per-
ſona priuata, tunc enim admittitur ſuſpitio cō-
tra eum propoſita, ſecundum Alberic.in l.vni-
ca num.4. C.ne quis in ſua cauſa, Clar. quæſt.
35.num.26.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Literæ cambij obligant acceptantem, redditur ra-
tio num.3.*

4 Ac-

4 *Acceptans literas cambij, & ſoluere promittens remanet obligatus.*
5 *Obligatur etiam ad intereſſe, ſi in tempore ſtatuto non ſoluat.*
6 *Literæ cambij habent vim inſtrumenti, ſententiæ, & rei iudicatæ, & quomodo nu. 7.*
8 *Priuata ſcriptura vbi adeſt verbum promitto, quid operatur.*
9 *Libellus nocet offerenti.*
10 *Reſpondetur contrarijs, & nu. 11. 12. & 13.*

Aduerſus executionem literarum cambij, an exceptio aliqua opponi poſſit.

DECISIO LV.

1 IN Oppido Pizzi Militen. Diœceſis Reuerẽdiſſimus D. Epiſcopus Nicaſt. ſeu eius Procurator de anno 1615. dedit ſcut. 715. ad cambium per Vrbem, Io. Dominico Trucillo, qui literas cambij ſcripſit ad Vrbem, directas Sebaſtiano Cacaci, qui illas iuxta ſtylum mercatorũ acceptauit ad vſum, elapſo termino dictus Sebaſtianus fugam ab Vrbe arripuit, & fuit facta proteſtatio contra ſcribentem in forma, & ſeruatis ſeruandis. In Vrbe fuit iudicialiter per teſtes recognita manus dicti Sebaſtiani, qui poſtea fuit in habitu clericali repertus in Ciuitate Neapolis, vbi tanquam de fuga ſuſpectus fuit carceratus, & data cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo fuit liberatus.

Poſtmodum fuit dictus Sebaſtianus citatus ad ſoluẽdum dictos ſcut. 715. vigore literarum cambij contra quas plura oppoſuit, & ei fuit datus terminus, quod infra ſex dies valeret eius iura, ſi quæ habet deducere, & probare, in quo termino petijt depoſitionem teſtium in Vrbe, & alibi, ſed non dedit articulos, neque fecit depoſitum, neque procurauit literas commiſſionales, quare fuit dubitatum, an ſupradictæ literæ debeant executioni demandari, non obſtantibus exceptionibus per ſupradictum Sebaſtia-
2 num oppoſitis, & fuit per Cur. Archiepiſc. affirmatiuè iudicatum, cum literæ cambij obligent acceptantem, ita Bald. in conſ. 190. vol. 1. Pariſ. conſ. 91. nu. 3. vol. 1. Iaſ. conſ. 47. nu. 2. vol. 4. quos
3 citat Ripa in l. admonendi nu. 183. ff. de iureiur. & ratio eſt, nam qui recipit literas, ſi non contradicit, acceptare omnia videtur in literis contenta, gloſ. in l. quod enim §. 1. vbi Bart. ff. rem ratam haberi, Gozzad. conſ. 23. nu. 6. & communem nuncupat Ripa in cit. l. admonendi, ſequitur Dec. in conſ. 430. in fin. & in conſ. 632. num. 16. Pariſ. conſ. 647. vol. 4. adeò quod acceptãs eſt obligatus, ſicut ſcribens eſt liberatus, de Franch. deciſ. 303. & ad nihilum teneri acceptante exiſtente ſoluendo, voluerunt Bald. conſ. 308. vol. 1. eum citat Soccin. conſ. 68. vol. 3. Aret. conſ. 5.
4 Ratio eſt, quia acceptans literas cambij, & ſoluere promittens, remanet obligatus, cum iam illi tertio fidem ſuam obſtrinxerit, ad latè tradita per Doctor. in l. ſingularia ff. ſi cert. pet. Caſtrenſ. in l. ſi tum Cornelius ff. de ſolutionibus, Bald. in l. pro debito C. de bon. authorit. Iudic. poſſid. Alexan. in conſ. 173. vol. 7. quæ obligatio adeò efficax eſt, quod acceptans literas cambij, & ſoluere promittens, ſi congruo tempore non ſoluat, obligatur ad intereſſe, ſecundum Mari-
5 lianum in deciſ. Rotæ Genuæ 44. Dicebatur inſuper D. Epiſcopum habere intentionem fundatam in dictis literis cambij, quas dictus Sebaſtianus dum eſſet laicus, in Vrbe mercator ſimpliciter acceptauit, cenſetur illas ratificaſſe, & ſic debitorem Epiſcopi ſe feciſſe, ſecundum Bart. Angel. Salycet. & reliquos communiter in l. filiusfam. ff. ad macedon. Rot. diuerſ. deciſ. 311. nu. 10. par. 1. Rota Genuæ deciſ. 135. nu. 2. D. de Franch. deciſ. 309. Seraphin. deciſ. 116. & fuit reſolutum per eandem Rot. Roman. 10. Deceb. 1592. in vna literarum cambij, coram Illuſtriſſimo Arigonio, & contra acceptantem exequutiuè, iuxta ſtylum mercatorum procedendum
6 eſt. Literæ enim cambij habent vim inſtrumẽti ſententiæ, & rei iudicatæ, eadem Rota Genuæ in deciſ. 2. nu. 9. imò & ſi non obtinerent vim
7 prædictorum, cum ſimus inter mercatores pactum nudum obligat, ſicut ſtipulatio, Bartol. l. Quintus ff. mandati, Bald. in l. ſi pro eo C. eod. Alex. in conſ. 52. nu. 3. vol. 6. Dec. in conſ. 82. nu. 18. vol. 1. Afflict. deciſ. 399. nu. 5. & tanto magis, quia in dictis literis reperitur, nedum verbum
8 acceptata, verum promitto, quod etiam in priuata ſcriptura deſignat ſtipulationem l. 1. C. de contrah. ſtipulat. Dec. in conſ. 107. col. 2. Alex. in conſ. 16. vol. 2. Neuizan. conſ. 45. nu. 31. & ex his diximus eſſe procedendum ad exequutionem literarum contra dictum Cacacem, nam cum illas acceptauerit, ac ſe ſoluturum promiſerit, meritò ad ſoluẽdum dictam ſummam promiſſam, vna cum debito intereſſe, cum ſe mercatorem probauerit condemnari debet. Litera enim cambij fuit recognita per reſponſionem
9 ad poſitiones, ex qua reſultat ita vera probatio contra reſpondentem, ſicuti ex verbis poſitis in libello contra libellantem l. cum precum C. de liber. cauſ. l. ne ſatiſdatio ff. rem rat. hab. & in terminis Roman. conſ. 7. nu. 10. Dec. conſ. 252. nu. 1. Soccin. conſ. 97. nu. 6. vol. 4.

Non obſtat, quod ſuper recognitione dicta-
10 rum literarum teſtes non deponũt vidiſſe ſcribere Sebaſtianum, iuxta tradita in §. ſi quis igitur in auth. de fid. inſtrum. Gramm. deciſ. 84. & ibi bona addit. Audit. Petra, quia reſpondetur ſupradicta non procedere in Vrbe, exiſtente ſtatuto eiuſdem cap. 84. lib. 1. vbi ſufficit, quod teſtes recognoſcãt manus, licet non viderint ſcribere, & in proprijs terminis eſt deciſ. Rotę 160. par. 2. diuerſorum, & fuit reſolutum in vna Romana dotis 15. Nouembris, coram Illuſtriſſimo Sanctæ Crucis.

Non obſtat ſecundo, quod promiſſio Seba-
11 ſtiani ſit nulla, cum ſit filiusfamilias, quia non procedit in Vrbe, vbi adeſt ſtatutum cap. 30. lib. 1. in quo diſponitur, quod mercatores, qui viuũt ſeorſum à patre, & publicè, pro patribus familias habentur, non poſſunt opponere huiuſmodi exceptionem.

Neque obſtat, quod probationes factæ in Vr-

Digitized by Google

12 be non probant in Ciuitate Neapolis in alio iudicio,quia litera cambij fuit promiſſa in Vrbe, & illius ſolutio ibi deſtinata;quo fit, vt acta ibi facta probant inter eaſdem perſonas in alio iudicio cap.fin.de exceptionibus.Felyn.in cap. cauſam quæ nu.2. de teſtib. Triuiſan.deciſ.17. par.1.per text. in l.cum antea C. de recept.arbitr.& l.iubemus C. de liberali cauſa.

Nec denique obſtat exceptio non numeratæ
13 pecuniæ,tùm quia in literis cambij legitur per contantium,& quia ſunt elapſa tempora oppo-nendi huiuſmodi exceptiones , tùm etiam tertio,quia in literis cambij non admittitur huiuſmodi exceptio .

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Expenſæ litis debent ſubminiſtrari pauperi litiganti,& quomodo intelligatur nu.4.*
8 *Amplia etiam ſi filius petat bona paterna , vel mulier dotem .*
9 *Amplia etiam ſi de parte hæreditatis agatur.*
10 *Amplia etiam in fratre petente vitam , & militiam à fratre .*
11 *Amplia in vxore de matrimonio litigante cum viro .*
12 *Amplia, vt poſſit etiam petere alimenta lite pendente .*
13 *Amplia etiam ſi vxor agat contra hæredes mariti pro dote, & donatione propter nuptias.*
Limita prædicta vbicunque maritus eſt pauper,& qui nullam dotem recepit nu.14.
Et in cauſa vbi vxor de adulterio à marito accuſata primam ſententiam contra ſe reportaſſet num.7.
15 *Amplia etiam in Canonico agente contra Prælatum,qui fuit remotus.*
16 *Amplia etiam in Monacho litigante cum Abbate .*
17 *Amplia in quolibet litigante pro alimentis,quando ei alimenta debentur.*
18 *Amplia in quolibet litigante pro vtilitate publica,& Clerico pro vtilitate Eccleſiæ.*
19 *Amplia etiam in electo , ſiuè poſtulato , cui debentur interim expenſæ , dùm proſequitur electionem .*
20 *Amplia etiam in priuato prætendente bona communia,vel ad ſe ſpectare contra poſſeſſorem .*
21 *Amplia etiam in pauperibus litigantibus cum Iudice,qui ſtat ſyndicatui .*
Limita nunc ſupradicta quando actor,qui petit nō habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ nu. 5.
Limita in filio petēte reſcindi tranſactionem cum patre in vita factam , & quando petit reſcindi donationem à matre factam , vel ſi hæreditatem , quam petit vendidit, vel renunciauit num.6.
Limita in ſpurio ſtante teſtamento patris contra eum facto,& in pupillo litigante cum tutore de adminiſtratione tutelæ.

Reo pauperi,an teneatur actor expēſas litis præbere .

DECISIO LVI.

1 Nobiles cuiuſdam familiæ præſentientes quendam reum condemnatum in Curia Archiepiſcopali de quodam graui crimine, falſo vſurpaſſe cognomen dictæ nobilis familiæ , petierunt declarari,dictum reum non potuiſſe, nec debere dictum cognomē aſſumere,& cum fuiſſet promiſſum,quod prædicta omnia intimarentur dicto reo,comparuit idem reus,& exhibuit articulos, offerens velle probare ſe eſſe de dicta familia,verum quia erat pauperrimus, nō poterat ſuis expenſis facere probationes , fuit dubitatum in dicta Curia , quis nam teneretur ſubminiſtrare dicto reo expenſas , ſtante eius paupertate; & ex vna parte videbatur dicendū, quod cum hæc non eſſet cauſa criminalis , ſed merè ciuilis,nullatenus videbatur poſſe adſtringi ad dictas expenſas ſubminiſtrandas,quia nemo cogitur adiuuare aduerſarium ſuum l. nimis graue C.de teſtib.

Cæterū ſupradictis minimè obſtantibus contrarium annuit Cur.Archiepiſc.ſcilicet condē-
2 nando dictum actorem ad tradendas expenſas ipſi reo ex regula iuris , quod expenſæ debent ſubminiſtrari litiganti inopi, & pauperi, etiam in prima inſtantia, vbi nulla adhuc eſt lata ſententia,Ioſeph.Ludou.in deciſ.46.nu.6.vbi dicit communem, Afflict.in deciſ.20. Cæphal.conſ. 127.nu.5.Creſcent.in deciſ.5.de iudicijs.vbi dicit, quod expēſas litis debet habere quis ab aduerſario,quando non habet aliunde,& præſumptionem habet pro iure ſuo bono,vt cum filius
3 petit bona paterna,vel mulier dotem, vel aliàs ad not.in l.fin. C.de ordin.cognit. per text.in l. Imperatores ff.de tutel. & rat.diſtrah. l.ſi inſtituta,& l.qui de inofficioſo ff. de inoffic.teſtam. Canoniſtæ in cap.ex parte de accuſat. Innoc.& alij in cap. per veſtras de donat. inter vir.& vx. ſequitur Couar.pract.quæſt.cap.6.nu.5.vſque ad nu 7.Crauet.in conſ.164.nu.2.& hæc deciſio procedit etiam ſi ſimus in executione ſententiæ, & maximè quando ſententia non eſt liquida,& etiam,quod non ſit lata ſententia, debent pro liquidatione, & exequutione ipſius ſubminiſtrari expenſæ , vt firmat Crauett. in d.conſ.
4 164. nu.1. & 2. Licèt hoc intelligant Doctores quando litigans habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ ſuper bonis,ſuper quibus litigatur:aliàs autem ſi creditor litigat contra debitorem, vel aliquis,pro re ſua contra alterum , non tenebitur debitor diues creditori pauperi ſubminiſtrare ſumptus litis,ſecundum text.& ibi Bald. in d.l.Imperatores,quem refert,& ſequitur Palat.Rube.in repet d.cap.per veſtras §.39. nu.3. verſ.intellige quoniam,Cæphal.conſ.714.num. 23.in verſ.vbi etiam ſubſequitur, quam ſimiliter , qui litigat de re ſua, non debet habere expēſas à poſſeſſore,quamuis ſit pauper, & impotens ſi illa præſumptio non eſt pro eo , allegat text.in d.§.de inofficioſo, & Franc.Arèt.allegat per eum , & quoniam præſumptio non eſt pro
5 actore,ſed pro reo: quod non cogatur alimenta præſtare, nec expenſas litis reus actori , firmat Couar.pract.quæſt. cap.6.nu.6. verſ.qua in re oporr-

oportet, Cæphal.conſ.127.circa fin.princ.& cōſ.
714.nu.15.16.&17.in 5.vol.vſq; ad n.26.& ſeq.
Vnde arguitur, quod quando filius petit re-
6 ſcindi tranſactionem cum patre initam, quia
preſumptio eſt contra eum, ad tranſactionis va-
liditatem, & fauorem non poteſt in iſto iudicio
petere ſumptus, & expenſas pendente lite, Cæ-
phal.conſ.714.nu.18.& ſeq.allegat text, in l.quā-
uis C.de tranſact.& Peruſin.deciſ.18.nu.38. vſ-
que ad finem, vide Rebuff.de ſentēt.Prouiſion.
in præfat.nu.122.idem dicitur ſi pretendit filius
reſcindere donationem à matre factam, cum
pro ea, & eius validitate præſumatur, iuxta leg.
quoties ff.de reb.dub.Cæphal.d.conſ.714. n.22.
Idem dicendum eſt, quando filius, vel is, qui pe-
tit hæreditatem eam vendidit, vel ei renuncia-
uit, licèt dicat renūciationem non valere, & pe-
tat reſciſſionem, non debent ei litis ſumptus
ſubminiſtrari, ita Duen.in regul.365.nu.4.in 4.
fall.poſt Io.Gallum dicentem, ita Pariſijs fuiſſe
iudicatum q.122.incip. primo fuit dictum con-
tra vxorem, ſequitur Petr.Rebuff.in tract.de
ſentent. art.1.gloſ.2. n.26.& latè per Duen.vbi
ſupra, & ideò ſecūdum Iacob.Philipp.Portium
in conſ.160.nu.7.& ſeq.per tot.determinatur in
7 cauſa, vbi vxor de adulterio impetita primam
ſententiam contra ſe reportaſſet, ex quo non
habet præſumptionem pro ſe, imò contra ſe,
etiam ſi à ſententia fuiſſet appellatum, & pen-
deat appellatio, quia præſumitur pro ſententia
à qua eſt appellatum, non debent ſubminiſtra-
ri expenſæ.
Et ideò ſecundum Gabriel conſ.25. non de-
8 bere decerni expēſas occaſione litis, quam mo-
uit quis tanquam filius ſi ſpurius ſtante teſta-
mento per patrem facto, nihil iuris competere
poſſit ſuper bonis paternis, Gabr.d.conſ.25.nu.
8.9.10.11.& 12. in princ. vbi diſtinguit concor-
dando opinionem contrariam, & idem dicendū
cum pupillo litigante cum tutore petendo ab
eodem rationem adminiſtratæ tutelæ, vt tutor
non teneatur ſubminiſtrare expenſas in lite l.
Imperatores, vbi Bald.Alber.Fulgoſ. & Odoffr.
ff.de tut.& ration.diſtrah.Cæphal.cōſ.714.nu.2.
Et tādem dicebatur de hoc eſſe deciſ.Guid.
Pap.561. in princ. vbi ex text.in l.fin. §.quod ſi
ei C. de ordin.cognit. qui determinat, quod ſi
quis litigat de hæreditate, quam alius poſſidet,
vel de bonis omnibus, & non habet vnde poſ-
ſit litigare, Iudex debet prouidere, quod poſſeſ-
ſor bonorum præſtet ſumptus litis, & alimoniæ,
quem ſequitur Cæphal.conſ.714.num 7. Guid.
Pap.ſequitur Crauett.conſ.764. Couar.practic.
quæſt.cap.6.nu.5.verſ.conſtat ſanè, Gabr.conſ.
29.nu.19.verſ.vltima quæſtio in princ.& nu.20.
Boer.deciſ.324.nu.4.
Amplia ſupradictam concluſionem procede-
9 re, nedum ſi de vniuerſa hæreditate quis agit,
verùm etiam ſi de eius parte, Cæphal.conſ.127.
nu.10. vbi allegat Guid.Pap.deciſ.561. & etiam
ampliatur procedere quando ſoror petit à fra-
tre bonorum paternorum legitimam, Afflict.in
deciſ.11.nu.2.quem ſequitur Cæphal.conſ.128.
num.2. in princ.
Ampliatur etiam in fratre petente vitam, &
10 militiam à fratre primogenito, Vrſill.in addit.
Afflict. d. deciſ.11. poſt Grammat. in ciuilibus
conſ. 145. Idque etiam comprobatur ex infra-
11 ſcriptis concluſionibus apud omnes Iuriſtas in-
dubitatis: mulieri enim, ſi matrimonium cōtin-
gat accuſari, nec mulier habeat vnde poſſit ſub-
miniſtrare expenſas, tunc maritus cogitur illi
dare expenſas, Specul.in tit.de inquiſit.§.vltimo
nota nu.2.verſ.quid ſi matrimonium, quem ſe-
quitur Boer.deciſ.325. qui tenet tàm in mulie-
re accuſante maritum, quàm ſi etiam à marito
fuerit accuſata, Specul.ſequitur Palat.Rub.in
d. §.39. in cap.per veſtras de donationib. inter
vir.& vxor.nu.5. Cæphal.conſ.714.nu.6. & cōſ.
127.nu.9. vbi tenet, quod ſi vxor veniret ad li-
12 tigandum cum viro: maritus interim tenetur
ſubminiſtrare alimenta, & expenſas litis, quod
etiam tenet idem Palat. Rub. in repet.cap.per
veſtras de donat.inter vir.& vxor.§.39.nu.1. &
in nu.4. dicit, quod ſi vxor repetendo dotem à
marito vergente ad inopiam, non habet expen-
ſas aliunde, maritus cogatur ſibi dare. poſt Al-
ber.in l.vbi adhuc col.fin.verſ.ſed cuius expen-
ſis, dicit eſſe de mente Hoſtienſ. in ſumma tit.
de accuſationib.§.1.quod ergo ſi contingat, Al-
13 ciat.regul.3.preſumpt.9.nu.10.& in vxore non
tantum agente contra maritum: verum etiam
idem erit in vxore agente mortuo marito ad
petitionem dotis, & donationis propter nuptias,
Couar.practic.quæſt. cap.6.nu.6.verſ.idem erit
in vxore, Boer.deciſ.324. nu.4.
Sublimitātur tamen prædicta in marito pau-
14 pere, nullāq. dotem recipiente, ita firmat Cæ-
phal.in d.conſ 127.nu.10.verſ.non obſtat, & nu.
10.& 11.allegat gloſ.in l.fin.§.ipſum autem fi-
lium C.de bon.quæ liber. & Afflict. deciſ.290.
nu.9. à pluribus confirmat Iacob.Philipp.Port.
in conſ.160.nu.12.& 13.
Similiter etiam de iure Canonico, qui accu-
15 ſauit Prælatum de dilapidatione, & ſimonia,
& ſi ob id remotus fuit Prælatus ab adminiſtra-
tione, tunc ſumptus factos poteſt Canonicus
ab Eccleſia repetere, cum vtiliter negotium
Eccleſiaſticum geſſerit, Specul.in tit.de inqui-
ſit.§.vltimo nota nu.4.
Et in Monacho litigante cum Abbate, quod
16 Abbas teneatur interim ſubminiſtrare expen-
ſas, poſt gloſ. in cap.extra de accuſat. tenet Pe-
ruſin.deciſ.46.nu.3. Boer.deciſ.325. nu.1. verſ.
item pone, Palat.Rub.in repet. cap.per veſtras
de donat.inter vir.& vxor.§ 39.nu.2. vbi etiam
vult, quod non ſolum procedit pro lite proſe-
quenda, ſed etiam pro lite exequenda, allegat
text.in cap.olim de accuſat. & cap.ex parte eo-
dem: intelligendo tamen ſecūdum Doctor.ibi,
quando lis mouetur ad vtilitatem Monaſterij
principaliter, & immediatè, Boer.deciſ.324.n.4.
Item quilibet litigās de alimentis poteſt pe-
17 tere ſi eſt inops, & diues aduerſarius, quod ſi-
bi expenſæ litis ſubminiſtrentur, & quod §.de
inofficioſo, habeat locum, & extendatur per
Doctores nedum fauore aliarum perſonarum
litigantium de alimentis, ſed cuiuſcumque ge-
neris ſint perſonæ litigantes, dùm tamen actor
petens alimenta ſit pauper, & ille, à quo petun-
tur,

Digitized by Google

tur ſit diues. Ioſeph. Ludou. deciſ. 46. nu. 2. verſ.
contrarium vſque ad num. 9. Cæphal. conſ. 127.
nu. 10. in princ. Couar. pract. quæſt. cap. 6. nu. 8.
quicquid dicat Soccin. Iun. conſ. 8. nu. 5. 6. in 3.
vol. quia in caſu eius fuerunt litis expenſæ, &
alimenta in fine proceſſus petita, quando erat
pronunciandum ſuper cauſa ipſa alimentorum,
mouetur illa propoſitione, hodie conſtat, hodie
agatur, & deinde concludit in caſu ſuo, quod
actori alimenta non debeantur, ſi priuatus in-
18 tentat iudicium ad vtilitatem publicam, ſiue
clerici in vtilitatem Eccleſiæ debent ſibi re-
fici expenſæ à Fiſco, ſi vtilitas ſit fiſcalis, ideſt
afferens lucrum fiſco, Palat. Rub. in repetit. cap.
per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 39. nu.
6. vbi dicit etiam caſum notabilem in l. ſi mu-
lier inops ſalinarum ff. qui potior. in pignor. ha-
beant. ſecundum Bald. in l. 1. in princ. iuxta finē
commenti ff. de iuſtit. & iur. & eſſe text. in d.
cap. ex parte de accuſat. ita dicere Franc. Aret.
in cap. ſi quod teſtium 3. col. verſ. prima con-
cluſ. §. vltimo noto nu. 2. verb. porrò, in Mona-
cho litigante, dùm inquiritur ſuper Statu Ec-
cleſiaſtico, & ideò ſiuè Monachus proprium
non habens, ſiuè Clericus ſecularis proprium
habens habebit expenſas ab Eccleſia, Rebuff.
tit. de ſentent. prouiſion. in præfat. num. 109. &
prædicta omnia diſtinguuntur ſecundum eun-
dem Specul. ibi, verb. ſæculari.

Item electus, vel poſtulatus pauper, debet
19 habere de bonis Eccleſiæ expenſas ad proſe-
quutionem electionis, vel poſtulationis, per cap.
vt prætetitæ, & per Doctores de elect. cap. cu-
pientes in fin. eod. tit. in ſexto, ſic concludit Ol-
drad. conſ. 27. thema tale eſt, Rebuff. de ſentent.
prouiſion. in præfat. nu. 121. vbi allegat Alberic.
in l. fin. C. de ordin. cognit. & Marcum deciſ. in-
cip. quæritur an capitulum in prima parte.

Et infertur vna concluſio generalis, quod ſi
20 priuatus litigat in cauſa propria ſuper bonis,
quæ prætendit eſſe communia, vel ad ſe perti-
nere, tunc ſi eget, præſumptio eſt pro ipſo, &
debent ſibi ſubminiſtrari expenſæ litis de illis
bonis, Palat. Rub. in repet. cap. per veſtras de
donat. inter vir. & vxor. §. 39. nu. 2. verſ. ex qua
lege, Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 9.
nu. 9. Couar. practic. quæſt. cap. 6. nu. 6. verſ. ego
verò quoad litis expenſas, Cæphal. conſ. 714.
n. 12. Rebuff. de ſentent. prouiſ. in præf. nu. 117.

Sed Puteus in tract. de ſyndic. in verb. expē-
21 ſæ §. 1. infert, quod Iudex ſyndicatus debet ex-
penſas ſubminiſtrare pauperibus, cum quibus
litigat, idem ſi litigaret cum fiſco, ſequitur Pa-
lat. Rub. in repet. cap. per veſtras §. 39. num. 3,
verſ. Paris de Puteo, & Rebuff. de ſentent. pro-
uiſion. in præfat. nu. 118. dicit, quod in Domino,
vel in fiſco, cum quo priuatus litigat, tunc ſi de
omnibus bonis fuit quæſtio, & ille non habeat
aliunde, quod debet ei eidem prouideri, latè
Afflict. in conſtit. lege præſenti nu. 6. & 7. Boer.
deciſ. 324. nu. 6. & per totam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non poteſt incontinenti ſe corrigere.*
2 *Teſtis poteſt ex interuallo dictum ſuum corrige-
re in fauorem fidei.*
3 *Teſtis poteſt ſe corrigere antequam loquatur par-
tibus, vel ſe ſubſcripſerit, vel antequam rece-
dat à præſentia Iudicis.*
4 *Teſtis non poteſt dictum ſuum ſtatim corrigere,
quando pars aduerſa incontinenti acceptat con-
feſſionem.*
5 *Teſtis ex cauſa obliuionis poteſt quandocunque
ſe corrigere, etiam ex interuallo.*
6 *Teſtes nobiles poſſunt etiam ex interuallo ſe cor-
rigere, quando agitur inter viles perſonas, &
de re modica.*

An in fauorem fidei poſſit teſtis ex interuallo dictum ſuum corrigere?

DECISIO LVII.

1 TEſtis ex interuallo ſe corrigere nō poteſt,
Cyn. in auth. at qui ſemel nu. 5. in fin. C.
de probat. & ibi Bald. nu. 3. verſ. ſed ſi ex inter-
uallo, vbi etiam de materia, & Salyc. nu. 8. verſ.
ex interuallo autem, Butr. in cap. per tuas nu. 8.
ad fin. verſ. ſi ex interuallo, vbi ampliat etiam
ante publicationem, & num. 10. in princ. & ibi
etiam Imol. nu. 4. verſ. ex interuallo autem, Fe-
lyn. in cap. præterea nu. 4. & n. 10. verſ. ſi autem
teſtis corrigat ſe ex interuallo, Rot. Roman. in
deciſ. 19. de teſtib. in nouis, Viu. comm. opinion.
verſ. teſtis, Clar. in pract. crim. §. fin. q. 53. verſ.
quartus eſt caſus ad medium, ibi, ſi velit illud
corrigere ex interuallo, & ſi incontinenti poſ-
ſit ſuum errorem corrigere, etiam non docto
de errore, Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 13,
nu. 8. Gabr. lib. 7. concl. 27. num. 2. de teſtib. Me-
noch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 108. nu. 6. Viu. lib.
commun. opinion. in verb. teſtis ſtatim, & in-
continenti poſt Panormit. in cap. præterea nu.
4. de teſtib. cogend.

In Curia tamen Archiepiſcopali admittūtur
teſtes, etiam ex interuallo ad corrigendum eo-
2 rum depoſitionē in fauorem fidei, taliter quod
ſi aliquis coram Inquiſitoribus iurans dicere
veritatem, falſum contra ſe, vel alios dixerit, ſi
poſtea ex interuallo vult dictum ſuum corrige-
re, & contrarium teſtificari, valet tale dictum,
dummodo ex manifeſtis indicijs conſtet, poſte-
rius dictum non corruptionem, ſed veritatem
continere cap. accuſatus §. licet, vbi gloſ. in verb.
poſtmodum, & Io. Andr. & Archidiac. & reli-
qui de hæret. in ſexto, Guerr. de theſauro reli-
gionis chriſtianæ num. 21. in tit. de hæret. Aquil.
de fid. cathol. cap. 36. quod quidem in fauorem
fidei ſtatutum fuit. In alijs verò delictis teſtis
3 ſtatim, & incontinenti, & non ex interuallo po-
teſt ſeipſum corrigere, vel antequam loquatur
partibus, vel ſe ſubſcripſerit, vel antequam re-
cedat à præſentia Iudicis, in his enim caſibus nō
præſumitur ſubornatio cap. præterea de teſtib.
cogend. in ſexto, gloſ. in auth. de teſtib. §. qui ve-
rò collat. 7. in verb. non habebit, Bald. in
l. Presbyteri nu. 4. C. de epiſc. & cler. Innoc. in
cap. cum dilecti in fin. de accuſat. Bart. in l. eos
C. de falſis, Iaſ. in l. quicquid adſtringendæ n. 10.
ff. de

ff.de verb.oblig.Couar.in lib.variar.reſol.lib.2. cap.133.circa quod eſt notandum, quod quando pars aduerſa incontinenti acceptat dictum, vel confeſſionem alicuius,neque poterit ſtatim
4 teſtis dictum ſuum corrigere, vel mutare, latè Marſil.in ſing.315. Roman.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter ff.de verb. oblig. & iuxta hanc ſententiam dicendum cenſeo etiam, quoties teſtis ex
5 cauſa obliuionis ſe corrigeret, & in hoc enim caſu etiam teſtis ex interuallo poteſt ſe corrigere, quando probat de errore, Petra de fideicommiſſis q.12.nu.1012.Alciat.de præſumptionib.præſumpt.20.regul.2.nu.3.& 4.vbi declarat dummodò obliuio ſit veriſimilis, ſecus ſi inueriſimilis,Menoch.de arbit.iudic.lib.2.dicto caſu 108.nu.8. vbi in iſto caſu an obliuio ſit veriſimilis, necne,Iudicis arbitrio remittitur, & ſic
6 pariter dicimus, quando teſtis eſſet nobilis, & agitur inter viles.& de modica cauſa,in iſto caſu enim etiam teſtis poteſt ex interuallo ſuum dictum corrigere.Alciat.in d.tract.de præſumptionib.regul.2. præſumpt.29.nu.2. ad fin. Foller.in pract.crimin. in verb. capiat informationem nu.54. Gabriel.in d.lib.commun.concluſ. lib.7.concl.27.nu.9.& concl.28. num.19. & 20. de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas executoris Apoſtolici expirat eo ipſo, quod prouiſus Apoſtolicus inductus eſt in poſſeſſionem, & per aliquod tempus pacificè poſſedit.*
2 *Quando prouiſus Apoſtolicus incontinenti turbatur,Executor poteſt exercere officium ſuum.*
3 *Dicitur prouiſus pacificè poſſidere, quando percepit fructus.*

Executoris Apoſtolici poteſtas quãdiù duret.

DECISIO LVIII.

FVit dubitatum in Cur. Archiepiſc. quamdiù duret poteſtas Executoris Apoſtolici dati, vt prouiſum in poſſeſſionem beneficij inducat, & inductum defendat, & dicebatur eius facultatem expirare per mortem, argum.text. in cap.compromiſſum de arbitr.& facit regula vulgata, Mors omnia ſoluit §.deinceps in auth. de nupt. §.1. inſtit. de patr.poteſt. nihilominus fuit reſolutum per doctrin.Io.Andr.in cap.pro
1 illorum de ſentent.excommun. expirare eo ipſo,quod prouiſus fuit inductus in poſſeſſionem, ſequitur Staphil. de lit.grat. tit.de vi, & effectu clauſul. §.ſignificatio clauſulæ inducentes nu.3. ne præiudicetur poteſtati ordinariæ,argum.cap. ad hęc de reſcript.& cap.peruenit 11.q.1.& tenere videtur Innoc.in d.cap.pro illorum,maximè ſtante Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.20.nu.62.63. & 64. & facit pro hac ſententia text.in cap.in literis de offic.deleg.nec obſtat text.in cap.quęrenti eod.tit.quia procedit quando non fuit facta executio, ſi enim Delegatus executus eſt ſententiam ſuam, & aliquãdiù ille pacificè poſſedit,expirat etiam intra annum poteſtas Delegati, quia annus non datur, niſi pro executione facienda,quamuis ſi in continenti ille moleſta-
2 tur, poteſt Delegatus exercere officium ſuum, quia non poteſt dici facta executio, ex quo incontinenti eſt facta turbatio, ita Ioan.Andr. & Abb.nu.6.& Felyn.nu.10. verſ.2.in d.cap.quærenti,Abb.in d.cap.pro illorum nu.10.contra gloſ.verb.ad integranda in d.cap.quæréti,& ibi Cardin.in d.cap.pro illorum, & in clem.ſi plures nu.3. de præbend. & ita debet intelligi, Felyn.qui voluit in d.cap.quæréti ad finem,quod poteſtas durat vſque ad annum à die poſſeſſionis,per illum text.quod etiam tenet Cardin.citat.clem. nu.2. & ſequuntur Menoch. de retin. poſſeſſ.remed.1.nu.90.& Flor.Diez q.4.nu.60. & videtur etiam tenere Puteus deciſ.334. nu.5. lib.1.& deciſ.18.lib.2. Immò ſunt,qui dixerunt etiam data poſſeſſione pacifica, nõ eſſe finitum eius officium,donec habeat fructus,Cardin.in clem.ſi plures nu.2.de præbend.& Flor.citat. q. 4.nu.60. aliàs gratia non eſt plenè executa,ma-
3 ximè eum in dicta clauſula expreſsè habeatur, quod faciant de fructibus reſponderi, quamuis ſi negentur fructus, non ratione tituli, vel gratiæ quæ impugnentur, ſed ex alio capite, & ratione, (vt quia prædia ex quibus proueniunt dicũtur non ſpectare ad beneficium,ſeù aliquæ decimæ dicuntur ad illud pertinere) Executor non ſe intromittet,quia eſt quæſtio omninò ſeparata ab executione, Cardin.d.clem.nu.2. non obſtat text. in cap. quærenti de offic. deleg. vbi Delegatus Papæ non poteſt exequi ſuam ſentẽtiam,niſi vſque ad annum,quia loquitur de Delegato ad cauſam principaliter, & diuerſa eſt ratio in Executore gratiæ, cuius poteſtas tanquam acceſſoria debet durare, ſicut ipſa gratia, ad regul.acceſſorium in ſexto, & ſic videtur intelligendus Innoc.in d.cap.pro illorum nu.3.de præbend.& ibi Abb.nu.10.

SVMMARIVM.

1 *De iure ciuili antiquiſſimo, debitores tradebantur creditoribus dilaniandi, ſed à media iuris prudentia hoc fuit abrogatum.*
2 *Quando fideiuſſor eſt ſoluendo, non incarceratur principalis, nam bona fideiuſſoris computantur in bonis creditoris.*

Clericus in ciuilibus non carceratur in Curia Archiepiſcopali, extantibus bonis.

DECISIO LIX.

FVit pluries obſeruatum in Cur.Archiepiſc. & eſt in quotidiana praxi,vt non carcerentur clerici pro débito,extantibus bonis,in quibus poſſit fieri executio, pro qua obſeruatione eſt præmittendum, quòd tantus fuit antiquiſſimi iuris rigor cõtra debitores,vt lex duodecim tabularum, eos etiam dilaniandos creditoribus tradi

Digitized by Google

1 tradi permiſerit, prout teſtatur Aul.Gell.in 20.lib.noct.attic.cap.1.& Carol.Sigon. in 1.lib. de antiqu.iur.ciu.Roman.cap.6.meminit etiam gloſ.in l.1. in verb.in eo in fine C.qui bon.ced. poſſ. eiuſq. formalia verba refert Couar. lib.2. variar.reſol.cap.1.ſub nu.1. plenè Menoch.de arbitr.iudic.caſ.183.lib.2. nu.4. Theſaur.in deciſ.Pedemont.153. nu.1.

Sed huius legis immanitas potius ad terrorē tradita,quam vſu recepta tanquam bonis moribus valdè repugnans à media iuris prudentia fuit penitus reprobata, eiq. ſucceſſit lex Petilia,qua cautum fuit,ne quis ob pecuniam debitam in vinculis detineretur, ſed eius bona tantum eſſent creditoribus obnoxia, vt affirmat Liu.in 1.decad.lib.8.quæ lex à Cæſareo, & Pōtificio iure fuit approbata. Cautum eſt enim liberum hominem ob æs alienum perſonali coerctione cogendum non eſſe l.ob æs,cum auth. ſeq.C.de action. & obligat. etiam ſi bona deficiant,ita vt creditoribus ſatisfieri non poſſit, vt in cap.2. de pignor. & ideò dum executio fieri poteſt in bonis debitoris,nunquam ad eius carcerationem deuenitur, vt dicit gloſ.notab. in l. 3.§.tutores ff.de ſuſpect.tut.rib.quam communiter approbari, teſtatur Alex. in l. à Diuo Pio §.in venditione ff.de re iudic.

2 Quod adeò verum eſt, vt non ſit carcerādus debitor principalis,quando fideiuſſor eſt ſoluēdo,ratio eſt, quia bona fideiuſſoris computantur cum bonis debitoris principalis l. ſi plures §.præterea ff.de fideiuſſor.cuius meminit Bald. in l.mulier C.de iur.dot.& in auth.ſed hodie C.de action.& obligat.Alex.& Bart.in l.3.§.tutores ff.de ſuſpect.tutor.Roman.conſ.320.incipiēs,hæc iſtorum quinque capitula,iuxta quam traditionem ſi fideiuſſor habet bona,nō eſt capiendus principalis, ſicut nec ipſe principalis, quando bona habet,ex gloſ.ſingular.in l.3.§.tutores ff.de ſuſpect.tutor.recepta ibidē,& Alex. in l. à Diuo Pio §. in vēditione col. 2. verſ.iuxta hoc incidit ff.de re iudic. Felyn. in cap.quoad cōſultationem col.7.nu.10.eod.tit. & quamuis aliqui per eum relati contradixerint propter l.1.C.qui bon.ced.poſſ. dicit tamen Alex.quod periculoſiſſimum eſſet recedere ab opin.gloſ.

SVMMARIVM.

1 *Adoleſcens muliebria paſſus, & ob id ignitis laridi guttis cruciatus eſt irregularis.*

2 *Ad titulum beneficij tenuis, non poteſt quis promoueri.*

Adoleſcens muliebria paſſus, an ſit irregularis.

DECISIO LX.

SÆpè contingit dubitari in hoc noſtræ Cur. Archiepiſc. Tribunali, an adoleſcēs ſecula-
1 ris muliebria paſſus, ſi pœna à laicali foro afficeretur,vt ignitis laridi guttis cruciaretur,licet deinde fuerit cōdemnatio illa in exilium commutata, qua de cauſa ſe Religioni addixit, durante etiam anno nouitiatus cum literis dimiſſorijs ſui Superioris, à quodam Epiſcopo fuerit ordinatus ad primam tonſuram, atque omnes quatuor minores ordines ipſomet die, poſtmodum verò egrediens ex Monaſterio ad titulum duorum beneficiorum, ſatis tenuium ad Subdiaconatus ordinem fuit promotus, eſſet irregularis,& pro reſolutione cēſuimus talem adoleſcentem,ſiuè iuuenem taliter ordinatum, eſſe ſuſpenſum, & irregularem ex duabus cauſis. Primò, quia illud crimen perpetrauerat, & decretum condemnatorium ſuper tali crimine fuerat prolatum, tùm etiam propter receptionem primæ tonſuræ, & quatuor ordinum minorum ab Epiſcopo eodem die ſibi collatorum,
2 & ad titulum beneficiorum pro eius victu inſufficientium,& talem Epiſcopum, qui illum ad ordines prædictos promouerat eſſe coarguēdum, prout fertur fuiſſe reſponſum à Sacra Congregatione,vnde ex reſolutione prędicta colligitur,quod quāuis ordinaria criminis pęna pro crimine prædicto non irrogetur, ſed mitior, adhuc talis ſit prohibitus ordines ſuſcipere,ex quo criminis infamia fœdatur, & ſi ordinetur in ſuſpēſionem incidet, atque ſi deinceps miniſtret irregularitatem incurret.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*

2 *Mercator ſuſpectus de fuga, ſufficit, quod caueat de iudicio ſiſti, redditur ratio nu.3.*

4 *Text.in §. ſed hodie inſtitut. de ſatiſdat.quomodò intelligatur per Aret.*

5 *Deciſ. Cur. Archiepiſc. quod ſcilicet talis mercator de fuga ſuſpectus debeat cauere de iudicio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, adducuntur pro hac opinione duæ Sac. Conſ. Neapol. deciſiones nu. 6.*

7 *Debitum debet eſſe liquidum, vt præfatæ deciſiones procedant.*

8 *Reſpondetur contrarijs.*

Captus ob ſuſpitionem fugæ, an debeat relaxari ſub fideiuſſione de iudicio ſiſti tantum, vel etiam de iudicatum ſoluendo.

DECISIO LXI.

1 SEbaſtianus Cacacius mercator literarum cambij, clericus effectus poſt decoctionem cum fuiſſet captus per Cur. Archiepiſc. ob ſuſpitionem fugæ, ad inſtantiam Reuerendiſſimi D.Epiſcopi Nicaſtrenſ.& tractaretur de excarceratione eiuſdem Sebaſtiani; fuit dubitatum, an eſſet relaxandus cum fideiuſſione de iudi-
2 cio ſiſti tantum, an etiam de iudicatū ſoluendo, & dicebatur ſufficere illam de ſtando iuri,cum ſumus enim inter mercatores non curatur de
3 apicibus iuris l.1. vbi Bald. ff.de conſtit.pecun. & inter eos pactum nudum obligat, ſecus ſtipulatio

pulatio, Bart.in l.Quintus ff.mandat. Bald.in l.ſi pro ea C.mandat. Alex.in conſ.52.num.3.& 4.vol.6.Dec.in conſ.82.nu.18.vol.1. Afflict.deciſ.399. nu.3. & in proprijs terminis ſic ſequitur Bald. & ferè omnes Doctores tenent in l. cum proponas C.de bon.authorit.iudic.poſſid. quod relaxandus eſt, ſi caueat de iudicio ſiſti tantum,licet non de iudicatū ſoluēdo, vt etiam voluit Alex. in l.neque impuberes §.qui in ius
4 ff. de in ius vocand. & pro hac ſententia facit text.in inſtitutionib. §.ſed hodie, & ibi Aretin. de ſatiſdat. vbi habetur neminem conuentum ſuo nomine teneri ad cautionem de iudicatum ſoluendo, niſi ſit forenſis, vt ipſemet Aretin. ibi limitat,& quando eſt res mobilis,quia tunc debet ſequeſtrari, vel caueri, ſequitur Iaſ.in l. Iulianus in fin.ff.qui ſatiſd.cogant.

His tamen in nihil obſtantibus contrarium
5 iudicauimus in dicta Curia Archiepiſcopali, vt ſcilicet debeat fideiubere de iudicio ſiſti, & de iudicatū ſoluendo, vt in proprijs terminis docuit Caſtrenſ.in d.l.neque impuberes §. qui in ius ff.de in ius vocand.vbi etiam Barthol.Cotta in lib.memorabil.in verb.debitor,& in verb. fideiuſſor de iudicio ſiſti, Caccialup.in ſuo tra-
6 ctat.de debitor.ſuſpect.& fugitiu.q.9.Afflict.in deciſ.170.nu.4. vbi ſic in Sac.Reg.Conſ.fuiſſe iudicatum refert.vt etiam iuxta hanc eandemmet ſententiam in ann.1540. fuiſſe deciſum in eodem Sac.Reg.Conſ. teſtatur Vrſill. in addit. ad dictam deciſ.Afflict.170.nu.3.in fin. vbi nu. 4. inquit, quod ſuſpectus de fuga poteſt capi,
7 niſi caueat, vt ſupra, quod eſt intelligendum quādo noua cauſa ſuſpitionis ſuperuenerit poſt contractum, nam tunc capta informatione ſaltem per duos teſtes parte non citata de mutatione perſonæ, & de ſuſpitione fugæ, poteſt quis capi quando debitum fuiſſet liquidum,ſecus ſi tempore contractus initi fuiſſet debitor ſuſpectus,& non idoneus,nam tunc non poteſt capi,neque tenetur cauere,prout declarat Aretin.poſt Iaſ.inſtit.de action.in princ.nu.82.Doctores in l.ſi ab arbitro ff.qui ſatiſd.cogant.latè Dec.in conſ.75.

Non obſtant Doctores in contrarium addu-
8 cti,qui tenent,quod relaxandus eſt,ſi caueat de iudicio ſiſti tantum:nam reſpondeo, quòd licet eorum opinio bene poſſet procedere, tamen in practica non ſeruatur, vt refert Apoſtill. ad Alex. in d.l. neque impuberes §.qui in ius in litera B. ff.de in ius vocand. & citat. deciſ. Afflict.170.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid ſit.*
2 *Furtum eſt difficilis probationis.*
3 *Præſumptio delicti nunquam capi debet.*
4 *Actus ſi certo loco, vel tempore potuit eſſe licitus,alio verò illicitus, præſumitur geſtus in caſu licito.*
5 *Conſilium, quod ſe haberet ad bonum, & ad malum debet interpretari in meliorem partem.*
6 *Bonus quilibet præſumitur.*
7 *Culpa in dubio non præſumitur.*
8 *Actum quando poteſt eſſe licitum,& illicitum, in dubio præſumitur factum eſſe licitè.*
9 *Actum fruſtratorium non præſumitur quem voluiſſe facere.*

Bona in cuſtodiam alicui tradita, an ſi per eundem alibi contrectata repeviantur,furtum preſumatur.

DECISIO LXII.

QVidam diſceſſurus ab hac Ciuitate Neapolis tradidit in cuſtodiam eius domum, cum omnibus eius mobilibus ibi exiſtētibus cuidam clerico eius amico, cumq; reuerſus inueniſſet aliqua ex illis bonis alio tranſportata,querelauit dictum clericum de furto:quarè fuit dubitatum,an illa contrectatione præſumatur furtum, & dicebatur hunc caſum decidi
1 poſſe ex diffinitione furti,quæ eſt contrectatio rei alienæ inuito Domino l.1.ff.de furt.§.1. inſtit.de oblig.quæ ex delict.naſcunt.

Cæterùm Cur.Archiepiſc. iudicauit contra-
2 rium abſoluendo conuentum à predicta actione furti: furtum enim eſſe difficilis probationis,tradiderunt Curt.in l.in actionibus ſuper §. planè in fin.ff.de in lit.iurand.cuius pronunciatum ab omnibus communiter eſſe probatum, teſtantur Ruyn.conſ.29. Bart.in l.ſi quādo poſt nu.4. C.vnde vi, & Iaſ.in l.Prætor ait §.Prætor ait num.23.& ſeq. ff.de edend Crauett.in conſ. 178.viſo proceſſu nobilis nu.7.Gramm.conſ.1. nu.10.& in conſ.17.nu.6. idq; voluit Lap.alleg. 94. num.4. ibi, difficilè eſt probare res ablatas, quibus accedat Gratt.in conſ.94.nu.12.verb.& bene facit libr. 2. hoc idem confirmauit Pariſ. conſ.75.nu.16.verſ.iuſta eſt cauſa cum ſeq. nu. 1. vol.1. & ante eum docuit Abb. in cap.ſuper eo nu.9.de his, quæ vi met.cauſ.fiunt, idem clarius explicauit Grammat.conſ.41.num.14.verſ. ſed vbi tractatur,& in conſ.17.n.3. quod etiam placuit Alex. in conſ.189. in cauſa, & lite inter Tadæam vxorem nu.14. verb.dicit Bald.vol.6. & in conſ.24.nu.6. verſ.ad quod oſtendendum vol.2. & ſentit Iul.Clar. in pract.crim. lib.5. §. fin.q.66.circa principium, ac Marſil.in practic. §.principium poſt nu.12. nam furtum committitur clam; idq; poſtremò auctoritate ſua corroborauit Menoch. in tract.de arbitr.iudic.lib. 2.cent.2.caſ.216.nu.14. quod confirmari videtur ex reſponſo Caſtrenſ.in l.1.in princ.ff.de furt.& eſto,quod furtum ſit de rebus,quæ ſunt facilis probationis, verum cum in caſu, de quo ſit ſermo,ſimus in dubio,capienda eſt præſum-
3 ptio in meliorem partem cap. eſtote de regul. iur. nunquam enim in dubio præſumitur delictum l.meritò ff pro ſoc. vbi habens rem communem, & ea vtens non præſumitur velle interuertere ius alterius, ſed ſimpliciter vti iure ſuo,ſequitur Veronenſ.conſ.4.col.3.Alex.conſ. 30.col.2.vol.7.Roman.conſ.113. Curt.Sen.cōſ. 20.col.17. & multa ſimilia, & egregia cumulat Hippol.in l.1.nu.68.fol.4.C.de ſicar.& in rubr. de fideiuſſor.col.9.num.47.vnde Alciat.de præſumptio-

Digitized by Google

ſumptionib.regul.13.præſumpt.1. voluit, quod actus indifferens,licet ſonet in delictum,tamen præſumendus eſt potius bonus, & in bonam partem,quam malam, & pro hoc vide eundem Curt.in conſ.50.col.9.vbi voluit, quod quoties ex aliquo actu poſſunt capi duo intellectus, & ſecundum vnum incideret in delictum, ſecundum alium verò non, capiendus eſt intellectus per quem non præſumitur delinquere. Alex.in conſ.15.col.2.vol.3. facit, quod notat Bart.in
4 l. non ſolum §. ſed vt probari ff. de nou. oper. nunciat. vti ſi certo loco, & tempore actus potuit eſſe licitus,alio verò illicitus, lex præſumit geſtum in caſu licito, de quo per Doctores in cap.auditis de præſcript.Alex.conſ.5.in 3.vol. Felyn. in cap. in præſentia in 6. col. de probationib.facit etiam,quod notat Bald.in l. 1. C.de ſeru.fugit.& ibi Iaſ.in 6.col.vbi ait, conſilium
5 quod poteſt ſe habere ad bonum,& ad malum, debet interpretari in meliorem partem,& eius interpretatio pertinebit ad eum, qui dedit, argum. l.actorum ff. de re iudic. & eo non interpretante lex ipſa interpretatur d.l. merito, ſequitur Alex. vbi infert ad notabilem caſum in conſ. 126. in 4.vol. & faciunt aliæ ſimiles deciſiones,de quibus per Iaſ.in d.l.1.in 6.col.Felyn. in cap.exhibita,& in cap.ſuper his in 8.col.de accuſat.& in cap.nonnulli §.ſunt,& alij in verb. demum de reſcript.

In dubio enim præſumitur quilibet bonus,
6 cap.dudum de præſumpt.gloſ.in cap.1.de ſcrutin.& l.cum pater §.rogo ff.de legat.2. & iſta eſt præſumptio naturę,quia naturaliter quilibet eſt bonus,ſecundum gloſ.in l.fin. ff quod met. cauſ.Iacob.de Beluiſ.in l.omninò,per illũ text. C.de inoffic.teſtam. Angel.in l.ſciendum in fi.
7 ff.de verb oblig.& Doctiſſimus Auditor Petra in addit.ad Gramm. deciſ.18.num.7. In dubio enim culpa non præſumitur, Afflict. deciſ.13. nu.18. & præſumitur pro validitate factorum,
8 Bellamer.deciſ.135.vnde faciẽs,id, quod poteſt eſſe licitum, & illicitum, in dubio præſumitur feciſſe licitum, Put.deciſ.223.lib.1.& quis non
9 præſumitur voluiſſe facere actum fruſtratoriũ, Verall.deciſ.131.par.3.& §.2.inſtitut.quibus ex cauſ.manumitt.non licet.

Non obſtant in contrarium allegata, quia negatur huiuſmodi factum comprehendi ſub diffinitione furti,cum deficiant alia requiſita,& conſequenter ceſſare debet diffinitum, argum. text. in l. omnis diffinitio, & quod ibi notatur ff. de regul.iur.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit pœna clerici introeuntis domum meretricum de iure Cur.Archiepiſc.Neapol.*
2 *Semel de crimine conuictus non eſt puniendus.*
3 *Semel graſſatus in via publica gaudet immunitate Eccleſiæ,redditur ratio nu.4.*
5 *Meretrix an poſſit dici mulier, quæ ſemel fornicata fuit.*
6 *Meretrix an ex vnico actu meretricio poſſit expelli à vicinia.*
7 *Et an ex vnico actu meretricio ſit ſubdita Domino gabellæ meretricum.*
8 *Et quid in lenonibus.*
9 *Deciſ.Cur.Archiepiſc.in contrarium,redditur ratio deciſionis nu.10.*
11 *Verba ſtatuti ſunt ad vnguem ſeruanda.*
12 *Reſpondetur contrarijs cum diſtinctione.*

Edictũ Curiæ Archiepiſcopalis prohibens clericis acceſſum ad domos meretricũ, an locum habeat in eo, qui ſemel, & caſualiter inuentus fuerit.

DECISIO LXIII.

1 EDicto Cur.Archiepiſc. cauetur, ne clerici accedant ad domum meretricum,ſub pęna menſium ſex carceris,quare cũ fuiſſent duo clerici reperti in domo cuiuſdam meretricis, caſu & ſemel tantum,fuit dubitatum,an ſupradicti clerici venirent pęna præfati edicti puniẽdi, & vnus ex Dominis dicebat minimè dictam
2 pęnam inſligendam, cum de iure parcendum ſit ei,qui ſemel crimen commiſit, argum.text. in l.ſolent. vbi Bald. & reliqui communiter ff. de pœnis,hinc eſt, quod licet graſſator viarum non gaudeat immunitate Eccleſiæ, Ambroſin. eiuſdem nominis tract q.1.& Mar.Italia q.9. & extat Bulla Gregorij XIII.tamen graſſator, qui
3 ſemel in ſtrata publica,vel in ſylua furatus fuit, & aufugit ad Eccleſiam,à qua violenter extrahitur,gaudet immunitate Eccleſiæ,ita punctua-
4 liter decidit Peguer. in deciſ.Catalon.40. cuius ratio eſt,quia nõ dicitur talis, niſi pluries id patrauerit,ſecundum Cæpoll. in authen.ſed nouo iure nu.106.C.de ſeru.fugit.ita intelligens text. in l.capitalium §.famoſos ff.de pœnis, & quod requiratur frequentia, & conſuetudo delinquẽdi.tenet Fulgoſ.in conſ.57.nu.3. in hanc eãdem inclinant ſententiam Decian. in tract.crim.lib. 6.nu.2. Remig.de immunit.Eccl.regul.2.fall.3. Iul.Clar.q.30.verſ.quæro nunquid, Oldrad.in conſ.154.& Pegu.citat.deciſ.40. Supradictis addebatur,adeò veram eſſe iuris concluſionem,vt ad pœnam infligendam requiratur frequentia delinquendi, ita vt vnicus actus minimè ſuffi-
5 ciat,vnde meretrix non dicitur,niſi quæ plures admiſit,vt eſt text.in cap.vidua 34.diſtinct. vbi Archid.ac Præpoſit.& Turrecrem.dicunt illud verbum, plures, intelligi ſecundum ſubiectam materiam,& Soccin.in conſ.54.col.3 vol.3. dicit ad minus eſſe debere tres, ſequitur Peguer. in deciſ. 12. ſuper quo eſt videnda pulchra diſtinctio Ripæ in cap.1. col.pen. verſ.item nota extra de iudicijs, nec ex vnico actu meretricio
6 poſſet quis puniri, Rubin.in deciſ.91. & conſequenter expelli à vicinia honeſta, ad tradita per Doctores communiter in l. cunctos populos C.de ſumm.Trinit.& fid.cathol.& Capyc.
7 in deciſ.44. & conſequenter vtilis Dominus gabellæ meretricum Ciuitatis Neapolis nõ habebit talem iuriſdictionem in illas mulieres,& lęnones,qui ex priuilegio iuriſdictionem obtinet
8 in meretrices,& lęnones,qui vnicum actum ſu-

pradi-

Digitized by Google

prædictorum perpetrarunt, vt notat de Franch. in deciſ. 68. nec talis, quæ vnicum actum turpem admiſit poteſt inhoneſta perſona nuncupari, vt per Fabr. in §. ſoror de inofficioſ. teſtament. inſtitut. quem refert, & pro ſingulari ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 328. nu. 14. Anna ſingul. 338. & Carrocc. in deciſ. 128.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus
9 Curia Archiepiſcopalis cenſuit contrarium, ex quo condemnauit præfatos clericos ad pœ-
10 nam Edicti, cuius deciſionis ratio fuit, quia per ſupradictum Edictum ſancitur, eſſe puniendum ſolum acceſſum, & propterea cum in verbis legis non eſt ambiguitas, non eſt de mente eius diſputandum, argument. text. in l. illud ff. de legat. 3. & à verborum ſignificatione non eſſe recedendum, dixit text. in l. non aliter ff. eodem, de qua concluſione latè per
11 Fabr. in deciſ. 13. de verbor. ſignific. Verba enim Statuti ſunt ad vnguem ſeruanda l. 1. §. is qui nauē ff. de exercitatoria actione, nec in eis locum habet argumentum à contrario ſenſu, vt per Bart. in l. cunctos populos C. de ſumm. Trinit. & fi[d]. cathol.

Non obſtant contraria, nam pro reſponſione
12 dico, quod nominum ſonantium in delictum, quædam denominantur ab actu, & tunc ſufficit vnicus actus vt hic, quædam denominantur ab effectu reſultante ex actu, & tunc requiritur pluralitas actuum, vt in contrarijs, & voluit Ripa in citato cap. 1. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Citatio in quolibet negotio, & cauſa requiritur.*
3 *Citatio requiritur in notorijs.*
4 *In ſententijs procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore requiritur citatio.*
5 *In cauſis ſummarijs requiritur partis citatio.*
6 *Citatio requiritur, etiam ſi ſtatutum diceret, quod ſententia proferri poſſit abſque partis citatione.*
7 *Requiritur citatio in laudo proferendo per Arbitros.*
8 *Citatio requiritur quando tractatur de eijciendo aliquo iniuſto detentore.*
9 *In prorogatione compromiſſi requiritur citatio.*
10 *Citatio non eſt de ſubſtantia in recognitione manus literarum cambij, & ſic fuit deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana.*

An in recognitione manus literarum cambij, exigatur partis citatio.

DECISIO LXIV.

1 INter alios iuris articulos, qui cõſiderati fuerunt in cauſa Epiſcopi Nicoſtrenſ. & Sebaſtiani Cacaeis campſoris literarum cambij, vnus fuit, ſi recognitio manus eiuſdem Sebaſtiani acceptationis literarum, facta ipſo inaudito, de iure ſubſiſtat, & dicebam negatiuè, ex
2 eo, quod citatio in quolibet negotio, & cauſa requiritur l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. nam ita diuus ff. de adoption. l. ſi quando C. de teſtibus cap. cum olim de teſtibus, clement. paſtoralis de re iudic. Caualcan. in deciſ. 11. num. 30. Franc. Marc. in deciſ. 393. num. 4. vol. 1. & ideò
3 etiam in notorijs requiritur, vt ex gloſ. in cap. cum dilectis filijs in verb. indicanda de purgat. canonic. Bellon. in deciſ. Genuæ 104. num. 10. Gabriel. in lib. commun. opinion. concluſ. 2. de
4 citationibus, & eſt de ſubſtantia etiam in ſententijs procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore, Boer. in deciſ. 247. num. 6. cum ſeq. Grammatic. in deciſ. 105. num. 4. Marſil. in ſingul. 75. Dec. in conſ. 603. Alexand. conſ. 87. poſt gloſ. Bald. & Caſtrenſ. in l. final. C. de legibus,
5 vt dicimus, quod requiritur etiam in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur omiſſo iuris ordine, & ſine iudicij figura, Capyc. in deciſ. 1. num. 35. & 36. Cacheran. in deciſ. 79. ſub num. 7. Cartar. in deciſ. 21. num. 34. & 36. Gratian. in deciſ. 231. num. 2. & 4. Milanenſ. in de-
6 ciſ. 21. num. 14. lib. 1. Immò requiritur partis citatio etiam ſi ſtatutum diceret, quod ſententia proferri poſſit abſque partium citatione, vt per Bald. in l. 1. colum. 2. C. quomodo, & quando Iudex, Felyn. in cap. ex parte il ſecondo nu.
7 5. de offic. delegat. Marſil. in ſingul. 75. Soccin. in conſ. 164. colum. 6. verſ. contrarium, & idem eſt in laudo proferendo per Arbitros, in quo citatio eſt de ſubſtantia iudicij l. diem proferre §. ſi quis litigatorum ff. de arbitris, Menoch. in conſ. 554. in fine volum. 6. Innocent. in cap. ex parte de arbitris, Borrell. de compromiſſis
8 §. 3. gloſ. 4. num. 62. Portius in lib. commun. opinion. concluſ. 43. Immò requiritur citatio quoties agitur de eijciendo aliquo etiam iniuſto detentore à poſſeſſione, Innocent. in cap. inter de maiorit. & obedient. Pariſ. in conſ. 31. num. 29. volum. 4. Marſil. in l. de vnoquoque ff. de re iudicata, Crauett. in conſ. 172. num. 10. in fine, Rota in deciſ. 5. de reſtitution. ſpoliat. in antiquis, Magon. in deciſ. 120. num. 8. Iaffred. Lanfranc. Balb. in deciſ. 245. & ſecundum
9 Boerium in deciſ. 283. requiritur citatio etiam in prorogatione compromiſſi, alias prorogatio nulla eſſet, vt etiam fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium Neapolitanum, teſtatur Capyc. in deciſ. 93. num. 5. & ſequitur Bald. in l. eos §. Apoſtolos C. de appellation. Dec. in conſ. 39 & conſ. 632. num. 14. Vant. de nullitate ex defectu citationis nu. 10. in fin.

Cæterùm relatis non obſtantibus contra-
10 rium fuit reſolutum in Cur. Archiepiſc. vt ſcilicet, quod in recognitione manus literarum cambij partis citatio non exigatur, ex eo, quòd iudicium literarum cambij eſt ſummariſſimum, & paratam habet exequutionem, iuxta tradita per Maſtrill. in deciſ. Siciliæ 8. part. 1. & alios, quos probat D. de Franch. in deciſ. 309. & Anna in allegat. 89. alias iudicium efficeretur plenarium, quod de iure ſubſiſtere non poteſt, nam daretur occaſio dilatandi ſolutionem debiti, maximè quia apparebat dictum Sebaſtianum

Digitized by Google

num hæc omnia deducere in iudicium ad effectum dilatandi ſolutionem prædictam.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Interdictum, vt obliget debet intimari parti, & publicari.*
3 *Interdictum emanatum contra ſingulares perſonas ipſis eſt intimandum, & quid ſi non comparent nu. 4.*
5 *Ignorantia non præſumitur niſi ſufficienter probetur.*
6 *Epiſcopi ſuffraganei tenentur ſeruare interdictum Matricis.*
7 *Interdictum quando fertur in Ciuitatem, aut Oppidum, vel Vniuerſitatem, publicatio ſententiæ non eſt facienda ſingulis, ſed ſufficit, quod fiat in locis conſuetis iudiciorum.*
8 *Decisio cauſæ.*

Interdictum in quo loco debet affigi, vt liget contrauenientes.

DECISIO LXV.

1 FVit ordine Illuſtriſſimi Domini mandatum, quod interdiceretur Eccleſia cuiuſdam Oppidi Diœceſis Neapolis, ſi quibuſdam decretis Suæ Dominationis Illuſtriſſimæ paritum non fuiſſet, & cum ſcriptura ſupradicti interdicti fuiſſet præſentata Parocho dictæ Eccleſiæ, ad ſui defenſionem, excuſationem allegabat, ſe illam minimè legiſſe, & cum etiam dicta ſcriptura fuiſſet affixa Eccleſiæ Matrici dicti Oppidi, Presbyteri, & Parochus diuina officia poſtea celebrarunt, vnde captis per Curiam Archiepiſcopalem informationibus: fuit dubitatum qua pœna venirent puniendi, & an eſſent declarandi irregulares, & dicebatur, quod contrauenien do non dicuntur interdicti illi, qui agunt contra Canonem, qui infligit pœnam interdicti, nec etiam ſi Edictum Epiſcopi, vel Papæ contineat, quod contrauenientes ipſo facto ſint interdicti, non ex hoc ſolo, quod contraueniant, ob id ſunt interdicti, nec fiunt irregulares, nam, & ſi peccent non obediendo, tamen interdictum nondum habebit locum, niſi cum denunciatum fuerit, idem quando poſt inobedientiam Superior declarauerit interdictum, & affigi iuſſerit, & re vera fuerit affixum, & ante hanc affixionem celebrantes diuina, nullam incurrunt irregularitatem, etiam ſi Edictum contineret, quod ipſo iure cenſerentur interdicti, vno caſu excepto, ſcilicet iniiciendo violentas manus in clericum, ex Concil. Conſtantienſ. in extrauag. ant. ad euitanda ſcandala, quam refert Sanctus Antoninus 3.part.tit.26. cap.vltim. & Sylueſt. verb. excommunicatio 5. verſ. ſciendum, & Armill. verb. interdictum num. 25. & 30. Iamò ſecundum ſtylum ex Sayr. in Theſauro caſuum conſcientiæ libr. 5. cap. 12. num. 29. in-
2 terdictum, vt obliget, intimandum eſt parti, & publicandum, quod ſi interdictum ſit contra
3 ſingularem perſonam, communiter intimanda eſt ſententia ipſi perſonæ, quod ſi perſona non comparet ſatis eſt, vel in iudicio publica-
4 ri, vel in Eccleſia, vel ad fores domus ipſius interdicti pro conſuetudine iudiciorum, poſtquam poſt publicationem communiter non datur in foro exteriori allegatio ignorantiæ, ni-
5 ſi ſufficienter probetur, licet non ſit neceſſarium omnium auribus intimare; ſufficit enim, vt dixi, publicatio in loco publico cap. quod dicitis 16. diſtinct. quo fit, vt ſi Metropolis, & tota Prouincia fuerit interdicta, publicatio facta in Metropoli ſufficit, quæ ſi interdicto pareat, omnes aliæ comprouinciales non poſſunt excuſari, quod in ipſarum locis denunciatio facta non fuerit, cap. 1. de poſtulat. prælat. Armill. in verb. interdictum num. 29. Abb. in cap.
6 ad hæc de poſtulat. prælat. vbi ait, quod Epiſcopi ſuffraganei tenentur ſeruare interdictum Matricis, quamuis de ſententia interdicti non habeant plenam probationem, hinc Sayr. loco citato num. 3. vtitur his verbis: Sin verò in-
7 terdictum feratur in Ciuitatem, vel in Oppidum, vel Vniuerſitatem, publicatio ſententiæ non eſt facienda ſingulis, ſed ſatis eſt fieri in locis conſuetis iudiciorum, ex Sancto Antonino 3. part. cap. 5. in princ. & Tabien. in verb. interdictum 3. §. 1. num. 2. & Viuald. in tit. de interdicto nu. 287. & nu. 288. & Tolet. lib. 1. cap. 19. qui ait, ſatis eſſe intimare Eccleſiæ Matrici, argum. cap. 1. de poſtulat. prælat.

Verum cum fuiſſet allegata ignorantia præ-
8 fati interdicti per ſupradictos Presbyteros, fuerunt excuſati ab incurſu irregularitatis, per text. in cap. Apoſtolicæ, & cap. ſi celebrat. de clerico excommunic. miniſtran. quia ignorantiam apparebat fuiſſe probabilem, iuxta text. in cap. vt animarum de conſtitution. in ſexto, & cap. 2. de tempor. ordinat. eodem libro, maximè cum poſt habitam notitiam interdicti ceſſauerint ab omnibus diuinis, ex quo arguitur, ignorantia de prædicto interdicto, ex quo fit, vt ſupra dixi, vt excuſetur à peccato, in foro interiori ab irregularitate, & alijs pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Separatio Thori fit ex adulterio per alterum ex coniugibus commiſſo.*
2 *Adulterium mutua compenſatione tollitur.*
3 *Separatio Thori fit per attentatum in vxorem vitium ſodomiticum.*
Et etiam ſi idipſum præter vxorem, cum alijs crimen vltrò commiſerit, ibidem.
4 *Separatio Thori fit ob ſæuitias illatas à marito coniugi.*
Eademq. licita eſt, & iuſta cauſa ſeparationis lecti coniugalis.
5 *Et ſeparatio huiuſmodi fit etiam ſi mulier dederit cauſam, & in tale odium ſua culpa inciderit.*
6 *Thori ſeparatio fit etiam ob furorem incompatibilem.*

7 Tho-

Digitized by Google

7 *Thori ſeparatio conceditur ob maleficium impe-
diens copulam.*
8 *Separatio Thori conceditur, quando os malè olet,
& refertur deciſio Curiæ Archiepiſcopalis.*
9 *Sponſalia diſſoluuntur ob notabilem deformita-
tem.*
10 *In dubio iudicandum eſt pro matrimonio.*

Separatio Thori, an concedatur ſi os malè oleat, ita quod arte Medica curari non poſſit.

DECISIO LXVI.

THori ſeparatio quoad cohabitationem,
non quoad vinculum, varijs, innumeriſq;
cauſis in iure conceditur, vna eſt adulterium
1 commiſſum per vxorem, quo probato vir pe-
tere poterit Thori ſeparationem, & eam obti-
nere, ex text. cap. ex literis de diuort. cap. ple-
rumque de donat. inter virum & vxorem, & ſic
verſa vice per adulterium à viro commiſſum,
vxor petere poſſit Thori ſeparationem, per
text. in cap. fin. de conuerſat. coniug. cap. tuæ de
2 Procurator. vbi Abbas num. 7. quod adulterij
delictum mutua compenſatione tollitur, cap.
final. de adulter. Abb. in cap. diſcretionem de
eo, qui cogno. conſanguin. vxor. ſuæ num. 5.
3 item fit ſeparatio Thori, quando vir vxorem
tentat de crimine peſſimo cap. omnes curatio-
nes 32. quæſt. 7. Caualcan. in deciſ. 286. Franciſc.
Marc. in deciſ. 739. par. 2. Lanfranc. in deciſ. 71.
etiam ſi vir delictum hoc cum alijs vltra com-
miſerit, Abb. in cap. maritis de adulter. num. fi-
nal. Sicul. in conſ. 64. num. 8. volum. 1. Inſuper
4 ſeparantur coniuges ad inuicem ob ſæuitias vi-
ri cap. ex tranſmiſſa cap. literas §. final. de reſti-
tut. ſpoliator. cap. 1. vt lit. non conteſtat. §. mi-
tiores in authent. de nupt. Farinac. in deciſ. 278.
Seraphin. in deciſ. 226. Triuiſan. in deciſ. 45.
par. 1. Caualcan. in deciſ. 28. Theſaur. in deciſ.
130. Franciſc. Marc. in deciſ. 738. par. 2. & hanc
eſſe iuſtam, & legitimam cauſam, ſcripſerunt
Monald. conſ. 13. volum. 1. Riminald. Iun. conſ.
5 174. num. 13. Mantua conſ. 64. num. 19. volum.
2. & ſeparatio huiuſmodi fit etiam ſi mulier
dederit cauſam, & in tale odium ob ſui culpam
inciderit, gloſ. in cap. de benedicto 33. quæſt. 1.
Abbas in cap. literas num. 23. de reſtitut. ſpo-
liator. Pariſ. conſ. 54. volum. 4. num. 13. Triui-
6 ſan. in d. deciſ. 45. Vlterius conceditur Thori
ſeparatio ob furorem incompatibilem, Soccin.
7 in conſ. 286. in fin. Item ob maleficium impe-
diens copulam coniugalem poſt orationes, con-
feſſiones, ac alia ſpiritualia præſidia adhibita,
vt tollatur debilitas genitalis, ac remoueantur
faſcinationes, & incantationes, cap. ſi per ſor-
tiarias 32. quæſt. 1. Immò ſi maleficium ſit per-
petuum, & ab initio fuit decepta Eccleſia, fit
totalis ſeparatio iudicio ipſius Eccleſiæ, Fran-
ciſc. Marc. in deciſ. 177. num. 14. par. 2. Cappell.
Tholoſ. in deciſ. 380. cap. 1. cum ſequent. de
frigidis, & maleficiatis cap. porro de diuortijs,
Rota Maceratenſ. in deciſ. 35. & Ego ipſe in
mea Praxi in deciſ. 236. vbi alias cauſas recen-
ſeo.

Dubitatum tamen fuit in Curia Archiepi-
ſcopali, ſi ſit concedenda ſeparatio Thori, quo-
8 ties os malè oleat; ita quod arte Medica cura-
ri non poſſit, licet nihil fuerit reſolutum,
pro parte tamen affirmatiua in proprijs ter-
minis reſoluunt Caualcan. in deciſ. 18. num.
26. part. 2. Coſta de remedijs ſubſidiarijs re-
med. 8. num. 4. Cuccus lib. 5. inſtitut. maior.
tit. 10. num. 63. Sanchez de matrimonio lib. 1.
9 de ſponſalibus diſputat. 57. ſub num. 2. vbi lo-
quendo de ſponſalibus firmat, ſponſalia diſſol-
ui ob notabilem deformitatem, & denique in
omni caſu, vbi poſſet ſequi diſplicentia inter
ſponſos, & matrimonium infelicem exitum
haberet, quod vtique à ſimili conualidat ca-
ſum noſtrum, oris enim malus odor diſplicet,
D. Thomas quarto ſententiarum diſtinct. 27.
q. 2. art. 3. ad tertium, & ibi Sotus quæſt. 2. artic.
5. caſ. 9. poſt Hoſtienſ. in cap. quemadmodum
de iureiurand. vbi ponit concluſionem de dicta
diſplicentia, & huic etiam ſententiæ fauent
gloſ. in cap. final. in verbo cogi de coniug. le-
proſorum, & ibi Abbas num. 2. & Alexand. de
Neuo num. 3. poſt Butr. in citato cap. quemad-
modum num. 16. & Imol. num. 5. Nauarr. in
ſua ſumma cap. 17. num. 8. vnde cum matri-
monium ob prædictam cauſam, nequit habere
felicem exitum, conſequenter in dubio contra
eum eſt iudicandum, vt notabiliter firmat Ab-
bas in cap. fraternitatis de frigid. & malefic. &
in cap. adoleſcens de deſponſat. impuber. Tri-
10 uiſan. in deciſ. 28. quod notatur ad limitatio-
nem text. in cap. licet ex quadam de teſtibus,
vbi in dubio eſt iudicandum pro matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium hæredis multas requirit ſollemnita-
tes, de quibus remiſſiuè.*
2 *Referuntur Doctores, qui de materia tractarunt.*
3 *Inuentarium confectum iuxta mores Ciuitatis,
non requirit ſollemnitates de iure communi
appoſitas.*
4 *Vis conſuetudinis eſt magna.*
5 *Conſuetudo dicitur pars iuris ciuilis.*
6 *Conſuetudo vincit legem.*
7 *Conſuetudo loci eſt obſeruanda.*
8 *Conſuetudo etiam mala excuſat.*
9 *Conſuetudo poteſt facere, quod facit pactum.*
10 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem homini pri-
uato.*
11 *Quoad ſucceſſionem ſeruanda eſt conſuetudo lo-
ci, in quo quis defunctus eſt.*
12 *Semper inſpicitur conſuetudo loci, in quo res ſi-
ta eſt.*
13 *In prælationibus attenditur conſuetudo.*
14 *Quoad ſollemnitates concernentes ad litis or-
dinationem conſuetudo iudicij eſt attenden-
da.*
15 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
16 *Conſuetudo dicitur interpretatiua contractuum.*
17 *Omnis lex poſitiua per conſuetudinem tollitur, &
conſuetudo facit ſilere leges.*

Digitized by Google

18 *Loci vbi fit contractus conſuetudo attenditur, cum duabus illationibus.*

Inuentarium confectum iuxta mores Ciuitatis Neapolis, abſque tamen iuris ſollemnitatibus, an ſuffragetur.

DECISIO LXVII.

1 Licet apertiſſimi iuris ſit, inuentarium multas requirere ſollemnitates adhoc, vt valeat, & liberet hæredem, ne teneatur creditoribus hæreditarijs de proprio, de quibus text. in l. fin. C. de iure deliber. vbi Bald. & reliqui Scri-
2 bentes, & de iſtis ſollemnitatibus tradiderunt, & tractarunt gloſ. in §. fiat igitur authent. de hæred. & falcid. pulchrè Bald. in conſ. 383. lib. 1. & ex profeſſo de hac materia integros tractatus ediderunt Monticul. in cap. 7. vbi adducit quindecim requiſita, Porcellin. in cap. 2. Angel. de Vbald. Roland. à Valle in 3. part. per totam, latè Valaſc. in deciſ. 52. tamen hoc limitauimus in Curia Archiepiſcopali, quando inuentarium
3 fuit factum iuxta morem, & conſuetudinem loci, licet abſque ſollemnitatibus, & hoc fuit in cauſa inter Clericum Andream Caſum, & eius fratrem, vbi fuit dubitatum ſi inuentarium exhibitum à dicto Clerico iuxta mores huius Ciuitatis, abſque tamen iuris ſollemnitatibus, ſi ſuffragetur, fuit enim pro vero habitum in tali caſu ſuffragari, vt in proprijs terminis voluit Coraſ. de inuentario à nu. 16. vſque ad num. 20. Parlador. rerum quotidianarum lib. 2. cap. final. part. 4. §. 1. num. 8. qui dicit ſatis eſſe formam illam à conſuetudine introductam obſeruari, neque hæredi ſufficiet proteſtatio de adeundo cũ inuentario, niſi illud ſollemniter conficiatur, Gaſpar Theſaur. in lib. quæſtion. forenſ. q. 10.
4 ſub nu. 1. magna enim conſuetudinis vis eſt, & vt illa pro lege ſeruetur, docet text. in l. de quibus l. diuturna l. cum de conſuetudine l. Arius
5 l. ſed ea quæ, & l. immò magnæ ff. de legibus, conſuetudinem partem iuris ciuilis eſſe nemo negabit §. conſtat §. ex non ſcripto inſtit. de iure natur. gent. & ciuili, & meritò Puteus in deciſ. 176. num. 7. lib. 3. dixit conſuetudinem in lo-
6 co legem vincere, conſuetudo enim loci eſt
7 obſeruanda, Gabriel. in lib. commun. concluſion. concluſ. 1. de conſuetudin. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 14. num. 4. & deciſ. 62. num. 14. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 36. Burſat. in conſ. 40. num. 12. volum. 1. Caroçc. in de-
8 ciſ. 111. num. 9. & hinc conſuetudo etiam mala excuſat cap. cum venerabilis de conſuetudin. Franciſc. Marc. in deciſ. 61. num. 4. volum. 1. Grammatic. in deciſ. 50. num. 3. Carrocc. in deciſ. 13. num. 5. Magonius in deciſ. 27. num. 31. Surdus in conſ. 270. num. 25. volum. 2. Bertazzol. in conſ. criminal. 263. num. 19. volum. 2.
9 Menoch. conſ. 1. num. 257. & facere poteſt, quod facere poſſet pactum, Afflict. in deciſ. 91. num. 9. & deciſ. 258. num. 2. & propterea
10 conſuetudo iuriſdictionem tribuit alicui priuato cap. cum contingat vbi gloſ. de foro competenti, Balbus in deciſ. 120. Franciſc. Marc. in deciſ. 426. volum. 1. gloſ. in l. 1. C. de emanci-
11 pat. liber. Menoch. in conſ. 112. num. 63. volum. 2. & hinc quoad ſucceſſiones ſeruanda eſt conſuetudo loci, in quo quis defunctus eſt, Coler. in deciſ. German. 203. num. 18. Franciſc. Marc. in deciſ. 316. num. 2. volum. 1. loci enim
12 vbi res, de qua agitur, ſita eſt conſuetudo inſpicitur, Bellamer. in deciſ. 2. vt videmus in prælationibus, in quibus conſuetudo attenditur, vt
13 ex Bald. in cap. cum olim extra de conſuetudin. l. obſeruare §. antequam ff. de offic. Proconſul. Natt. in conſ. 62. num. 7. volum. 1. argument. gloſ. in cap. legitimus in verbo nec altera
14 93. diſtinct. & quoad ſollemnitates concernentes litis ordinationem, & ordinem procedendi in proceſſu conſuetudinem loci ipſius iudicij attendi debere, voluit text. in l. teſtium in fine ff. de teſtibus, Guid. Pap. in deciſ. 267. ſub num.
15 1. Conſuetudo enim optima legum interpres eſt, Afflict. in deciſ. 166. ſub num. 9. & deciſ. 173. num. 3. Bald. in conſ. 136. volum. 2. Menoch. in conſ. 32. num. 44. volum. 1. Natt. in conſ. 406. num. 25. volum. 2. Tiraquell. de no-
16 bilitate cap. 10. num. 9. & etiam optima interpres contractuum dicitur l. quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædilit. edict. Magon. in deciſ. Florent. 56. num. 3. & in deciſ. Lucenſ. 7. num. 31. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 83. num. 10. Berous in conſ. 92. num. 10. volum 3. Rota diuerſ. in deciſ. 615. num. 4. part. 1. & lex omnis poſi-
17 tiua per conſuetudinem tollitur: conſuetudo enim facit ſilere leges, & Principum reſcripta, Scapp. de iure non ſcripto lib. 5. cap. 27. num. 5.
18 Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 71. num. 5. quia loci, vbi fit contractus conſuetudo attenditur l. ſi fundum ff. de euictionibus, Afflict. in deciſ. 226. num. 6. & propterea ſi agitur de ponderando, & menſurando fortè rem venditam, attenditur conſuetudo loci contractus, Afflict. in deciſ. 393. num. 5. Cacheran. in deciſ. 114. ſub num. 4. plenè Roland. à Valle in conſ. 100. per totum, Cæuallos practicar. opinion. commun. contra commun. quæſt. 733. num. 15. ſimiliter etiam, vbi agitur de inſtrumentis dotalibus cõficiendis, attenditur conſuetudo loci, vbi matrimonium celebratur, vt habetur per Alber. in l. exigere ff. de judic. & per Afflict. in deciſ. 226.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Refertur deciſio articuli.*
3 *Superior tenetur ſe interponere, vt vnuſquiſque vtatur iuribus ſuis.*
4 *Vbi de honorificentia agitur, dicitur cauſa grauis.*
5 *Honor vitæ adæquatur, & vide nu. 16.*
6 *Honor eſt præferendus omni lucro.*
7 *Verecundum reputatur, honorem inultum relinquere.*
8 *Actio iniuriarum datur contra amouentem ſcamnum de loco, in quo laicus ius ſedendi habebat.*
9 *Ius ſedendi prout iuſpatronatus in Eccleſia tranſit ad hæredes.*
10 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco*

Digitized by Google

*loco poteſt armata manu reſiſtere ei, qui vult
illum amouere.*
11 *Quasi poſſeſsio ſedendi acquiritur vnico actu, &
facit, vt in dubio pro poſſeſſoribus pronuncie-
tur num.12.*
13 *Laici non acquirunt ius in ſedibus in Eccleſia,
niſi ex tolerantia Epiſcopi.*
14 *Crudelis dicitur ille, qui propriam famam negli-
git.*
15 *Dum quis probibetur in loco ſolito ſedere ſi de-
fendendo ſe, ne ab illo loco deijciatur aduerſa-
rium probibentem occiderit, punitur pœna ex-
traordinaria.*
17 *Actio iniuriarum non eſt danda contra eum, qui
non patitur honorem alicui decerni, intellige
vt num.18.*
19 *Probibitus ab honore altius ſedendi habet inter-
dictum vti poſſidetis.*

Ad effectum, vt Rector valeat vti ho-
noribus, iuribus, & præcedentijs in
eius Eccleſia, poteſt Epiſcopus aſſi-
gnare horam, & tempus diuina cele-
brandi.

DECISIO LXVIII.

1 ORta controuerſia inter Rectorē, & quoſ-
dam Presbyteros Eccleſiæ collegiatæ hu-
ius Diœceſis ſuper precedentia dicti Rectoris,
2 fuit per modum prouiſionis adiecta certa ho-
ra, & tempus intra quot teneātur dicti Presby-
teri conuenire ad diuina celebrandum, ad effe-
ctum, vt preſatus Rector valeat vti iuribus ſuis,
& præcedere alios, quæ deciſio habuit optimū
fundamentum ex eo, quod de iure tenetur Su-
perior eius partes interponere, vt vnuſquiſque
3 vtatur iuribus ſuis cap.fin.vbi Abb.de tranſact.
præſertim in cauſis præcedentiarum ſecundum
Menoch.in conſ.123.nu.7. & ſeq.vol.1. Alciat.
conſ.16.nu.4.Ripa conſ.27. Huius autem præ-
rogatiuæ obſeruantiam magniſaciendam eſſe,
4 inquit text. in l.obſeruare §. hoc autem ff.de
offic. Proconſul. dicitur enim cauſa grauis, vbi
de honorificentia tractatur l. Iulianus ff. ſi quis
omiſſ.cauſ.teſtam.Bald.in l.1.ff.de probat.Caſ-
ſan.in catalog.glor.mund.par.1. conſid.2. Ge-
rard.ſing.82. Vbald.in ſing.77. & vitæ adæqua-
5 tur l.iuſta ff. de manumiſſ.vindict. & omni lu-
cro præferendum, inquit Bald. conſ.382. nu.2.
6 vol.5.ſubdens poſt Apoſtillā, expedit mihi ma-
gis mori, quam vt gloriā meam quis euacuet;
7 ideoq; verecundum reputatur honorem inul-
tum relinquere l miles §.ſocer ff.de adult.pro-
8 ut dicimus in ſimili, quod datur actio iniuriarū
contra amouentem ſcamnum de loco, in quo
laicus habebat ius ſedendi in digniori parte Ec-
cleſiæ, quia eſt ius honorificum, quod acquiri-
tur per ſucceſſionem, ſuccedendo ei, qui illud
ius quæſiuit quamuis ſit extraneus, ita vt adſint
plures hæredes præferatur dignior, & magis
idoneus, Pariſ.conſ.149. lib.4. & de iure, quod
9 habet inſtitutor maioratus in ſedilibus, & ban-
chis, quod tranſeat ad ſucceſſores quemadmo-
dum iuſpatronatus, prout concludit Molin. de
hiſpan.primog.lib.1.cap.23.num.35. adeò quod
10 exiſtens in huiuſmodi quaſi poſſeſſione ſeden-
di in ſuperiori loco, & præcedendi, poſſit etiam
armata manu reſiſtere ei, qui vult illum amo-
uere, Bald.in l.obſeruare §.antequam in fine
ff.de offic.Proconſul. Menoch. conſ.257. num.
55.lib.3. & conſ.902.nu.77.lib.10. quæ quidem
11 poſſeſſio acquiritur vnico actu, prout in ſpe-
cie concludit Marzar. in conſ.vltim.lib.1.idem
Menoch.conſ.126.nu.6. lib.2. & iſta quaſi poſ-
12 ſeſſio operabitur, vt in dubio ſit pronuncian-
dum pro iſtis quaſi poſſeſſoribus, Cardin.conſ.
13 51.nu.40.lib.1. licet alias inuito Epiſcopo laici
non acquirant hoc ius in banchis, ſeù ſedibus
in Eccleſia, ſed ſolum ex tolerantia, & ex gra-
tia, ſicut in iurepatronatus, Abb.in cap.abhor-
rendæ nu.13. col.2. in princ. verſ.quidquid ta-
mē dicatur de ſepult.Molin.de hiſpan.primog.
lib.1.cap.23.nu.34. in fin. Rot.Diuerſor.deciſ.
222.nu.1.par.1. prout etiam tolerantia Epiſco-
pi ſatis eſſet ad acquirendum ius ſepulturę in
Eccleſia, dūmodò ſequatur illatio mortui, quia
alias non ſufficeret ad prohibendum ne alij ibi
ſepeliātur, Rot.Diuerſor.deciſ.787.par.1.& ar-
mata manu, ita Bald.in d.l.obſeruare §.ante quā
in fin. verſ.& qui vult ff.de offic.Proconſ. ſub-
dens neminem teneri iniuriam pati, vel pro-
prij honoris iacturam l.1.in princ. ff.de poſtu-
lat.ſequitur Iaſ.in l.ſi non ſortem §.libertus nu.
23. verſ.ſi adde ff.de condit.indeb..comprobat
Petr.Gerard. in ſing. 33. nobiles præhonoran-
tur, Gulielm.de Benedict. in cap.Raynutius in
verb.duas habens filias nu.21.verſ.plus dicit, &
14 latè declarat Cordub. in l. ſi quis à liberis in
princ.nu.30. & 31. ff.de liber.agnoſc.quia cru-
delis eſt ille, qui propriam negligit famam, ita
Bald.in cap.1.nu.16.de pac.tenend. Dec.conſ.
15 487.nu.3.& in conſ.686.nu.8. Immò dum quis
prohibetur in loco ſolito ſedere ſi defendendo
ſe, ne ab illo loco deijciatur, aduerſarium pro-
hibentem occiderit, non poterit puniri pœna
ordināria, ſi ad arma prouocatus ſit, quia cauſa
16 honoris, & vitę æquiparantur, gloſ.in §.ſuſpe-
ctus inſtit.de ſuſpect.tutor.& ita in ſpecie con-
cludit Rebuff.in l.vnic.nu.354.gloſ.1. C.de ſen-
tent.quę pro eo, ꝙ inter.Cordub. in d.l.ſi quis
à liberis in princ.nu.33.& 34.ff.de liber.agnoſc.

Non obſtat, quod nō detur actio iniuriarum
17 aduerſus eum, qui non patitur alicui honorem
decerni l. iniuriarum actio 12. §. ſi quis de ho-
noribus ff. de iniur. quamuis poſſit implorari
officium Iudicis.Io.Fab in §.aliam inſtit.de bo-
nor.poſſeſſ.vbi de nobilibus matronis, quę non
agunt actione iniuriarum, ſed implorant offi-
cium Iudicis aduerſus alias nō tàm inclytæ no-
bilitatis, vt defendantur in vſu ſedendi in Ec-
cleſia, aut offerendi. Iaſ.in l.ſi non ſortem §. li-
bertas ff.de condict.indeb.

Quia contrarium eſt verius, quod etiam de-
tur actio iniuriarum aduerſus prohibentem
18 decerni honorē, cum nemo teneatur pati, quod
honor ſuus paruipendatur l.1.in princ.ff.de po-
ſtul. prout in ſpecie concludit Bald. in l.obſer-

Digitized by Google

uare §.antequam n.2.ff.de offic.Proconſul.cum alijs per Gerard.ſing.33. & ibi Addit.Caſſan.in catalog.glor.mund.par.1.conſid.2. intelligendo reſpectu honoris, qui alicui præſtatur ratione ordinis, & gradus; hic enim eſt neceſſario tribuendus l. potioris §. C. de offic. Rector. Prouinc. cum aliud ſit in honore, qui defertur ob virtutis præmium nullo iure cogente, ſed ſola voluntate deferentis, prout in viro benemerito, in cuius memoriam ſtatua in foro collocatur, hoc enim caſu non datur actio iniuriarum aduerſus eum, qui non eſt paſſus honorem illum decerni, quia hic honor non petitur, ſed præſtari ſolet l.2.§.pen.ff.de orig.iur. Bart.in l. Barbarius nu.2. ff.de offic.Prætor. & ita loquitur text. ex aduerſo allegatus in d.l.iniuriarum actio.§.ſi de honorib. ff.de iniur. prout ita in ſpecie latè diſtinguit, & declarat Goſtlub.in d. l.ſi quis à liberis in princ.nu.30.vſque ad 32. ff. de liber.agnoſc.

Præterea Iudicis officium datur aduerſus eũ, qui prohibet honorem decerni, quando hic honor nunquam fuit delatus, & ita loquuntur Io. Fab.& alij in contrariũ allegati.aliud eſt quando quis prohibet honorem præſtari ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione illius: tunc enim etiam datur actio iniuriarum aduerſus prohibentem, prout diſtinguit concordando opiniones Purpur.in l.1.nu.91.ff.de iuriſdict.omn.iudic. ideò etiam iſti, qui prohibentur ab huiuſmodi ho-
17 nore habent interdictum vti poſſidetis.vel vnde vi cap.licet cauſam 19.& ibi Bald.num.6. & Felyn.nu.1. ile probat, cum alijs per Rebuff.in l.vnic.nu.351.gloſ.1. C.de ſentent.quæ pro eo, quod inter. profer. vbi etiam adducit aliam diſtinctionem, quando detur actio iniuriarum, vel officium Iudicis in huiuſmodi honoribus, qui deferri prohibentur.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Magiſter Actorum Ordinarij dicitur de eius familia.*
3 *Familiaris Epiſcopi gaudet priuilegio eiuſdem Epiſcopi.*
4 *Priuilegium alicui conceſſum extenditur etiam ad eius familiam.*
5 *Seruientes Eccleſiæ fruuntur eiſdem priuilegijs, quibus fruitur Eccleſia.*
6 *Priuilegia ſcholarium extenduntur ad eorum familiam.*
7 *Familiares comprehenduntur in priuilegio Dominorum.*
8 *Priuilegium Neapolitanorum, quod trahant, & non trahantur, extenditur etiam ad eorum negotiorum geſtores.*
9 *Curiales ſunt cognoſcendi ab illo Iudice, qui Curiæ præeſt.*
10 *Refertur deciſ.Sac.Conſ. Collateralis Neapolitani, vbi fuit dictum, quod Porterij Conſilij ſint cognoſcendi à Præſidente ipſius Conſilij.*
11 *Iuriſdictio conceſſa Illuſtriſſimo Nuncio Apoſtolico Neapolitano eſt priuatiuè, cum clauſula abdicatiua.*
12 *Declaratur regula, quod iuriſdictio cenſetur conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè.*

Nuncius Apoſtolicus, an cognoſcat de illicita negotiatione facta per Magiſtrum Actorum foraneum Ordinarij.

DECISIO LXIX.

CVm eſſet per Curiam Illuſtriſſimi Nuncij Apoſtolici inquiſitus, & captus quidam Magiſter Actorũ Vicarij foranei Cur. Archie-
1 piſc.Neapol.pro illicita negotiatione, petijt remiſſionem cauſæ ad dictam Curiam, quare fuit dubitatum quid iuris.& dicebatur primo, quod eſſet concedenda remiſſio ex pluribus, & Primò ex eo, quod inquiſitus erat Magiſter Acto-
2 rũ Vicarij foranei Illuſtriſſimi Domini, & conſequenter vti talis dicitur familiaris, Gratian.in deciſ.233. poſt Caſtrenſ.in l.nulli C.de epiſc.&
3 cler.& Ant.Macer.lib.3.reſol.77.& de iure clarum eſt, familiarem Epiſcopi gaudere priuilegio eiuſdem Epiſcopi cap fin. de offic. Archid. cap.cum nõ ab homine de iudic. Theſ.in deciſ. 22. n.6.Maceratẽſ.variar.reſol.reſol.75.Capyc. in deciſ.12.Viu.in deciſ.116.Gratian.in d.deciſ. 233.nu.1.Farinac.in pract.crim.in q.8.n.46.vbi
4 aſſerit iſtam eſſe cõem opinionem, & regulare eſt, priuilegium alicui conceſſum extendi etiam ad eius familiarem, ex latè traditis per Capyc. in d.deciſ.12. & facit text.in cap.Eccleſiarum
5 ſeruos 12.q.2.vbi ſeruientes Eccleſiæ fruuntur eiſdẽ priuilegijs, quibus vtitur Eccleſia, & ideò iſti etiam ſunt conueniendi coram Iudice Eccleſiaſtico, gloſ. in cap. nullus Iudicum de foro compet. Aufrer.in tract. de poteſt. Iudicis Eccleſiaſtici ſuper laicis.& eorum bonis num.37. Decian.in tract.crim.par.1.lib.4.cap.9.num.27. Alpher.conſ.44.nu.2 Bellug.in Specul.Princip. rubr.11.§.videndum nu.6.verſ.nam gloſ.& meritò conſuluit Caball. in conſ.77.vol.1. priuile-
6 gium conceſſum ſcholaribus extendi ad eorum familiam, vt voluit etiam Menoch.de arbitr.iudic.caſ.368.nu.10. & Oldrad.conſ.293. ſcripſit familiares comprehendi in priuilegio Domi-
7 norum, ſequitur Rot.Gen.in deciſ.130.Theſ.in d.deciſ.22.Carauit.rit.46.nu.27.Campagn.in cap. Regni ſtatuimus nu.4. vnde dixit Bocr.in
8 deciſ.112.quod exempto Domino, eius quoque familiares exempti dicuntur, & ideò priuilegiũ Neapolitanis conceſſum, vt trahant, & non trahantur, competit etiam negotiorum geſtoribus Neapolitanorum, Anna ſing.401. allegat text.in l.hæres abſẽs § apud Labeonem ff.de iudic. vbi ſi Dominus habet ſeruum Romæ, qui eius negotia gerit, trahitur in iudicium Romæ, vbi ſe defendat quia ita habetur, ac ſi coram Domino contraxiſſet. Inſuper dicebatur dictum inquiſitum, vt curialem Illuſtr. Ordinarij eſſe exemptum à iuriſdictione dicti Nuncij Apoſtolici.cũ
9 curiales cognoſci debeãt ab illo Iudice, qui curiæ præeſt l.1. C.de curial.lib.11. vbi gloſ.in verb. pulſandum, quæ intelligit illum textum in omni iudice ciuili, & criminali, & vt dicit Luc.

Digitized by Google

de Pon. in rubr. C. de appell. Præfect. vrb. lib. 12. quod omnes miniſtri, & officiales ſub eo magiſtratu prouidè conueniuntur, ad cuius prouidentiam, & iudicium illius miniſterium, & officiũ
10 noſcitur prouenire, vt fuiſſe deciſum in Sac. Conſil. Collaterali in cauſa Porteriorum Sacr. Conſ. refert de Ponte deciſ. 36.

In contrarium dicebatur, quod iuriſdictio
11 concessa Illuſtriſſimo Nuntio Apoſtolico eſt priuatiua, cum clauſula abdicatiua, quæ efficit, vt ipſe ſolus cognoſcat in certis caſibus, & ſignanter in negotiatione illicita, prout in caſu noſtro, quæ clauſula adimit ſimiliter iuriſdictionem alijs, Capyc. in deciſ. 9. Feller. in ſua pract. crim. in verb. audiantur excuſatores nu. 68. Gramm. in deciſ. 30. nu. 1. & ad eum bona addit. Audit. Petra, Ioſeph. Ludou. lib. comm. cõcluſ. concl. 20. fall. 1. & quamuis iuriſdictio alicui concessa ſuper certo genere cauſarum non adimat ordinariam poteſtatẽ alterius Iudicis, Bart. l. 1. ff. de offic. Præfect. vrb. vbi dicit, quod licet ſit vnus Officialis ſpecialis ſuper damnis datis, vel ſuper abundantia, nõ tamẽ propter hoc tollitur iuriſdictio, quam habet Poteſtas, qui habet vniuerſalẽ remiſſionem, quod & voluit Dec. loquens de Poteſtate Florentiæ cõſ. 3. n. 3. Corn. conſ. 96. nu. 8. & ſeq. lib. 1. Aretin. conſ. 83. Roman. conſ. 293. Natt. conſ. 536. nu. 24. Roland. à Vall. conſ. 80. lib. 2. adeò quod eſt vera, recepta, atque cõmunis opinio, vt per Iaſ. in l. quod ex rerum §. ſi quis poſt ff. de leg. 1. Corn. d. conſ. 96. nu. 12. lib. 1. Bero. conſ. 21. nu. 25. 27. 28. & 42. lib. 1. Decian. reſponſ. 118. nu. 22. & ſeq. lib. 3. & reſponſ. 35. nu. 52. lib. 2. Ann. in ſing. 631. vbi Filius in addit. quem allegauit ad hoc eruditiſſimus iuuenis D. Ioan. Maria Nouarius, Nihil fuit determinatum circa hunc caſum, ſed res fuit amicabiliter ſopita.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Punitur affectus licet non ſequatur effectus, ſed contrarium eſt de conſuetudine, vt nu. 6.*
3 *Carceratus, qui effregit carceres, & iam exibat ſi fuerit captus, habetur tanquam aufugiſſet.*
4 *Idem operatur præparatio fugæ, quod operatur ipſa fuga.*
5 *Refertur deciſ. Cur. Archiepiſc. in hoc facto.*
6 *Ex generali conſuetudine Italiæ non punitur affectus, niſi ſequatur effectus.*
7 *Emphyteuta non priuatur re emphyteutica, niſi cum effectu vendatur, & ideò ſi exponit rem venalem, & non vendit, ea non priuatur, vt nu. 8. & ſimiliter quando alienatio fuit nulla ex aliqua cauſa, vt nu. 9.*
10 *Refertur reſponſio facta à D. Io. Maria Nouario, quod ſcilicet pragmatica, Item de falſis, nõ procedit in eo, qui tantum petit debitum.*
11 *Iura temporalia non poſſunt ſtatuere contra perſonas Eccleſiaſticas.*
12 *Statuta regulantur à iuriſdictione.*
13 *Vt valeat ſtatutum, requiritur, quod ſtatuens habeat imperium ſuper illos, quibus ſtatutum impoſitur.*
14 *Nulla lex poteſt ligare non ſubditum.*
15 *Princeps ſecularis non habet poteſtatem ſuper clericos.*

Clericus præſentans apochas falſas Banco, & non exigens pecuniam, an veniat puniendus pena ordinaria.

DECISIO LXX.

1 CVm quidam clericus præſentaſſet apochas falſas Banco, & non exegiſſet pecuniam, fuit dubitatum ſi eſſet puniendus pena ordinaria, ac ſi pecuniam exegiſſet, & pro affirmatiua opinione inſurgebat vulgaris diſpoſitio text. in l. ſi quis non dicam rapere C. de ſacroſ. eccl. vbi
2 punitur affectus, licet non ſequatur effectus, vt dixerunt in ſimili etiam Boer. in deciſ. 215. & Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 301. quod carceratus, qui effregit carcerem, & iam exibat, & ite-
3 rum fuit captus, perinde habetur, ac ſi perfectè aufugiſſet, vt voluit etiam Bertazz. conſ. 35. vol. 1. Duen. regul. 232. Maſcard. concl. 820. vol. 2. & idem operatur præparatio fugæ, quod operatur
4 ipſa fuga, Bald. in l. pen. C. de pign. act. Marſil. in l. 1. nu. 28. ff. de quæſt. Rimin. Iun. conſ. 302. nu. 11. vol. 3. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 21. nu. 75.

Cæterùm præfatis minime obſtantibus con-
5 trarium fuit deciſum, & dictus clericus fuit cõdemnatus pena extraordinaria ad exulandum per quadriennium & moti fuimus, quia ex generali conſuetudine Italiæ non punitur affectus niſi ſequatur effectus, Grammat. in deciſ. 2. nu. 8. & ſeq. Vrſill. deciſ. 21. nu. 14. Theſaur. in deciſ. 243. nu. 2. & 3. Maſtrill. in deciſ. Rot. Sicil. 155. in
6 princ. quod procedit etiam ſtatuto aliter diſponente, Bald. conſ. 356. vol. 1. Hippol. conſ. 51. nu. 6. Farinac. conſ. 17. nu. 49. Ioſeph. Ludou. in deciſ. 8. nu. 3. vnde videmus, quod & ſi à lege im-
7 ponatur pœna priuationis emphyteutæ vendẽti rem ſine Domini voluntate, tamen intelligitur de venditione quæ habuit effectum per traditionem ſecutam, ſecundum Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua q. 95. nu. 118. Alber. in l. fin. in fin. & ibi Salyc. nu. 19. Iaſ. num. 132. C. de iur. emphyt. Alex. in conſ. 173. nu. 2. vol. 2. Tiraquel. de conſtit. poſſ. par. 2. limit. 26. nu. 1. & ſeq. & infinitos concordantes congerit Corbul. in tract. de cauſ. quib. emphyt. priuat. in tit. de cauſ. ex alien. limit. 38. in princ. ſicuti etiam non indu-
8 citur priuatio ex eo, quod emphyteuta non expoſuerit rem venalem, vt per Iaſ. in d. l. fin. in 6. notab. nu. 26. Berou. in conſ. 270. nu. 16. vol. 1.
9 Corbul. loco predicto limit. 10. & ſimiliter quãdo alienatio fuit nulla ex aliqua cauſa, Iaſ. d. l. fin. n. 139. Alciat. conſ. 158. nu. 5. Tiraqu. de retract. conſangu. §. 1. gloſ. 2. nu. 6. Corbul. limit. 22. vbi infert ad plures caſus notabiles, & limit. 23. idẽ dicit quando venditio eſſet facta, vel ſimulata
10 poſt Caſtr. Ferdin. Loaz. Tiraquell. ab eo citatos, & hinc doctè interrogatus reſpondit peritiſſimus adoleſcẽs D. Io. Maria Nouarius, quod pena pragmaticæ, Item de falſis, non ſit puniendus ille, qui petijt tantum debitum, ſed nõ exegit

git cum effectu, etiam ſi ad actum exequutio-
nis deueniſſet, & alleg.text. in l. Papinianus §.
meminiſſe ff.de inoffic.teſtam. l.qui cum natu
maior §.accuſaſſe, & l.ſeruitutes §.petijſſe ff.de
bon.liber.Barz.in deciſ.76.num.14.cum ſeq. &
Hieronym.de Monte variar.quæſt.iur.q.29.nu.
47.moti fuimus etiam, quia ſolus Pandectarius
omnia depoſuerat,& in hoc non obſtat pragm.
8.de falſis,vbi ſufficit depoſitio principalis cum
cõparatione literarum,etiam ſi non ſit ſequuta
11 numeratio,quia reſpondetur pragmaticam lo-
cum non habere cum ſimus in perſona Eccle-
ſiaſtica,contra quam iura temporalia ſtatuere
non poſſunt cap.bene quidem 96.diſtinct. cap.
at ſi clerici,& cap.qualiter de iud. cap.2.de for.
comp. cap.continua 11.q.1. cap.non minus, &
cap.aduerſus de immunit.eccl. cap.quamquam
de cenſib.in ſexto,cap.1.cap.clericis, & cap.fin.
de immun.eccl.in ſexto,auth.caſſa, & irrita C.
de ſacroſ. eccl. cap.quæ in eccleſiarum, & cap.
Eccleſia S.Mariæ de conſtit.quia ſtatuta regu-
12 lantur à iuriſdictione,& poteſtate ſtatuentium,
Bart.in l.omnes populi in 1.quæſt.primæ quæſt.
princip.ff.de iuſtit.& iur.Bald.in l.fin. C.de iu-
riſd.omn.iudic. Benincaſ.in tract.de paup.q.8.
ſpecial.4.nu.74. & vt valeat ſtatutum, & vt ali-
13 quos comprehendat, requiritur omninò po-
teſtas ſtatuendi ſuper illos, Bald.in cap.Eccleſia
S.Mariæ num.2.de conſtit.vbi dicit, quod alias
ſtatutum eſt ipſo iure nullum, huius rei ea eſt
14 ratio, quia nulla lex poteſt ligare, & compre-
hendere non ſubditum cap.1.iuncta gloſ.de cõ-
ſtit. cap.2. eod.tit.in ſexto, cap.à nobis de ſen-
tẽt.excomm.cum alijs iuribus,quæ allegat Re-
15 buff.in prohem.conſtit.Galliæ gloſ.1.nu.59.ſed
in ſeculari Principe quoad clericos deficit po-
teſtas, & conſequenter eos non comprehendit,
Doctor.in d.cap.Eccleſia S.Mariæ, & in d cap.
quod clericis, Corn.conſ.145.nu.4.lib.4. Paul.
de Caſtr.conſ.157. nu.1. lib.2. vbi teſtatur de
communi opinione,Surd.conſ.301.nu.46. Hõ-
ded.conſ.20.nu.6.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Thorus ob nefandum crimen ſeparatur.*
2 *Dictum ſodomitati facit aliqualem probationem.*
3 *Fundamentum intentionis ſuæ vnuſquiſque probare tenetur.*
4 *Probatio Actoris debet eſſe certa,& concludens, non autem dubia,& incerta.*
5 *Quilibet tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis,ſiuè negatiuum,ſiuè affirmatiuum.*
6 *Fundamentum intẽtionis venit probandum in omnibus actionibus,ſiuè quis agat, ſiuè excipiat.*
7 *Actor, & reus tenentur probare eius intẽtionem.*
8 *Actore non probante reus abſoluitur.*
9 *Solus conqueſtus mulieris non ſufficit ad ſeparationem Thori.*
10 *Nullus in proprio facto dicitur idoneus teſtis, & vide nu. 13.*
11 *Confeſſioni ſupplicantis ſtatur in eius præiudicium.*
12 *Reus ſi aliquid fateatur in ſuis exceptionibus, ſtatur in eius præiudicium.*
14 *Quando inhabilitas reſultat ex intereſſe,habilitas magna vnius non ſupplet aliam.*
15 *Quis non poteſt in propria cauſa aliquam authoritatem exercere.*
16 *Refertur conſultatio D.Io.Mariæ Nouarij.*
17 *Reſpondetur contrarijs.*

An ſolus conqueſtus mulieris de vitio nefando, ſit de per ſe ſufficiens ad ſeparationem Thori.

DECISIO LXXI.

1 APertiſſimi iuris eſt apud omnes, ſeparatio-
nem Thori fieri poſſe ob cauſam nefandi
criminis,vt diſponitur per text.in cap.adulteria
cap.flagitia cap.non ſolum 32.q.7. & poſt Abb.
in cap.maritis de adulter.Lambert.qui teſtatur
de communi in tract.de iurepatron.lib.1.par.2.
§.9.art.19.Dec.in l.ſi quæ mulier nu.8.C.de ſe-
cũd.nupt. Clar.in §.ſodomia verb.proponitur,
deciderunt Caualc.in deciſ.Fiuizan 286.Anton.
in deciſ.Cur.Epiſc.Papiæ 79.lib.3.Franc.Marc.
in deciſ.Delph.739.par.2.Lanfranc.in deciſ.71.
Dubitationis articulus tamen in Cur.Archie-
piſc inſurrexit, ſi conqueſtus mulieris ſolùmo-
do aſſerentis ſe fuiſſe tentatam ab eius viro de
crimine nefando,ſit ſufficiens ad ſeparationem
thori, & primo intuitu videbatur affirmatiuè
2 decidẽdum ex eo, quod in hoc crimine dictum
ſodomitati facit aliqualem probationem, Viu.
in deciſ.259. Peguer. in deciſ.85. Gaſp.Theſ.in
quæſt.forenſ.q.25.par.2. Caualc.in deciſ.16. &
latè Ego ipſe in meis collectan. collect.525.er-
go quanto magis dum ipſa mulier hoc aſſerit,
& iuxta hanc opinionem in proprijs terminis
doctr.Innoc.in cap.1.de adulter.quam refert,&
ſequitur D.Iac. Graſſius in conſ.1. eod. tit. vbi
quando maritus pluries voluit trahere vxorem
ad dictum vitium ſodomiticum,debet Iudex ex
ſola querela expoſita vxorem ſequeſtrare in
domo alicuius honeſtæ perſonæ, ad finem eui-
tandi huiuſmodi delicti crimen.
Præfatis tamen non obſtantibus contrarium
iudicauimus in eadem Curia,ex eo, quod fun-
3 damentum intentionis ſuæ vnuſquiſque proba-
re tenetur l.qui accuſare C.de edẽd.l.ei qui di-
cit ff.de probat. l.actor, ꝙ aſſeuerat C. eod.tit.
Cacher.in deciſ.144. nu.15. Decian. in reſp.24.
nu.61. lib. 1. vbi ait, quod probatio actoris de-
4 bet eſſe certa,& concludens, non autem dubia,
& incerta,neque ſufficit,vt concludat per poſſi-
5 bile,ſed per neceſſe,& quilibet tenetur probare
fundamentum ſuæ intentionis,ſiuè affirmatiuũ,
ſiuè negatiuum,Bertrand.in conſ.79.num. 5. &
6 conſ.75.nu.4.lib.3.vbi refert,quod fundamentũ
intentionis venit in omnibus actionibus probã-
dum,quod procedit,ſiuè ſi quis agat, ſiuè exci-
piat, ſiuè aſſerat, ſiuè abneget l.2. ff.de Procu-
7 rat.Crauett.in conſ.226.nu.16.qui inquit,quod
tàm actor,quàm reus tenentur probare eius in-
tentionem,& de exceptione probãda per reum
conſuluit Cephal.in conſ.48.nu.11.& conſ.133.
nu.38.vbi dicit hoc procedere,etiam ſi negati-

uum

uam perſpiceret, Cacheran. in deciſ. 171. Roland.conſ.20. nu.8.lib.4. Dec.in l.ſi emancipati
8 C.de collat.& hinc euenit, quod Actore non probante reus abſoluitur l. qui accuſare C.de edend.latiſſimè Viu.in deciſ.236.& ideò abſque
9 dubio fuit concluſum, quod ſolus conqueſtus mulieris non ſufficeret, nullus enim in proprio
10 facto dicitur idoneus teſtis l. nullus ff.de teſtibus l.in omnibus C.eod. tit. quarè hæc mulier vti in proprio facto deponens,eſt repellenda, Rot. Bononienſ. in deciſ. 71. Farinac. in deciſ. Rot.Roman.178. Grammat.in deciſ.28.nu.12.
11 Mart.in deciſ.Piſana 138.& confeſſioni ſupplicantis minimè ſtatur in eius fauorem, ſed in eius præiudicium l. cum precum, vbi Bald. & Salyc. C.de liberali cauſa, concord. text.in l.ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus in princ. ff. de verbor.oblig at.l.2. C.de inſtit. & ſubſtit. late Maſcard.de probationi. concl.368. Gabr.in lib. commun.concluſioni.concl.4.de confeſſion.lib.
12 1.vt dicimus in reo,qui ſi aliquid fateatur in ſuis exceptionibus ſtatur illi in eius præiudicium l.1. C. de his qui potentiores, & ibi notant Doctor. & præcipuè Bart.Roman.in conſ. 70.poſt nu.10.Gabriel.in d.concluſ.nu.13.Maſcard.in citata concl.168.nu.8.Cacheran.in deciſ.172.Afflict.in deciſ.150.nu.35.& ſeq.& hinc
13 euenit,quod teſtis deponens de facto ſuo in cauſa, in qua habet intereſſe nõ probat d.l.nullus,& l.in omnibus de teſtib. Crauett.conſ.99. num.2.Viu.in deciſ.179.Rota in nouis in deciſ. 52.de appellat.latè Farinac.de teſtib.q.60. Magon.in deciſ.160. & ideò licet alias teſtis vnius inhabilitas ſuppleatur ex magna habilitate al-
14 terius, ſecus tamen eſt quando inhabilitas reſultat ex intereſſe, Soccin. in l.ſi quis ita nu.6. ff.de reb.dub.Roland.in conſ.98.num.34. lib.4. Bertazzol.in conſ.178.nu.16. lib.2. & hoc pro-
15 uenit ex illa iuris regula,ſcilicet iura abhorrere quem aliquid propria authoritate in ſua cauſa,in qua habet intereſſe exercere l.2. C. vt nemini liceat ſine Iudicis authoritate, & meri-
16 tò ex his omnibus, & alijs D. Io.Maria Nouarius conſuluit in quadam cauſa Auerſana, quod aſſertioni patronorum dicentium ſe patronos pro tribus partibus ſubſequuta ſimpliciter inſtitutione Epiſcopi non ſit ſtandum, quin non reddant reſcriptum Apoſtolicum, in quo derogatur dimidiæ parti patronorum ſubreptitiũ, vt patet in eius allegationibus manuſcriptis, quæ fuerunt delatæ in Cur. Epiſc. Auerſana.

Non obſtant ea omnia in contrarium alle-
17 gata,quia procedunt, quãdo vltra aſſertionem innoteſcit aliquod indicium, per quod Iudex poterit moueri ad ita iudicandum,ſecundum Plot.in conſ.143.par.1.nam alias daretur vxoribus maxima facultas,& occaſio viros accuſandi de tali crimine ad effectum ſeparationis Thori,& facilis eſſet ſeparandi Thori modus.

SVMMARIVM.

1 *Capellæ conſtructio non requiritur ad acquirendum iuſpatronatus.*
2 *Iuſpatronatus ex quibus modis acquiratur.*
3 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur ex fundatione.*
4 *Iuſpatronatus dicitur probatũ,docto de fundatione,aut dotatione per authentica documenta.*
5 *Dictio (vel) eſt alternatiua.*
6 *Limita quando ponitur inter genus, & ſpeciem, in hoc enim caſu eſt copulatiua.*
7 *Dictio (alias) poſita per Concil.Trident. in cap. 9.ſeſſ.25.circa modum probandi iuſpatronatus, quid importet.*
8 *Iuſpatronatus ſicuti ex fundatione dotationis, ita & ex conſtructione acquiritur.*
9 *Reædificatio quando eſt ſufficiens ad acquirendum iuſpatronatus.*
10 *Iuſpatronatus ad hoc, vt ex dotatione de nouo facta acquiratur,quæ concurrere debent.*
11 *Concil.Trident.nihil innouauit circa modos probandi iuſpatronatus in perſonis priuatis, & particularibus, ſed tantummodo in perſonas Magnates,Communitates,& Vniuerſitates.*
12 *Et an inter huiuſmodi perſonas Magnates,Communitates, & Vniuerſitates comprehendatur Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ad finem, vt poſſit præſumi vſurpatio.*

Conſtitutio Cappellę,an ſit neceſſaria ad acquirendum iuſpatronatus.

DECISIO LXXII.

1 FVit deciſum Cappellę conſtructionem non eſſe neceſſariam ad acquirendum iuſpatro-
2 natus: nam licet iuſpatronatus ex fundatione, dotatione, & conſtructione quæratur, argum. cap.pię mentis cap.frigent ius cap.monaſterium 16.q.7. Bellamer.in deciſ.717.Franc.Marc.in deciſ.275. in deciſ.1009.nu.6. in deciſ.1135.nu. 1.vol.1.Verall.in deciſ.135.n.1.lib.2.Cantuc.in deciſ.nouiſſ.Romana 85. & in deciſ.167. par.2. vol.2. Paleott.in deciſ.nouiſſ.Romana 388. lib. 3.vol.2.& nouiſſimè habetur per Concil.Trid.
3 in ſeſſ.14. de reformat.cap.12.& ſeſſ.25. de reformat.cap.9.vnde iuſpatronatus in dubio præſumitur ex fundatione.Caſſador.in deciſ.fin.de iurepatron. & deciſ.4.de probat. Mohed.in de-
4 ciſ.5.lib.2. Put.in deciſ.28.lib.1. & deciſ.64.lib. 2. & eo ipſo, quod docetur de fundatione, aut dotatione per authentica documenta reſultat clariſſima probatio,ſecundum Gonzal.gloſ.15. n.34.quo fit,vt ſatis rationabiliter cenſuit Concil. Trid. ſufficere probari titulum iuriſpatronatus,modis de quibus ſupra,vt voluit Pariſ.de confid.benefic.q.28.num.211.Nihilominus ſufficit ad acquirendum huiuſmodi ius, deducere vnum ex tribus, ſcilicet vel fundationem, vel
5 dotationem, vel conſtructionem, vt oſtendit dictio (vel) quæ ponitur in medio,cuius natura eſt aduerſari, vt ſufficiat alteram partem verificari l. ſi hæredi plures ff. de condit. inſtru-
6 mentor. Corn. in conſ.237.colum.4. volum.4. nam hoc non ponitur inter genus, & ſpeciem, quo caſu reſolueretur in copulatiuam l. ille, aut ille ff. de legat.3. l.quintus §. planè ff. de aur.& argent.legat.Alexand.in l.ſi num.8. ff.de iuriſdict.omn.iudic.Bald.in conſ.37.num.9.lib. 5.& hinc eſt, quod omnis diſpoſitio loquens de fundatione, vel dotatione ex identitate rationis

Digitized by Google

nis extenditur ad dotationem ex Caſſador. deciſ.6.de iurepatronat. quo fit, vt verba Concil. ſeſſ.25. cap.9.ibi, aliaſuè ſecũdum iuris diſpoſitionem,intelligenda ſunt de alijs legitimis modis probandi titulum, ſcilicet conſtructione,
7 præſcriptione,fama,&c. prout de iure communi diſponitur: nam illud verbum alias ſignificat, idem quod alio modo, Gonzal.in Regulas Cancellariæ in gloſ.49.poſt Puteu.in deciſ.170. in fin.lib.3. Bart.in l.1,nu.22.de condict. & demonſtrat.Caputaquenſ.in deciſ.210.nu.5.par.1. vnde ſi probatur titulus conſtructionis, quamuis expreſsè à Concilio non exprimatur; nihi-
8 lominus ſufficeret, & ſatisfactum eſſet illius diſpoſitioni:nam non minus acquiritur iuſpatronatus ex conſtructione, quam ex fundatione, vel dotatione.gloſ.in cap.piæ mentis verſ.efficitur autem 16.q.7. Caſſador.in deciſ.6. de iurepatron.Rota diuerſ.in deciſ.598.par.1. Caputaquenſ.in deciſ.133.par.2.cum alijs adductis per Lambertin.de iurepatron.lib.1. par.1.q.2.art.2. nu.1.cum ſeqq. licet aliud ſit in reparatione, ſeù reædificatione,quia tũc non acquiritur iuſpatronatus,niſi reædificatio eſſet adeò neceſſaria,quod Eccleſia eſſet omninò diruta, & noua egeret conſecratione, Lambertin.in d.tract.de iurepatronatus par.1.lib.1.q.6. art.31. num.11. Curt.eiuſdem nominis tractatu q.8.nu.12. in verb.conſtruxit poſt gloſ. in cap.quoniam in verb.fundationis de iurepatronatus,prout ſimi-
10 liter,quia qui ex dotatione de nouo facta prætendit acquirere iuſpatronatus,debet docere dotem primum fuiſſe reductam de eſſe ad non eſſe,Berous conſ.4.num.26.vol.1. Felyn.in cap. venerabilis num.37.de exceptionibus, Curt.vbi ſupra q.3.nu.1.in verb.dotauit, & in vtroque caſu fuit deciſum in vna Sarzanenſ. beneficij 5. Iulij 1599. coram Mellino, & in Compſana iuriſpatronatus 23. Ianuarij 1604. coram Litta, & in Placẽtina Parochialis vltim.Ianuar. 1594. coram Orano, & ſic in terminis ſequitur Pariſ.in d.tract. de confident.benefic. q.23. num.
11 240.ad fin.ex quo infertur, quod Concil.Trident.nihil innouauit, nec immutauit in d.cap. 9.quoad modos probandi titulum iuriſpatronatus ex fundatione,dotatione, aut conſtructione in perſonis priuatis,& particularibus, ſed dumtaxat quoad perſonas potentes, & Magnates, Cõmunitates,& Vniuerſitates,vt firmauit Rota in vna Sabinenſ. beneficiorum 15. Decembris 1581. vt patet ex deciſ.diuerſ.199.nu.5. verſ.& quamuis verum ſit par.2.& deciſ.331.nu.1. eadem par.2. & deciſ.798. ſub nu.4. verſ.non obſtat Concilium Tridentinum par. 1. vbi etiam habetur, quod Capitulum Eccleſiæ Cathedra-
12 lis minimè comprehẽditur inter perſonas Magnates, aut Vniuerſitates, in quibus præſumitur vſurpatio.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Tortura tanta vis eſt, vt in ea perſiſtens puram veritatem dixiſſe præſumatur.*
3 *Homo perſiſtens in tortura melior reputabitur, quam ante accuſationem reputabatur.*
4 *Indicia purgantur per torturam.*
5 *Purgatis indicijs per torturam,reus eſt relaxandus.*
6 *Indicia grauia, & vrgentia purgantur per torturam.*
7 *Refertur deciſio facta in Cur.Archiepiſc.*
8 *Tortura purgat indicia indubitata,& plenas probationes quoad pœnam ordinariam, & ſecus quoad extraordinariam, vbi etiam, quod hæc pœna extraordinaria poteſt eſſe corporalis, & triremium nu.9.*

Indicia grauia, & vrgentia, an purgentur per torturam quoad pœnam extraordinariam.

DECISIO LXXIII.

1 Clericus quidam V.I.D. cum fuiſſet grauiter indiciatus de homicidio in perſonam cuiuſdam alterius clerici, cum tortus fuiſſet, & non confeſſus;fuit dubitatum ſi eſſet liberãdus, & abſoluendus, vel aliqua pœna extraordinaria
2 puniendus,& dicebatur torturam tantę vis eſſe, vt in ea perſiſtens,& negando,vel non perſiſtẽs fatendo, quidquid dixerit puram veritatem dixiſſe præſumitur, gloſ.in l.edictum in verb.efficaciſſima ff.de quæſtionib. Boer.in deciſ.163. nu.12.Couarr.pract.quæſt.cap.23.nu.5.Magon. in deciſ.Lucenſ.89.Clar in ſua pract.in §.fin.q. 64.verſ.illata verò tortura, Gramm.in deciſ.8. poſt nu.1 & 9.& in deciſ.96.num.3. vbi ex hoc
3 infert,ꝙ homo perſiſtens in tortura melior reputabitur, quam ante accuſationẽ reputabatur,
4 ſequitur Bertaz.in cõſ.150. n.12.& in conſ.266. n.2.quare per torturam purgata eſſe indicia extantia contra tortũ ante torturam,cõiter à Doctorib.fuit receptũ, vt poſt Alber.in l.edictum n.2.ff.de quæſtion. ſequuti ſunt Cephal.in cõſ. 621.lib.5. Cartar.in pract. interrog.reor. lib.4. cap.1.nu.13.Burſat.conſ.97.nu.24.lib.1.Carrer. in ſua pract.de indic.& tortur.§.viſo igitur de indicijs nu.20.Cæpoll.in conſ.crim.23.num.18. Clar.in d.§.fi.q.64.eod.verſ.illata verò tortura, vbi alios refert, & propterea purgatis indicijs
5 per torturam,reum fore relaxandum,& abſoluendum, ſcripſerunt Menoch. in tract. de præſumpt.q.63.lib.1.Farinac.in ſua pract.crim.q.4. n.26.poſt Bart.in l.fin.in princ. ff.de quæſtion. Alex.in l.vnius §.reus in verb.nec confitetur ff. eod.Iodoc.in pract.crim.cap.40.in tit.de negat. patient.in tortur. vbi quod ita ſeruetur in practica,& pariter, quod ita ſe habeat conſuetudo Hiſpaniæ,Frãciæ,& Mediolani poſt alios, quos allegat,teſtatur Clar.in ſua pract.q.62.verſ.formæ autem,Boſſ.in tit.de ſentent.num.63. & 72.
6 Imò quod per torturã indicia grauia, & vrgentia purgẽtur,ſenſerunt Marſil.in ſing.262.Crauett.in conſ.178.nu.10. Amen.in ſing.98. Natt. in conſ.202.nu.10.Burſat.in cõſ.79.nu.25.lib.1. Gomez in lib.var.reſol.tom.3.cap.13. in rubr. de tort.reor.nu.20. Gramm.in d.deciſ.8. nu.1. & 6.Boer.in citata deciſ.163.nu.12.& 17.cũ alijs innumeris relatis per Couarr. in lib.practicar.

quæ-

quæſt.cap.23.nu.5.& per Menoch.in ſuo tract. de arbitr.iudic.in addit.ad caſ.273. nu.12.

His tamen non obſtantibus,quæ verè de iure non obſtant; contrarium fuit reſolutum in Cu-
7 ria Archiepiſcopali, & dictum clericum condemnauimus ad relegandum per triennium,& moti ſuimus, tùm quia indicia, quæ contra ipſum vigebant erant vrgentia, & grauiſſima, & quia non fuerat proprie tortus; ſed tantum afflictus alia ſpecie tormenti, vulgò *detti li ſtanghetti*, tùm etiam quia ſupradicta omnia procedunt quoad pœnam ordinariam,& non quo-
8 ad extraordinariam, nam & ſi reus vrgentiſſimis,& indubitatis indicijs,ſeù plenis,& concludentibus probationibus conuictus in tortura perſtiterit,non tamen per hoc efficitur,quin poſſit aliqua extraordinaria pœna condemnari;
9 etiam quod corporalis ſit, puta triremium in perpetuum,vel ad tempus, vt ſæpius Sac.Conſ. Neapol. ſeruaſſe,refert, & teſtatur Grammat. in citata deciſ.8.in princ.& nu.4.verſ.& aduertendum, & nu.8. & in fine deciſionis, & rurſus in vot.12.in fin.& in deciſ.42.& in deciſ.96.ſequitur Boſſ.in tit.de inquiſit. nu.30. Paris de Put.in tractat.de ſyndic.in verb.tortus cap.10. Carrer.in pract.in 2.tract.de indic.& tortur. §. viſo igitur de indic.qualiter indicia ipſa purgétur nu.31.in fin. & ſic etiam ſeruari per Senat. Mediolan. refert Clar.d.q.64.eod.verſ. illata verò tortura,& verſ.in hoc propoſito in fine Cartar.de exequut.ſentent. capto bannito cap. 2.nu.62.& latius nu.65.per tot.vbi loquitur nó ſolum in eo,qui conuictus eſt ex plenis probationibus, ſed etiam in grauato vrgentiſſimis præſumptionibus,& coniecturis,prout etiam loquitur Grammat.in citata deciſ.8.nu.8.& ibi Addit.Auditor.Petra.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Refertur cauſa finalis Bullæ Pij Quinti ſi de protegendis.*
3 *Vbi militat eadem ratio,idem ius eſt ſtatuendum.*
4 *Conſtitutio facta ad euitandas fraudes, concernit publicam vtilitatem.*
5 *Odium fauore publicæ vtilitatis debet ampliari.*
6 *Argumentum à rubricis valet.*
7 *Refertur deciſ.Cur.Archiepiſc.in hoc articulo.*
8 *In pœnali, & ardua materia non eſt facienda extenſio.*
9 *Quis videtur habere voluntatem, prout verba ſonant.*
10 *A verbis contractus non eſt recedendum.*

Offendens eos,qui non ſunt comprehenſi verbis extrauagantis ſi de protegendis,an dicatur impeditor ſancti officij.

DECISIO LXXIV.

1 EX pluribus videbatur dicẽdum,mulierem quandam, quæ percuſſerat clericum, qui indicauerat Curſori ſancti officij,vbi nam eſſet
2 eius mater, aliàs de hæreticalibus ſuperſtitionibus inquiſita,in pœnam bullæ Pij V. incidiſſe,& primò,quia d.cõſtitutionis cauſa finalis colligitur ex ſuis verbis,in princ. argum.text.in l.fin. ff.de hæred.inſtit.Ne ſcilicet cauſæ ſancti officij impediantur, ex quorum verborum generalitate, videbatur quoque incluſam fuiſſe dictam mulierem,cum in ea vigeat eadem rationis di-
3 ſpoſitio,ergo idem ius venit ſtatuendum l.illud ff.ad l.Aquil.Bald.in l.fin.nu.13. ff.de iuriſdict. omn.iudic.plenè Salyc.in l.2. n.21.C.de noxal. action. Secundò,quod cum prædicta Cõſtitutio
4 fuerit condita ad euitandas fraudes; & impedimenta, vtique concernit publicam vtilitatem, Afflict. in deciſ.61. & in conſtit.Regni in locis demanij n.15.circa fin. Marta in deciſ.186.poſt Iaſ. in l.ius publicum in princ. ff. de pact. ergo latè eſt interpretanda, & ſic venit extendenda etiam ad præfatam mulierem, ex latè traditis per Bart.in l.2. §.exercitum ff.de his,qui notãtur infamia, Bald. in l.filiusfamil. ff de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris,vbi inquit,quod odium
5 fauore publicę vtilitatis debet ampliari l.quemadmodum C.de agric. & cenſit.lib. 12. l.vtilitas C.de publica vtilitate, latè Doctores in rubr.ff. ſolut.matrimon.Caſtrenſ.in conſ.23.vbi allegat text.in l.1. §.fin. C.de caduc.toll. Dec.in conſ. 660.nu.6.& 661. num 3. vbi ait,quod procedit etiam in pœnalibus,& in correctorijs,in quibus facienda eſt extenſio, nec tunc dicitur fieri extenſio iuris,ſed terminorum, ſecundum Salyc. in d.l.2.nu.22. Tertiò, quia rubrica eiuſdem Conſtitutionis eſt de non impediendo cauſas ſancti officij,ergo loquitur in genere, ſed militat eadem ratio in dicta muliere,ergo idem ius
6 eſt aſſerendum, valet enim argumentum à rubricis l.Imperatores ff. de in diem adiect. gloſ. in cap.1. & cap.ab arbitris de offic. deleg. in ſexto,& Corn.in conſ.38.vol.4.

Verùm ſupradictis nõn obſtantibus contra-
7 rium indicauit Curia Archiepiſcopalis,decidẽdo, dictam mulierem minimè incidiſſe in pœnam præfatæ Bullæ. & hæc deciſio fuit fundata ex eo, quia puer ille non erat accuſator, teſtis, denunciator,nec miniſter ſancti officij, & con-
8 ſequenter in tàm pœnali,& ardua materia non eſſe faciendam extenſionem in verbis bullæ, à quibus non eſt recedendum,argum.text.in l.nõ
9 aliter ff.de leg.3.Summus Pontifex enim videtur habere voluntatem,prout & verba ſonant l. Labeo §.Tubero ff.de ſuppellectili legata l.nepos Proculo ff.de verbor.ſignif. ſicuti etiam ob
10 eandem rationem à verbis contractus non eſt recedẽdum l.ſi quis ſtipulatus ff.de verb.oblig. l.fideiuſſores magiſtratuum ff.de fideiuſſ.

SVMMARIVM.

1 *Quietatione debitor à creditore liberatur, declaratur nu. 16.*
2 *Pacto tollitur actio creditoris contra debitorem.*
3 *Nouatione tollitur prior obligatio.*
4 *Nouatio etiam per coniecturas inducitur non obſtante l.fin.C.de nouat. modo ſint vrgentiſſimæ.*

Digitized by Google

mæ, & nu.5. quod declaratur nu.19.
Coniecturæ vrgentiſſimæ ad inducendam nouationem.
6 *Delegatio ſoluit obligationem.*
Delegare eſt ſoluere.
7 *Delegatio etiam ſit nutu.*
8 *Delegatione perfecta, liberatur omninò delegans etiam non ſequuta ſolutione à delegato.*
Acceptilatio ius creditoris extinguit.
10 *Abſenti quæritur ius, Notario ſtipulante pro eo.*
11 *Notario ſtipulante pro abſente ei quæritur ius irreuocabiliter.*
12 *Quietatio facta ſub prætextu ſolutionis non ſequutæ, creditoribus non officit.*
13 *Iuramentũ in huiuſmodi quietatione non obſtat.*
14 *Creditor non niſi per ſatisfactionem videtur à iure ſuo recedere.*
15 *Intellectus gloſ.fin.l ſi literarum C.de ſolution.*
17 *Contractus factus præcedente cauſa illum veſtiente, ea non ſequuta reſoluitur.*
18 *Nouatio non fit niſi expreſſè.*
20 *Nouatio per additionem tertij, & per alterius obligationem non inducitur.*
21 *Delegatio requirit perſonas Delegantis Delegati, & Delegatarij.*
22 *Actus vltra agentium voluntatẽ non extenditur.*
23 *Actus à principio inualidus tractu temporis non conualeſcit.*
24 *Delegatus à debitore debet ſtipulari, & promittere ad beneficium creditoris, cui delegatur.*
25 *Afflict. deciſ. 352. quomodo procedat, & quod fuerit votum ipſius non deciſ.Sac.Conſ. nu.26. quod proceſſit potius de conſuetudine mercatorum, quam de iure nu.27.*
28 *Acceptilatio debet fieri per interrogationem à debitore, cum ſimplici declaratione ſatisfactionis facta à creditore.*
29 *Confeſſio ad liberandum valet parte abſente.*
30 *Confeſſio ad liberandum valet parte abſente, ſi facta ſit ſimpliciter, non ſub aliquo prætextu non ſequuto.*

An quietatio facta ſub prætextu ſolutionis, deinde non ſequutæ, noceat quietanti.

DECISIO LXXV.

EXpoſitis venalibus per Cur. Archiepiſcop. Neapol. quibuſdã bonis, ſuper quibus fuerat exequutum ad inſtantiam Dominorum hæredũ quond. D.Io.Antonij Iordani V.I.D. contra D.Vincentium Coſſum pro duc.4000. in circa, vigore inſtrumenti in eadem Curia liquidati, & literarum exequutorialium exinde expeditarũ, allegauit debitor, ſe fuiſſe à dictis hæredibus liberatum, mediante quietatione ab eis facta die 11.Maij 1618. cum declaratione, ſeipſos recepiſſe quãtitatem debitam per medium Banci Sanctæ Mariæ de Populo à D. Io. Iacobo Coſſo, abſentibus tamen tàm dicto debitore, qua D.Io.Iacobo Coſſo, quæ quietatio deinde fuerat reuocata die 26.Iunij ſequentis ab hæredibus prædictis, aſſerentibus ſolutionem non fuiſſe ſequutam (quod quidem à partibus non controuertitur,) & propterea dicebat D. Vincentius ipſum non poſſe amplius à prædictis
1 Dominis de Iordano moleſtari, ſtante dicta quietantia, ex regul. l.emptor §. Lucius ff.de pact. l.Fullo §.qui tabulas ff. de furt. l. pecuniæ
2 C. de ſolut. nam ex vi pacti omne creditorum ius fuit ſublatum, & nulla amplius remanſit illis actio contra debitorem, per text.in l.Labeo ff.de pact. cum concordantibus: nam licet quãtitas debita non fuerat rei veritate ſoluta, quod ipſemet D. Vincentius non negabat, nihilominus ipſe remanſerat abſolutus ex vi nouationis, acceptilationis, & delegationis, & ſi qua actio ſupererat, competebat contra D.Io. Iacobum,
3 non contra ipſum, quod autem nouatione tollatur prior obligatio, eſt expreſſum in l.1. & 2. ff.de nouat. l.nouatione ff.eodem §.præterea inſtitut.quib.mod.toll.oblig. & ibi per Doctor.
4 quam, non obſtante l.fin. C.de nouat. poſſe per coniecturas induci tradiderunt Cyn. in d.l.fin. Alex.conſ.73. vol.2. Lanar.conſ.23. Afflict.deciſ.44. nu.15. Maſtrill.deciſ.40. Steph.Gratian. deciſ.17. Theſaur. deciſ.125. Menoch. conſ.95. Maſcard.de probat.concl.1107.num.18. vol.1. Viu.commun.opinion opin.550.par.2.de Fran-
5 ch.deciſ.15. quæ tamen cõiecturæ vrgentiſſimæ requiruntur ex traditis per Cæſar.Vrſill.ad Afflict.in annot.ad deciſ.353. nu.4. vbi poſt Alex. & Iaſ.in l.qui vſumfructum ff.de verb.obligat. Corn.Barbat.& alios per eũ adductos, eas partim declarat, vnde cum in caſu noſtro duæ ex illis concurrant. Prima, quod inſtrumentum quietationis contradicit inſtrumento debiti. Secunda, quod creditores alterius, quam debitoris promiſſione remanſerunt contenti, ſatis ex eis nouatio demonſtratur, qua mediante debitor
6 eſt liberatus. Delegatione etiam dicebat debitor ſe fuiſſe liberatum, per text.in l.delegare ff. de nouat. & l.2. C.eodem, is enim, qui delegat ſoluere dicitur l.quamuis §. ſi mulier ff.ad velleia. l.qui Libertinus §.ſi creditori ff.de oper.libert. quam delegationem adducebat, nam cum is deberet conſequi ab Illuſtr. Duce S. Agathæ eius nepote nonnullas pecuniarum quantitates, conuenit cum dicto D.Io.Iacobo illius Balio, vt eas ſolueret ſuis creditoribus, & præſertim dictis Dominis de Iordano, qui poſtea talem conuentionem acceptauerunt, dum non ſolum contẽti extiterunt accipere in debitorem dictum Illuſtr. Ducem, ſed ab eius Balio confeſſi fuerunt
7 recepiſſe pecuniam per publicum inſtrumentum, ad notata per Paul.de Caſtr.in l.delegare la ſeconda C.de nouat. vbi nedum per ſtipulationem, ſed per nutum affirmat fieri delegatio-
8 nem; quia ſic inducta, non eſt conſiderandum, quod delegatus non ſoluerit quantitatem delegatam: quia ſtãte delegatione, iam eſt ſublatum ius contra delegantem, ſicut in proprijs termi-
9 nis refert Afflict.in deciſ.353. & demùm acceptilatione debitor affirmabat ſe liberatum, quæ omne creditoris ius tollit l. fin. C. de acceptil. gloſ. in l. ſi obligatum hominem C. de ſolut. ac ſi per confuſionem extingueretur ius illud ſicut acceptilatio ff.de acceptil. nam creditor declara-

clara-

Digitized by Google

clarauerat in dicta quietantia ſe fuiſſe ab eo ſa-
20 tisfactum, quæ declaratio corroboratur à Notario pro eo abſente ſtipulante, quo modo quæritur actio abſenti, Andr. de Iſern. in cap. 1. §. itē ſacramenta de pac. iuram. firm. col. 5. Bald. in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. Doctor. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler ff. de verb. oblig. & Alex. conſ. 31. & 105. lib. 6. Guid. Pap. deciſ. 49. Afflict. deciſ. 393.
21 nu. 8. Capyc. deciſ. 180. Tiraqu. in tract. de iur. poſſ. & quod quæratur ius irreuocabiliter, Dec. conſ. 230. dub. 5. & conſ. 607. nu. 10. & vltra allegatos per Franch. deciſ. 339. Burſat. conſ. 33. Caualc. deciſ. 42. Surd. deciſ. 111. Gratian. deciſ. 39. num. 9. March. deciſ. 267. Theſaur. deciſ. 76. Vaſc. conſult. 55.

His tamen in Congregat. coram Illuſtr. Do-
22 mino diſcuſſis non obſtantibus, fuit deciſum, quietationem prædictam factam ſub prætextu dictæ ſolutionis non ſequutæ creditoribus non officere, per text. expreſſum in l. ſi literarum C. de ſolut. ibi id in proprijs terminis fuit ſtatutū, quod non officeret quietatio cuidam creditori, qui eam fecerat ſub prætextu literarum ad tertium miſſarum pro ſolutione habenda, manda-
23 to non impleto, vt etiam voluerunt ibi Bald. & Salyc. quo caſu nec iuramētum in quietatione adiectum obſtat, vt concludit Daniel Moller. ex mente Caſtr. Dec. Rol. à Vall. & Anchar. in cōment. ad conſtit. Saxon. conſtit. 19. nu. 32. cum ſeq. & poſt eum Ant. Herring. de fideiuſſ. cap. 20. §. 8. num. 12. & optima ratione, quia creditor
24 non videtur à iure ſuo recedere, niſi per ſatisfactionem, vt notabiliter dixit Bald. in l. fin. nu. 4. C. de nouat. & quamuis fuit dubitatum text. prædictum non poſſe huic negotio applicari,
25 cum gloſ. in d. l. ſi literarum dicat, (creditori eſſe experiendum de ſuis iuribus infra 30. dies, qui erant in hac cauſa elapſi tempore reuocationis) attamen reſolutum fuit, illam gloſ. procedere, iuxt. text. in l. in contractibus §. ſuper C. de non numer. pecun. quē allegat, ſcilicet quando adeſt ſimplex confeſſio numerationis, non autem quādo ſub prætextu ſolutionis per apocham fuit facta, hoc enim caſu, creditor nihil à debitore, vel alio eius nomine ſoluente præter apocham recepiſſe confitetur, nihilq; etiam à campſore confeſſus eſt, vnde cum confeſſio numerationis non adſit, nec diſpoſitio d. §. ſuper, & ſucceſſiuè gloſ. illud allegantis procedit.

Nec obſtabat dicta quietantia, qua omne ius
26 creditoris tollitur, ea enim procedunt in ſimplici quietatione ex pacto facta, non quando quietatio fuit facta præcedente certa cauſa,
27 (nempè hanc ſolutionis) quæ veſtit contractū, qua deficiente reſoluitur contractus, ex Bald. in l. petēs C. de pact. Nec obſtat allegata nouatio, quæ ad caſum applicari non poteſt, hæc per l.
28 fin. C. de nouat. non poteſt fieri niſi expreſsè, quod eſt apud omnes receptiſſimum, & licet nonnulli ſenſerint etiam per coniecturas indu-
29 ci, id procederet, vt ipſimet fatentur in vrgentiſſimis coniecturis, quando ſcilicet aliquo modo ſunt inter ſe incompatibiles contractus; nouans, & nouatus: nec ſunt veræ allegatæ coniecturæ, quod addita tertia perſona, vel accepta à creditore alterius promiſſione cenſeatur inducta nouatio, quia hos text. ipſe in d. l. fin. expreſsè reijcit, cumq; quietatio pręſupponat cauſam, & ea ceſſante reſoluatur, non poteſt dici, quod contradicat primo contractui, ſolutione non ſequuta: nam ſi fuiſſet ſequuta ſolutio, non ex vi nouationis, ſed ſolutionis omnis actio fuiſſet extincta l. fin. C. ad exhib. l. ſolutam ff. de ſolut. cum concord.

Allegata delegatio, nec minus obſtat, in qua
21 nedum debitor delegans, & delegatus debet concurrere, ſed etiam creditor, cui fit delegatio, per text. in l. 1. C. de nouat. in ea autem, quæ allegatur creditores non interfuerunt, & ſic non poteſt applicari, nec dicatur, quod conſenſus creditorum ſuperuenit, dùm ipſi confeſſi ſunt recepiſſe pecuniam à Balio delegati, quia in cō-
22 feſſione non fuit facta mentio delegationis, & ſic actus non poterat extendi vltra agentium voluntatem l. omnis, & ibi Bald. ff. ſi cert. pet.
23 Præterea actus à principio inualidus tractu tēporis conualeſcere non poteſt l. filiusfamil. ff. de
24 regul. iur. Quibus accedat, quod in delegatione debet delegatus ſtipulari, & ſe obligare ad beneficium delegatarij, ex dictis per Dec. in l. ſingularia col. fin. ff. ſi cert. pet. quod defuit in caſu, de quo agitur, vnde deciſ. Afflict. 353. non poteſt applicari, ibi enim creditor primum de-
25 bitorem liberauerat recipiendo campſorem in debitorem, qui ipſum ſcripſerat in libris, & fe-
26 cerat literas cambij, quod differt à pręſenti caſu, vltra quod illa votū potius Afflict. fuit, quam
27 deciſio Sac. Conſ. & proceſſit non tàm de iure, quàm ex cōſuetudine mercatorum, vt ipſemet dicit nu. 4. & aſſentit Vrſill. ibidem nu. 6.

Demùm dicta de acceptilatione non obſtāt:
28 nam illa debet fieri per mutuam debitoris interrogationem factam à creditore, an is fuerit ſatisfactus cum ſimplici reſponſione ſatisfactionis, per l. 1. ff. de acceptil. hæc autem non ſimplex declaratio fuit, ſed cum certa cauſa, vt ſupra, nec ad debitoris interrogationem: quapropter termini non concurrunt. Nec eſt facienda vis in allegatis circa id, quod quæratur ius abſenti Notario ſtipulante pro eo: nam illa vera
29 ſunt in terminis, in quibus loquuntur, hic autem tali diſcuſſioni non eſt locus, imò à fortiori dicebatur, validam eſſe cōfeſſionem ad liberandum etiam parte abſente, auth. de teſtibus §. & licet, & Bald. in l. generaliter C. de non nu-
30 mer. pecun. nu. 35. Sed hoc procedere, quando ſimpliciter facta eſt confeſſio, non ſub aliquo prætextu, quod non habuit effectum, nempe ſolutionis per literas, vt hìc. Decretum prædictum fuit latum die 4. Septembris 1618. penes acta Cur. Archiepiſc. Neapol. exiſtente Actuario Io. Leonardo Longobardo.

SVMMARIVM.

1 *Ex modo tractandi, cognoſcitur, quæ ſit concubina, & quæ nam ſit ancilla.*

2 *Concubinatus probatur, ex acceſſu, & quotidiana conuerſatione cum muliere.*

3 *Concubinarius eſt, non ſolum, qui retinet concubi-* nam

nam domi, ſed etiam ſi alibi, puta in domo matris, vel aliarum conſanguinearum retineat, & cum ea aſſiduam habet conſuetudinem.

Ex quibus deductis, concubinatus cenſetur probatus?

DECISIO LXXVI.

QVandoq; in Cur. Archiepiſc. proceſſantur aliqui de crimine cõcubinatus: propterea dubitari ſolet, ex quibus probatus cẽſeatur? Pro cuius articuli dilucidatione præmitto deciſ. Rot. in vna Leodicenſ. hæreditatis 6. Martij coram Illuſtr. Seraphin. cuius tenor eſt: Do-
1 mini dixerunt probari, quod Auguſtinus retinebat Mariam potius pro concubina de facto, quam pro ancilla: nam ea per teſtes probantur, nempe ſuſceptio liberorum, reputatio, tractatus decentior, cura rei familiaris, differentia inter eam, & alias ancillas, magis conueniunt cõcubinæ, quam ſimplici ancillæ. Nec obſtant aliqua miniſteria per eam præſtita, vt eſt lauare pannos, &c. quia etiam hoc plerumque ab vxoribus præſtari ſolet. Non obſtat confeſſio eiuſdem, quia non eſt clara, nec etiam nominatio, de qua in teſtamento, quia fuit pudoris potius cauſa, quam quod ita res ſe haberet, quæritur, an iſti ſuſcepti ex tali coitu, à ſacris canonibus dãnato, teneantur docere, ſe natos non fuiſſe ex ſtupro, vel alias propter publicationem concubinatus ſint inſucceſſibiles, ex his, quæ tradit Diaz in pract. crim. cap. 73. in verb. concubinarij, & Rebuff. de concubin. publ. item, & Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. col. 3.

In Cur. Archiepiſcop. practicatur, vt concu-
2 binatus probatus cenſeatur, dum conſtat, quem habuiſſe acceſſum, & quotidianam conuerſationem cum aliqua muliere inhoneſta, & licet de rigore iuris, ille verè dicatur concubinarius, qui ita domi retinet mulierem, ac ſi eſſet eius vxor, Bald. in auth. licet concubinam ff. de concubin. & alij, quos refert Diaz in pract. crimin. cap. 34. Syluest. in verb. concubinarius nu. 1. dicit ipſe Diaz, quod non ſolum, qui retinet eam
3 domi, ſed qui ſub aliquo colore eam haberet domi ſuæ matris, vel aliquarum conſanguinearum, vel alibi, & cum ea habet aſſiduam conſuetudinem, ratio eſt, quia attenditur ſcandalum, quod à populis concipitur, tàm ſi domi, quàm ſi extra retinetur, & ad hoc inclinat Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat. matrim. vbi concubinarius vocatur etiam, qui extra domum mulierem ſuſpectam retinet, & clarius ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat. in quo, domi, vel extra prohibet conſuetudinem mulierum, cum quibus poſſit haberi ſuſpitio, & eas vocat concubinas.

Non obſtat deciſ. Rot. diuerſ. 254. par. 2. vbi primo enumerat octo requiſita ad conſtituendum verum concubinatum, vt refert Centon. in addit. ad Rotæ 7. nam loquitur quoad effectum ſuccedendi, ſecundum Caſtrenſ. conſ. 23. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pœna, ratione minoris ætatis, minoratur.*
2 *Etiam in atrocioribus delictis parcitur ætati, quamuis minor commiſiſſet homicidium voluntarium.*
3 *Limitatur tamen dicta concluſio, quando minor reus excederet annum vigeſimum, & eſſet conſtitutus inter viginti, & vigintiquinque annos.*

Minor an puniatur pœna ordinaria pro homicidio proditorio?

DECISIO LXXVII.

CLericus Io. Bapt. Saracus cõuictus in Cur. Archiepiſc. de homicidio, cum qualitate proditionis in perſonam cuiuſdam Conſtantini de Atripalda, expoſuit, quod eſſet minor, & propterea ſibi deberi minorari pœnam ordinariam. Pro opinione negatiua adducebatur, quod deciſum reliquit Vrſill. in deciſ. 208. nu. 3. quem citat Viu. in ſylua commun. opinion. cap. 504. & Farinac. de reo confeſſo q. 81. num. 333. vbi minor in delictis atrocioribus, exponitur tormentis, & confeſſus condemnatur, non obſtante minori ætate. & facit quoque Grammat. vot. 14. & in deciſ. 34. nu. 47. ex quo quidam minor pro diuerſis furtis, & vulneribus (licet per teſtes fuiſſet probatum de minori ætate, & appareret ex aſpectu.) Nihilominus fuit per Mag. Cur. vltimo ſupplicio damnatus, ſequitur Maſtril. in deciſ. 161. nu. 4. vnde de Franch. in deciſ. 230. quem ſequitur Farinac. de pœn. temp. q. 92. nu. 108. dixit, quod minori non ſuccurritur in delictis atrocioribus, & propterea minor, parricidium cõmittens, pœna vltimi ſupplicij puniri debet, vt obſeruatum Neapol. in contingentia facti, teſtatur de Franch. citat. deciſ. Hinc eſt (licet minor regulariter non puniatur pœna ordinaria, ſed minoratur pęna,) tamen hoc non procedit in atrociori crimine, vt in facti contingentia fuit deciſum in Collater. Conſil. cum quidam minor occidiſſet mulierem intus Eccleſiam S. Laurentij, dum aquam ſanctam ſumeret, & abſque aliqua cauſa, & quamuis eſſet ætatis ann. 15. fuit illico ſuſpenſus, ob malitiam enim licuit minorem pœna ordinaria punire, Bald. in l. adminiſtrantes §. qui corporis ff. de excuſ. tut. vt refert Gramm. in conſtit. minorum iura ſub nu. 7. col. 2. verſ. niſi in caſu, vbi ponit alium ſimilem caſum, qui in facto occurrerat, ſcilicet minorem vltimo ſupplicio traditum, & flammis combuſtum ob crimen ſodomiæ, & de tali deciſ. etiam meminit Farinac. in tit. de pœn. tẽper. q. 92. nu. 86. Foller. in addit. ad Rob. Maran. in 4. par. ſub nu. 85. in fin. verſ. quid igitur dicendum: Annuens id procedere in minore agente, ſecus in patiente minore, imò Foller. vbi ſupra nu. 84. & ſeq. refert in alio caſu homicidij commiſſi per minorẽ proditoriè, & propria malitia, fuiſſe per M. C. V. ad mortem damnatum, & quod minor veniat puniendus pœna ordinaria,

vide

Digitized by Google

vide eundem Foller.in pract.crim. verb.foriudicantur nu. 7. vbi tenet minorem foriudicari poſſe,iuxta cuius opinionem,ita refert deciſum in Senat.Panorm.Maſtrill.in d.deciſ.161.

Supradictis ſic probatis Cur.Archiepiſc.in anno 1617. 21. Auguſt. contrarium iudicauit, condemnando dictum clericum minorem pro ſupradicto homicidio ad carceres per ſeptem annos,de cuius deciſ.ratione,mirādum non eſt, ſiquidem hæc fundatur,ex infraſcriptis.

1 Primò,quia pęna, ratione minoris ætatis minoratur l.auxilium ff.de minorib.vnde minores mitius puniuntur cap.1.& 2.per tot.de delictis puerorum l.1.C.ſi aduerſ.delict.Minores enim quidquid faciunt ignorant l.1.C.de falſ.monet. propterea excuſantur à pęna ordinaria l. infans ff. de ſicar. Io.Grand.de bell.exul. ſpec.92. fol. 206. Theſaur.deciſ.76. & nouiſſimè Farinac.in tit.de inquiſit. Rouit.in pragm.1. de minorib. Menoch. in tract.de arbitr.iudic. in ſuis addit. nouis ad caſ.329. & latiſſimè Farinac. in 3.vol. in tit.de pœn.tēper.qui plures caſus diſtinguit, idem Menoch.in caſ.356.nu.26.in addit.eſt verum,quod idem Menoch.in d.addit.ad caſ.329. num.19.refert in anno 1592.per Senat.Mediol. minorem 16.ann.fuiſſe condemnatum ad triremes,ſed in illo caſu concurrebat ſæuitia patris, vt ipſemet refert.imò opinionem æquiorem, etiā in atrociſſimis delictis.iuxta terminos præſentis deciſ. citra mortem naturalem, latè defendit Theſ.Iun.in addit.ad deciſ.161.Genitoris,& pro iſta opinione conueniunt ſcripta per eundem D.Senat. in deciſ. 243. in ſuis addit.licet referat plures deciſiones illius Senatus, pro & contra.

2 Secūdò, quia per text.in l.ferè ff.de reg.iur. habentur hæc verba: Ferè in omnibus delictis ætati,& imprudentiæ parcitur, & hoc generale eſſe. teſtatur idem Gaſp. Theſ. in citata deciſ. 161.in addit. qui optimè arbitratur procedere, non ſolùm in ordinarijs delictis, verùm etiam in atrocioribus,vt in falſo. text.eſt in l.Senatus ff.ad l.Cornel. de falſis.in homicidio volūtario, Roland.conſ.77.lib.3. per tot. in præſtante auxilium homicidio,animo deliberato commiſſo, Natt.conſ.458.in ſodomita, Soccin.Iun.conſ.7. lib.3.licet ſecundum eundem Theſaur.loco citato in præfato crimine, Senatus tàm agentes, quam patientes ſoleat ad mortem damnare, quando excedunt vigeſimum annum,& ita fuit in quadam Carienſi cauſa iudicatum, ſe reclamante, de qua dixit in ſuis manuſcriptis deciſ. 722. & hanc mitiorem opinionem ipſe defendebat in quadam ardua cauſa cuiuſdam ſcholaris Sabaudienſis, quæ fuit coram Sereniſſimo diſputata,ſuſtinendo ſententiam Senatus, qua dictum fuerat illum propter homicidium in perſonam cuiuſdam nobilis viri perpetratum, non eſſe ad mortem damnandum,reparata ſententia Capitanei Iuſtitiæ, quæ illum in amputatione capitis damnauerat, de qua tamen cauſa, quæ fuerat notificata apud Principem, qui ob id decreuerat multis Senatoribus ingreſſum Curiæ interdicere,dicemus aliqua ſuo loco, & vidit Senatum extra caſus atrociſſimos ſemper

3 minori vigintiquinque annorum pęnam minoraſſe, & in atrocioribus, niſi minor vigeſimum ſuæ ætatis annum exceſſiſſet, & inter viginti,& vigintiquinque eſſet cōſtitutus à rigoroſa mortis ſententia receſſit, & aliam corporalem mitiorem eſt amplexus opinionem. Tandem tertiò, quia qualitas proditionis, quæ prætendebatur, non erat vera.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

2 *Sententia poteſt formari ex deductis in articulis, vbi non apparet de certa petitione in libello, quod maximè procedit in criminalibus.*

3 *In criminalibus, concluſio non eſt de neceſſitate libelli.*

4 *Iudex in criminalibus poteſt,aliter quam petitum ſit iudicare.*

5 *Satis eſt ſi libellus ex vna parte ſuſtentari poſſit, maximè ſi conſtet de iuſtitia cauſæ.*

6 *In Tribunali Principis poteſt iudicari ex proceſſu nullo,& non obſtante ineptitudine libelli.*

Iudicium, an poſſit inchoari ab articulis.

DECISIO LXXVIII.

FVit dubitatum in Cur.Archiepiſc.an non apparente in libello, quod per actorē prætenditur,poſſit formari ſententia per eandem Curiam ex articulis, in quibus apparet de petitione. Prima facie videbatur dicendum, quod

1 non,ex regula iuris,ſententiam debere eſſe cōformem libello l.vt fundus ff.commun.diuid.l. fin.C.de fideic.libert. latè Doctor.in l.vinum ff.ſi cert.pet. vnde Gayl.lib.1.obſeru.66. & obſeru.61.dixit,ſententiam ſumere vires, & regulari ab ipſa petitione, ſequitur Minſing.cent.4. obſeru.81.Benintēd.deciſ.32.ideò ad oſtendendum, quæ actio fuerit intentata, conſequenter quomodo ſit formanda ſententia,inſpicienda ſunt verba libelli,prout eſt punctualis deciſ. Afflict.76.referunt, & ſequuntur nonnulli alij, allegantes Ann.ſing.270. ſine enim petitione, iudicium non ſubſiſtit l.ſi ex teſtamento ff.de except.rei iudic.l. Titius ff.de verb.obligat. Bald. conſ.32.vol.1. Alex.conſ.93.vol.1. Alciat.conſ. 17.& conſ.23.ſic ſtantibus ſupra enarratis, contrarium fuit reſolutum in dicta Curia:fuit enim

2 dictum,poſſe Iudicem proferre ſententiam, ex deductis in articulis, vbi non apparet in libello de certa petitione,de qua deciſione mirandum non eſt, ſiquidem fundatur clariſſima ratione: licet regula ſit, ſententiam debere eſſe conformem libello,nec aliud debere continere,quam fuerit petitum l. vt fundus ff. commun. diuid. ſunt tamen multi caſus, in quibus toleratur libelli,ſiuè petitionis, & ſententiæ diſcrepantia, quos recenſui in §.curare inſtit. de action. In cauſis verò criminalibus non procedit prędicta regula: poteſt enim Iudex nō ſequi petitionem agentis, ſi qua facta ſit in libello accuſatorio, &

F 2 ea

Digitized by Google

ea neglecta aliter pronunciare, ſemper enim liberum eſt Iudici in huiuſmodi cauſis criminalibus, plus, minuſue condemnare, vt eleganter declarat Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de ijs, qui not. infam. & Bald. in l. & ſi ſeuerior
3 C. eod. tit. vnde etiam tradunt interpretes in iudicijs criminalibus concluſionem non eſſe de neceſſitate libelli, per text. in l. 1. §. calumniatoribus ff. ad Turpill. ſed ſufficere facti narrationem, Bart. in l. libellorum ff. de accuſat. Alex. plene in l. 1. in princ. ff. de edend. vbi multa cumulat, & vide latè per Boer. deciſ. 42. nu. 23. & 34. par. 1. Obſerues ergo in cauſa criminali, ſiuè fiat concluſio in libello, ſiuè non, liberum
4 eſſe Iudici, vt vel eam ſequatur, vel negligat, & aliter, quam petitum ſit pronunciet; cætera quæ ad illuſtrationem præfatæ regulæ pertinent, vide in d. §. curare, vbi latè ſcripſi in nu. 5. vſque ad nu. 13. Supradictis addebatur, quod libellus ſemper ſuſtinendus eſt, etiam ſi verba prorſus ſint impropriandа, iuxta Bart. & Doctor. in l. ſed ſi poſſeſſori §. item iura vero nu. 5. ff. de iureiur. & in l. 1. C. de vſufruct. l. in inſulam ff. de præſcript. & Innoc. in cap. conquerente de offic. ordin. & cap. examinata de iudic. vbi etiam Panorm. nu. 18. dicit, verba libelli latè eſſe intelligenda, vt intentionem Actoris includant, Ant. de Butr. concludens ibi, quod ſi libellus complectatur duas vias, vnam competentem, alteram
5 incompetétem, adhuc procedat libellus ſuper competentia, ſatis enim eſſe, ex vna parte ſuſtentari poſſe, quod etiam ſequitur Ludouic. Roman. conſ. 105. idemq; probant Imol. in l. ſi cùm nulla ff. de re iudic. maximè ſi conſtet de
6 iuſtitia cauſæ, quo caſu non attenditur ineptitudo libelli per cap. dilecti de iudic. & hoc locum ſibi vendicat preſertim in Tribunali Principis, cui permittitur etiam iudicare ex proceſſu nullo, ratione ineptitudinis libelli, & reiectis ambagibus veritatem ſequi, ita vt veritas, & nõ ſcriptum præferatur, ad prædictorum comprobationem vide Henning. conſ. 5. lib. 5. fol. mihi 141. in 1. part. & quæ dixi ſupra deciſ. 5.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt iudicium moueri contra perſonam in loco, vbi res ſita eſt, etiam ſi bona ſint mobilia.*

2 *Diſpoſitio text. in cap. ſanè de for. compet. non ſolùm procedit in iudicio rei vendicationis, ſed etiam in iudicio miſto, & perſonali, & actione hypothecaria.*

Text. in cap. ſanè de for. compet. an procedat in bonis mobilibus?

DECISIO LXXIX.

IN cauſa cuiuſdam clerici Diœceſis Amalphitanæ, conuenti in Cur. Archiepiſc. actione reali, ſeù hypothecaria, fuit dubitatum, an eſſet remittẽdus ad Cur. Archiepiſc. Amalphit. ex quo allegabatur in eius fauorem, quod in dicta Ciuitate Neapolis habebat tantum bona mobilia, & cõſequenter ceſſabant termini text. in cap. ſanè de foro competenti, vbi ratione rei
1 ſitæ, poteſt in eodem loco conueniri, & dictum fuit licere, ex regula text. in l. fin. C. vbi in rem actio, quod poſſit iudicium moueri contra perſonam in loco, vbi res ſita eſt, tàm iudicio rei vendicationis, vt loquitur text. in l. prædicta, & cap. ſanè, extra de for. compet. vbi Soccin. in 7. declar. allegat concord. quam iudicio miſto, reali, & perſonali, vt in l. 1. C. vbi de hæred. agat. & ibi Aret. aſſignat rationem, & etiam in actione hypothecaria, vt declarat Specul. in tit. de 2
2 comp. iud. adi. §. 1. col. 4. verſ. ſeptimus ratione rei, & Soccin. vbi ſupra congerit cæteros, Caualcan. in deciſ. 5. verſ. & infertur nu. 16. fol. 41.

SVMMARIVM.

1 *Occidens inimicum à tergo, non dicitur committere homicidium proditorium.*

2 *Homicidium proditorium eſt, cum quis nulla præcedente inimicitia, vel rixa alium occidit.*

3 *Offendens incautum de facie ad faciem, ſine diffidatione, dicitur proditor.*

4 *Onus probandi, quod offenſus eſſet inimicus, incumbit inquiſito, nam homines præſumuntur amici, & non inimici.*

Occidens inimicum à tergo, an dicatur proditor, vt non gaudeat immunitate eccleſiaſtica.

DECISIO LXXX.

VIdebatur prima facie reſpondendum affirmatiuè, motus, quod verbum proditor generale eſt, varias ſignificationes in ſe continẽs: nam ſecundum Io. Andr. in cap. 1. col. 5. de homicid. in ſexto, Proditor dicitur ille, qui offendit alterum ſine diffidatione, ſequitur Bald. in authent. item C. de epiſcop. & cleric. Afflict. in deciſ. 265. nu. 64. ſimiliter, qui dat alteri potionem venenatam, dicitur proditor, vt tenet Iacob. Butr. in l. Athletas §. calumniator ff. de infamibus, Bald. in l. nemo clericus C. de ſumma Trinit. & fide cathol. & Auguſt. in addition. ad Angel. in verb. fecit inſultum col. fin. Felyn. in cap. 1. de homicidio, & quis dicatur proditor, & quot modis, vide latè permulta exempla gloſ. in cap. clericus il primo in verb. proditionibus 46. diſtinct. & Firman. in repertorio verb. Proditor, in quibus locis multa exempla videre poteris, & in hac materia proditionis plenè habetur per Io. Ant. de Nigris in cap. nuper ad vindictam, & in additione fol. 62. per Burſat. conſ. 196. num. 142. vol. 2. per Petr. à Plaz. in epit. delict. cap. 21. in fin. princ. & per Couar. var. reſol. lib. 2. cap. fin. num. 7. verſ. tandem his prænotatis in fin. vbi cõcludit, Proditorem eſſe, qui per inſidias occidit, quamuis occideret inimicum ſuum, Farinac. quæſt. crim. q. 18. nu. 76. & ſeq.
Curia Archiepiſcopalis, ſic ſtantibus enarra-
1 tis, pluries iudicauit contrarium, tenuit enim, occidentem retro inimicum, non commit-

tere

eſſe homicidium proditorium, nota ex doctr. Bart. communiter recepta in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis, qui dicit occidentem per inſidias, vel retro inimicum ſuum, non eſſe proditorem, quia debebat præcauere ab inimico ſuo, quem ſequuti fuere Gerard. ſingul. 14. Angel. de malefic. in verb. fecit inſultum, verb. & bene nota, Plaz in epit. delict. in d. cap. 21. nu. 2. & Gomez. cap. 3. tit. de homicid. num. 5. & ibi Eman. Suar. in addit. atteſtatur de communi, & Ego nunquam vidi formari inquiſitionem de proditione contra occidentem inimicum ſuum retrò, vel per inſidias, de proditione vide Farinac. vbi ſupra n. 73. vnde Clar. in §. homicidium
2 nu. 8. voluit proditoriè dici committi homicidium, quando aliquis nulla præcedente inimicitia, alium interficit, vtputa veniens tanquam ſocius itineris, nulla interueniẽte rixa, vel dum ſederes mecum in menſa, vel cum tibi amicum eſſe fingerem, te percutio. His caſibus dicas te proditoriè interfeciſſe, ita Bart. in d. l. reſpiciendum §. delinquunt nu. 1. ff. de pœnis, cuius doctrinam omnes, qui Bart. poſteriores ſunt, tranſcribũt, vt dicit Ieneu. in l. & ſi certus §. ſi vnus ex Dominis poſt nu. 14 ff. ad ſyllan. & hoc etiã eſt vtile ſcire: nam in homicida proditorio omnes conueniunt, quod ſi confugiat ad Eccleſiam, non gaudeat eius immunitate, & ſecũdum Farinac. conſ. 132. vol. 2. homicidium proditorium abſque dubitatione poſſe dici, non ſolum quando retrò offendit, Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 29 nu. 19. in fin. Aloyſ. Catalan. in tractat. de gratijs, & indultis in 4. limit. cap. 31. ſed
3 etiam quãdo alterum de facie ad faciem offendit incautum ſine diffidatione, Paris de Put. de re militari lib. 2. q. 7. nu. 2. Afflict. deciſ. 265. nu. 64. Gigas de crim. læſ. maieſt. in tit. de proditor. q. 1. nu. 16. Cæpoll. conſ. 57. nu. 14. & ſeq. Non obſtat text. in cap. 1. de homicid. & ibi Felyn. vbi diſponitur, quod ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, vel per inſidias, ab altari amoueatur, vt moriatur. Nã reſpond. quod Felyn. vbi dicit, verbum per induſtriam, & inſidias exponitur, id eſt proditoriè, ſecundum Anchar. & Io. de Anan. & ibi per Felyn. fuit additum, vel per induſtriam, vel proditionem. Animaduertendum eſt tandem in hac materia ad duo ſingularia.

Primùm, quod in Hiſpania per legem Regiam ſtatutum eſt, quod offendẽs retrò, & non de facie ad faciem, homicidium proditorium committit, etiam ſi inimicum occidat, & proditor occidẽs trahitur ad caudam equi per vias publicas, & poſtea furca ſuſpenditur, idem Gomez. teſtatur in loco ſupra citato.

Secundùm, quod onus probandi inimicitiam
4 incumbit ipſi inquiſito, non autem fiſco, cum homines præſumantur amici, & non inimici, hæc eſt enim natura præſumptionis, ex traditis per Decian. in tractat. crimin. lib. 3. cap. 25. nu. 20. Menoch. de præſumptionib. lib. 5 præſumption. 43. num. 1. Maſcard. de probation. concl. 19. num. 2. & concluſ. 898. num. 3. Honded. conſ. 107. num. 27. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Qui petit admitti ad beneficium ceſſionis bonorũ, non poteſt carcerari, etiam ſi adſit obligatio virtute inſtrumenti guarentigiati.*

2 *Debitor ne carceretur poteſt cedere bonis, niſi ſtatutum aliter diſponat.*

3 *Pendente lite ſuper ceſſione bonorum, poteſt fieri exequutio.*

4 *Cedens bonis, tenetur indicare bona vbi nam ſint, alias perdit beneficium ceſſionis.*

5 *Quando contra exequutionem inſtrumenti nulla poteſt opponi exceptio vigore ſtatuti, tunc fit executio, non obſtante petitione ceſſionis bonorum, ſecus ſi poteſt aliqua exceptio opponi.*

6 *In materia cap. Odoardus ſufficit, vt ſummariè conſtet de paupertate, nec in ea eſt multum ſcrupuloſè agendum, ſed vrbanè.*

Clericus admittitur ad beneficium cap. Odoardus extra carceres, parte non inſtante, ſeù opponente.

DECISIO LXXXI.

FVit deciſum in Cur. Archiepiſc. Neapol. clericum non eſſe carcerandum, pendente diſcuſſione, ſi debeat gaudere beneficio capit.
1 Odoardus, parte non inſtante, & moti fuimus à ſimili: nam qui petit admitti ad beneficium ceſſionis bonorum, carcerari non poteſt, text. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. & quod ibi notant Doctor. & Bald. in §. fin. nu. 6. inſtit. de action. Abb. in d. cap. Odoardus nu. 8 idem tradit nouiſſimè Matth. Brun. de ceſſ. bonor. q. 3. principal. nu. 1.
2 & ſeq. Et hoc procedit etiam, ſi adeſſet obligatio virtute inſtrumenti guarentigiati. Debitor enim ne carceretur poteſt cedere bonis, Bald. in d. l. 1. col. 2. Anchar. in cap. Canonum ſtatuta col. 18. verſ. pone exemplum, cum ſtatutum dicit de conſtit. Barbat. in cap. cauſam quæ n. 117. de reſcript. Alex. conſ. 62 nu. 2. lib. 2. Ant. de Canario in tract. de exequut. inſtrum. q. 28. nu. 63. Ant. Maſſa Gall. in tract. ad form. cam. oblig. in 3. q. 2. par. ad quartam particulam nu. 1. Addit. ad Abb. in d. cap. Odoardus d. nu. 8. lit. S. verſ. in carceribus. Io. Bapt. Aſinius in tract. de exequut. §. 2. cap. 9. fol. 30. (licet aliqui Doctores in hoc teneant contrarium) tamen procedit in caſibus, vbi ſtatuta vtuntur verbis admodum generalibus, & geminatis circa carcerationem obligatorum per inſtrumenta guarentigiata, vt bene conſiderat Matth. Brun. in d. tract. de ceſſ. bonor. q. 3 principal. nu. 4.

Prædictis non obſtat deciſ. Cappell. Tholoſ. 28. in qua deciditur, ſi aliquis fecerit citare ſuos creditores ad videndum fieri ceſſionem bonorum, creditor lite pendente poteſt facere exequutionem, quia ad hoc multis rationibus
3 reſpondetur. Primò, illa deciſio intelligitur tali modo, quod pendente lite ſuper ceſſione bonorum poſſit fieri exequutio ſuper bonis, non autem loquitur deciſio de captura perſonæ, & ideo ſit tali modo intelligenda deciſio prædicta, lega

Digitized by Google

tur quæſo Ariſminus Tepatus optimus Doctor in tract.var.jur.ſentent.lib.1. tit.de ceſſ.bonor. verſ.cedens bonis ſol.358.qui ipſam ita allegat, & facit ratio poſita per Aufrer.in addit.ad d.deciſ.Cappell. Tholoſ.illud eſſe inductum tali ra-
4 tione,quia cedens bonis tenetur indicare bona vbi ſint, alias perdit beneficium ceſſionis, ad hæc allegat multa; quibus addo eundem Tepat. ibi verſ. in ceſſione bonorum.

Secundò,illa deciſio procedit quando contra
5 exequutionem inſtrumenti, nulla poſſet opponi exceptio vigore ſtatuti, tūc enim fit exequutio,non obſtante petitione ceſſionis bonorum, ſecus quando contra inſtrumentum, exceptio opponi poteſt:nam tunc poterit opponi contra illud exceptio ceſſionis bonorum,& exequutio impeditur Bartol. in l.ſi filius ff.quod cum eo, Canar.de exequut.inſtrum.q.28.nu.63. in fine, Matth.Brun. de ceſſion.bonor. q.13.principal.
6 Obiter tñ notabis in hac materia cap. Odoardus,quod ſufficit, vt ſummariè conſtet de paupertate, & ita in Curia Romana expediri ſolet, videlicet conſtito ſummariè de paupertate,prout de iure tradit Staphil. de literis gratiæ, & iuſtitiæ tit. de commiſſ. ſuper reductione penſionis nu.16. verſ.quando quis pag.289. & non eſt admodum ſcrupuloſè agendum in hac materia,ſed mitius,& vrbanius.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas contracta per homicidium voluntarium, non tollitur per profeſſionem in Religione,nam prouenit ex propria culpa, & facto.*
2 *Irregularitas ex defectu natalium tollitur per ingreſſum Religionis.*
3 *Sola irregularitas, quæ eſt expreſſa in iure tollitur per profeſſionem in Religione, in cæteris autem,quæ in iure non exprimuntur, facilius obtinetur diſpenſatio per dictam profeſſionem.*
4 *Irregularitas per profeſſionem in Religione tollitur quoad ſuſcipiendos ordines, non tamen quoad Dignitates,Adminiſtrationes, & Prælaturas.*
5 *Irregularitas,quæ ex vitio corporis oritur, non tollitur per profeſſionem, ſi impedit celebrationem,vel inducit deformitatem.*

Irregularitas contracta ex homicidio voluntario, an tollatur ingreſſu Religionis?

DECISIO LXXXII.

1 IVdicauimus,irregularitatem cōtractam per homicidium voluntarium non tolli per ingreſſum Religionis, cuius deciſionis ratio triplex eſt. Prima,per ingreſſum Religionis, ea tantum irregularitas tollitur, quæ non prouenit ex propria culpa,aut proprio facto,neque ex aliquo defectu corporis, vel animæ: tollitur
2 ſiquidem quæ ex defectu natalium procedit,vt communis Doctorum ſententia docet,gloſ.in cap.fin. in verb. ſedis Apoſtolicæ de filijs Preſbyterorum,Riccard.diſt.25.art.4.q.3. Sot.in 4.diſt.25.q.1.art.3.concl.1. & citat cap.1.de filijs Presbyt.cap.1.diſt.6. & ibi gloſ.Nauar. in manual.cap.25.nu.69. vbi ait, ius commune ad omnes ordines, etiam ſacros, diſpenſare cum intrante in Religionem, quod etiam expreſsè docet gloſ. in cap. 1. in verb. maiores de filijs Presbyt.lib.6.& idem Nauar.in manual.cap.27. nu.201.verſ.10. vbi citat Palud.in 4.diſt.43. ſed malè:nam id docet diſt.41.q.3.art.2. concluſ.2. Couarr. in clem.ſi furioſus par.1.§.2.nu.6. de homicid Maiol.lib.1.cap.10.nu.2. & lib.5. cap. 81.nu.13.de irregularit. Henriq.lib.14.cap.17. §.2.in fin.Rebuff.in praxi benefic. tit.de diſpēſat. ex defectu natalium nu.44.& nu.66.& citat Archidiac. Oldrad. & alios. Secunda, cum hæc diſpoſitio non ſit in iure expreſſa, conſequen-
3 ter non tollitur irregularitas, quia iuxta communem opinionem in hac re, ſolum illa irregularitas per profeſſionem Religionis approbatæ tollitur,quæ eſt expreſſa in iure, Panorm. in cap.2.nu.6.de Apoſtat.Angel.in verb.irregularitas 2.nu.1. Syluest. verb.irregularitas q. 28. verſ 2.Maiol.lib.5.cap.51.nu.11.Henriq.lib.14. cap. 17. §.2. in cæteris autem, quæ non exprimuntur in iure, facilior tantum habetur diſpēſatio per profeſſionem Religionis. Tertia,ſecūdum gloſ.in cap.2.de Apoſtat in verb.Religionis.vbi ait, non tollitur omnis irregularitas, ſed ea ſolum, quæ non prouenit ex delicto, vt in cap.1. de filijs Presbyter.ſed poteſt promoueri ad omnes ordines ſine diſpenſatione; verùm non ad dignitates,vel prælationem,ſine diſpenſatione cap.fin.de filijs Presbyter.& fauet Hoſtienſ.in cap.3.de Apoſtat.& expreſsè Thomas Zerula par.3. Praxis Epiſcopalis verb.irregularitas notab.11.

Eſt enim obiter notandum: hanc irregulari-
4 tatem tolli ſolum quoad ordines ſuſcipiendos, non autem dignitates, prælaturas, adminiſtrationes,aut officia habenda per ingreſſum Religionis,vt in cap.1.de filijs Presbyter. & gloſ.in cap.fin. eod.tit. Solent tamen Religiones habere priuilegia, vt Regulares ſubditi defectum natalium habentes, poſſint promoueri ad officia, adminiſtrationes, prælaturas, ac dignitates
5 habendas in ipſis Religionibus. Irregularitas, quæ oritur ex vitio corporis, non tollitur per ingreſſum Religionis,quando vel impedit celebrationem, vel hominem deformem reddit.

SVMMARIVM.

1 *Citatio circumducitur ſpatio vnius menſis.*
2 *Ex citatione circumducta, non inducitur contumacia,nec litis pendentia.*

Citatio ad ſententiam quanto tēpore circumducitur in Cur. Archiepiſc.

DECISIO LXXXIII.

1 FVit pluries dictum in Cur.Archiepiſc. citationem emanatam ab eadem Curia iudicari

Digitized by Google

ſi circumductam ſpatio vnius menſis; quæ ob-
ſeruantia habet fundamentum ex traditis per
Afflict.in conſtit. Regni edictorum in 8.quæſt.
verſus finem, idem Afflict.in conſtit.Regni ac-
cuſatorem in 4.notab. Modern.Neapol.in pra-
ctic. de liquidat. inſtrum. in 4.conſider.& de
Franch.in deciſ.471. Hinc eſt, quod Carauit.in
Ritu Magn.Cur.123. nu.8. refert in dicta Ma-
gna Curia ſeruari,quod ſi citati ſunt de Ciuita-
te,expectatur per menſem, ſi extra Ciuitatem
per duos,vt etiam Afflict.in conſtit.edictorum
q.8.nu.27. in fin. & ſic etiam ſeruatur in Regia
2 Audientia Principatus citra, ob quam citatio-
nem circumductam non inducitur contu-
macia, nec litis pendentia, ſecundum de
Franch. deciſ.322. Aduerte tamen, quod iſte
menſis,eſt dierum triginta, Menoch.lib.2.de
arbitr.iudic.centur.1.caſ.10. poſt Alex.in conſ.
114. n.7.vol.5.Soccin.in cap.in ſacro nu.240.de
ſentent.excomm. & ad hanc deciſionem vide
Corn.in l.fin.§.donec col.pen. in verb.in text.
ibi duos menſes ff.de iur.deliber.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ligat forenſes, contra Bart.*
2 *Statuta, poſt duos menſes ligant ignorantes.*
3 *Statim, quod quis ingreditur Diœceſim alienam cum armis, fit ſubditus ratione delicti.*

Conſtitutio Prouincialis Neapolis contra clericos arma portantes, an comprehendat forenſes.

DECISIO LXXXIV.

CLericus Ioan. Baptiſta Palombara Terræ
Roccæ Diœceſis Nolanæ, fuit repertus à
noſtris Curſoribus cum archibuſetto,& pugio-
ne, à quibus fuit captus, & ductus ad carceres
Curię Archiepiſcopalis,fuit dubitatum an con-
ſtitutio dictæ Curiæ infligens pœnã triremium
contra aſportantes prædicta arma, locum ſibi
vendicet etiam contra clericos forenſes & non
ſubditos, qui negotiaturi petunt hanc Ciuita-
tem, allegabantur in fauorem ipſius nonnulla.
Primùm, Bart.in l.cunctos populos C.de ſum-
ma Trinit.& fid.cathol.vbi dicit,quod ſtatutũ,
ſiuè cõſtitutio,non ligat forenſes,ſequitur Cæ-
pol.omninò videndus conſ.309.nu.47.& ſeq.vſ-
que ad 64. Berett.conſ.121. vnde Rota Roma-
na in vna ſupplemẽt.legitimæ 21.Octobr.1580.
coram Brauo,ſcripſit hæc verba,videlicet: Do-
mini fuerunt cõcordes Illuſtriſſimam bon.me-
mor.D.Angelam fuiſſe debitum ſupplemẽtum
legitimæ, quia cum D.Angela fuerit forenſis,&
D.Alphonſus confratres,non dubitatur, quin
ligetur ſtatutis, nec Caſtri Montorij, nec Ci-
ſternæ, vt per Pic. & alios deductos per infor-
mantes pro parte Illuſtr.D.Vincentij, & bene
Tiraqu.de iure primog.q.44.nu.4.Brun.de ſta-
tut.art.6.nu.3. Repugnat enim poteſtas, & vo-
luntas,cum extra territorium ſumus,quia præ-
ſumitur,ſtatuentes leges non voluiſſe ſuper ali-
quo prouidere exteris,cum eorum nihil inter-
ſit, & veriſimile eſt ſolis ſubditis velle cauere,
argum.l.Imperialis C.de nupt.l.1.C.de ſumma
Trinit.& fid.cathol.& omnes citati conſiderãt,
& Rota in pluribus cauſis ſeruauit corã D. Ve-
rallo anno 1561. & in cauſa Parmenſ.bonorum
coram R.D.Aldobrandino, & in illa Terraci-
nenſ.coram R. P. D.Blanchetto: hæc ſententia
maiori authoritate,& ratione fulcitur,quin poſ-
ſit de ea dubitari, teſte Roman.conſ.224.nu.6.
ſicut ſtatuta non trahuntur ad lucrum foren-
ſium,ita nec ad eorum diſpendium, Angel.cõſ.
53.Pariſ.cum citatis ab eo conſ.12.vol.3. & be-
ne,ac latius Roland.conſ.24.nu.16.verſ.quibus
tamen non obſtant vol.3. Secundò,in eius pari-
ter fauorem allegabatur ignorantia dictæ con-
ſtitutionis,quę cum ſit municipalis,ſolet vt plu-
rimum excuſare contrauenientes,ad text.& qđ
ibi communiter notatur in cap.1. de conſtit. in
ſexto,Bald.conſ.32.vol.1. Alex.conſ.440.vol.3.

Pariter,& tertiò dicebatur,prędictam conſti-
tutionem loqui de iudicijs ibi: *Ordinamo, che
neſſuno de i noſtri ſudditi*, vnde odioſum eſſet
illam extendere ad forenſes,argum.text.in cap.
ſtatutum de electiõn.in ſexto. Curia vero Ar-
chiepiſcop. (his non obſtantibus) iudicauit cõ-
trarium condemnando ipſum clericum ad tri-
remes per ſeptennium, iuxta pœnam edicti, &
1 mota fuit ex pluribus.Primò,quia opinio Bart.
& eius ſequacium,volentium conſtitutionem
non comprehendere forenſes,non obſtat,& re-
2 probatur ab Alex.conſ.19.num.6.lib.6. Burſat.
conſ.8. nu.35.lib.1. Rot.Roman.deciſ.265. nu.
9.par.1.in nouiſſimis,Natt.conſ.148.dub.1.Nec
obſtat, quod ignorando conſtitutiones ſupradi-
ctas ſit excuſatus:nam ſtatuta ligant etiã igno-
rantes, poſt duos menſes à die publicationis, vt
tradiderunt Abb.Dec.Berou.num.40. & 52. &
alij omnes vniuerſaliter in cap.cognoſcentes de
conſtitut.ac alij innumeri, & Viu.in deciſ.253.
Hinc eſt,quod ignorantia iuris communis, ſeù
vniuerſalis neminem excuſat l.error C. de iur.
& fact. ignor. cap. ignorantia, de regul. iur.
in ſexto, ſcire enim iura quilibet tenetur l.leges
C.de legib.Immò ignorantia iuris dicitur lata
culpa,vt per Alex.conſ.77. col.2.vol.3. Bart.in
l.quod Nerua col.6.ff.depoſiti, Rimin.Iun.cõſ.
484. Annius nu.20.vol.5.conſ.278. etiam nu.2.
3 vol.8. Non obſtat etiam,quod non ſit ſubditus,
quia ſtatim, quod quis Diœceſim ingreditur
cum armis fit ſubditus,ratione delicti, auth.qua
in Prouincia C. vbi de crim. agi oport. & facit
text.in cap.poſtulaſti, & cap.licet de for. com-
pet. Non obſtat denique deciſ.Theſaur.152.vbi
ſi prohibita eſt extractio granorum à Patria Pe-
demont. per edictum illius Sereniſſimi Ducis,
vt conſeruetur vbertas in ſuo ſtatu, non ideò
prohibentur exteri bona ibi poſſidentes, extra-
here fructus bonorum propriorum, qui fuerũt
percepti in illa patria, in qua fuerat facta inhi-
bitio,prout etiam iudicauit Cyn.in l.fin.C.quę
ſit longa conſuetudo, quam ſimiliter infert
Guid.Pap. quæſt.373. & ibi Apoſtill.quæ vide-
tur ſequi opinionem Cyni, tenentis poſſe
iſtos forenſes extrahere: nam reſpondetur ſu-
pradictam opinionem procedere, vt ſeruetur

aqua-

Digitized by Google

æqualitas,& nè quis commodum habeat cum alterius iniuria.

SVMMARIVM.

1 *Ad effectum exigendi ſalarium non conuentum requiritur, vt vnus ſit ſolitus conducere, & alter locare operas ſuas.*
2 *Dicta concluſio procedit in vilioribus perſonis, quæ ſæpè inſeruiunt pro expenſis, ſecus verò in ijs, qui vacãt honeſtioribus diſciplinis, nam illis ex officio conſtituitur ſalarium.*
3 *Procuratori non debetur ſalarium, niſi fuerit conuentum.*
4 *In ſalarijs ſoluendis, attendi debet conſuetudo.*

An ſit dandum ſalarium Procuratoribus, quando non fuit conuentum?

DECISIO LXXXV.

LAicus Procurator cuiuſdã clerici fecit inſtantiam in Cur. Archiepiſc. vt condemnaretur quidam clericus ad ſoluendum ſibi ſalarium pro patrocinio, & procuratione præſtita. Pro parte clerici dicebatur non debere ad hoc adſtringi, nam ab initio non fuit conuentum dictum ſalarium, quare fuit dubitatum, quid iuris.

Et dicebatur, quod licet ad effectum exigen-
1 di ſalarium non conuentum, ſint probanda illa duo extrema, nempè, quod vnus ſolet conducere, & alter locare operas ſuas, ſiquidem de iure communi circumſcripta conſuetudine locorum, obſtaret exceptio non conuentæ mercedis, Alex.conſ.109.in princ.lib.6. Caſtr.conſ. 346.lib.1.Rimin.Sen.conſ.349.nu.3.& cõſ.358. n.29.lib.2.Rot.diuerſ.deciſ.539.par.1.& coram Cardin.Lancell. in vna Romana mercedis 17. Februar.1581.ita vt non ſufficiat probare, alterum tamen eſſe ſolitum conducere, vel locare, Rot. coram Cardin. Arigon. in vna Romana mercedis 19.Februar.1593. quamuis, quod iſta duo copulatiuè non requirantur, ſed vnum ſolum requiſitum ſufficiat, concludit Rot.Genu. deciſ.105. nu.5. ſed hoc ſecundum Gratian.di-
2 ſcept.257.procedit in famulis,& vilioribus perſonis, quæ ſæpenumero inſeruiunt pro expẽſis, etiam ſine ſalario; ſecus dicẽdum in ijs, qui vacant honeſtioribus diſciplinis,& muneribus: illis enim ex officio conſtituitur ſalarium, vt ſunt Preceptores liberalium artium,& nonnulli alij, quibus eadem ratio doctrinæ cõpetebat, & fauor ſtudiorum ſuadebat, vt Medici, Aſſeſſores, & alij ſimiles, etiam ludi Magiſtri l.1. ff.de varijs,& extraord.cognit. Doctor.in l.1. C.de ſuffrag.& in l.Archiatri, alias incipit Antiochus C. de Profeſſ.& Medic.lib.10. vnde etiam Aduocatis debetur ſalarium non conuentum, ſecundum Bart.in l.1.§.in honorarijs ff.de var.& extraord.cognit. Magon.deciſ.Florent.12.num.4. quod extenditur etiam ad Vicarios Epiſcopi, Rota in vna Taurinẽſ.mercedis 20.Maij 1569. coram Seraphino.

Cęterùm quidquid ſit ex ſupradictis Curia
3 Archiepiſc. iudicauit cõtrarium in Procuratore, cui pro negotijs geſtis, nihil ſalarij debetur: vnde Mandatarius Procurator ad negotia, aut ſimiles, nihil poſſunt petere, nec per actionem mandati cõtrariam, nec officio Iudicis, niſi fuerit conuentum, Guid.Pap.deciſ.68. & ſequitur Rota coram R. P. D.Orano in vna Romana rationis Bãchariæ 14.Maij 1594.& voluit etiam
5 Surd.de alim.tit.1 q.61.nu.3.vbi nu.7.intelligit, dummodò aliud non ſeruetur de conſuetudine: nam illa eſſet attendenda, tanquam maxima pars iuris, quo vtimur, cum æquiparetur iuri naturali, Bald.conſ.318.col.fin. lib.2. in ſalarijs enim ſoluendis multum defertur conſuetudini,
4 prout etiam dicimus, illam debere extendi, quamuis non probaretur aliqua conuentio, ſi in loco in quo præſtatur opera, ſoleret ſolui ſalarium, etiam non conuentum, Soccin.conſ.196. circa præſentem conſultationem in fin. verſ.& hæc iudicio meo lib.2.Hippol.Riminald.in Addit.ad Iacobin.Riminald.conſ.349.lib.2.& ita ſeruari de bono, & æquo, quando adeſt huiuſmodi conſuetudo, teſtatur Rebuff.de famul.ſalar.gloſ.3.ad med.tom.2.fol.239.& ita declarauit Rota coram R.P.D.Binarino in vna Romana mercedis 16.Iunij 1570. quæ eſt inter deciſ. Rotæ diuerſ.559. par.1.

SVMMARIVM.

1 *Non ſunt abſoluendi percuſſores clericorum, niſi ſatisfacta parte.*
2 *Forma abſoluendi ab excommunicatione conſiſtit primò, vt quis iuret de parendo mandatis Eccleſiæ, ſecundò, vt ſatisfaciat parti, ſi offenſa eſt notoria, aut expenſas, ſi contumacia ſimiliter ſit notoria.*
3 *Si Iudex per negligentiam non facit reſtituere furtum parti, vel damnum illatum, tenetur in ſolidum.*
4 *Quando Religioſus eſt offenſus, non ſufficit ſatiſfactio facta Religioſo, ſed requiritur etiam, vt dicta ſatisfactio fiat Superiori dicti Religioſi.*

Laicus ob manus violentas in clericum excommunicatus, an poſſit abſolui, offerens ſatisfactionem ipſi percuſſo nolenti reconciliari.

DECISIO LXXXVI.

FVit pluries dubitatum in Cur.Archiepiſc. an laicus potuiſſet abſolui, ſatisfactione oblata, & vbi petierit veniam à clerico percuſſo? Ratio dubitandi pro opinione affirmatiua ſumebatur ex text. in cap.dilectiſſimi præcipimus diſt. 90. quem ad hoc allegat Felyn.in cap.1. de treg.& pac. Io.de Anan in cap.ſignificaſti nu.5. & ſeq. de homicid.Burſat.cõſ.62.nu.5.& ſeq.vbi diſponitur poſſe compelli percuſſum per pœnas ſpirituales ad faciendum pacem: cum Iudicis officium ſit cogere partes ad concordiam cap.fin. &

Digitized by Google

& quod ibi communiter notatur de tranſactio-
nib. Imò ratione rancoris, quod peccatum eſt,
poteſt temporaliter caſtigari cap.nouit,vbi Fe-
lyn.de iudic.Item dicebatur, quod cum non
ſtaret per prædictum laicum, quominus parti
læſæ ſatisfaceret debet cenſeri,ac ſi ſatisfeciſſet,
argum. text. in l.iure ciuili ff. de condit. & de-
monſtr. imò ſecundum Graph. in conſ.1. de
ſentent. excomm. poteſt puniri dictus clericus
nolens reconciliari: clericus enim peccat, non
oſtendendo ſigna dilectionis particularis,& in-
gratè recipiendo petentem ſibi veniam, ſecun-
dum D.Thom. 2.2.q.56. art.8. Repugnat quo-
que charitati, quæ debet eſſe in clericis cap.la-
chrymæ dè pœnit.diſt.1.imò in ſacro Euange-
lio hoc præcipitur ibi: Diligite inimicos ve-
ſtros, Accedit,quod Pax ſit de iure Diuino, &
omnes ſeruare debemus cap.1. vbi Bald.& reli-
qui de pact.
His ſic probatis Cur. Archiepiſc. pluries iu-
dicauit contrarium, non abſoluendo prædictos
1 laicos percuſſores, non ſatisfacta parte; cuius
deciſ.ratio eſt, ſecundum Nauar.in conſ.3. de
ſentent.excomm. nam in abſoluendo ab excõ-
municatione,debet ſeruari forma iuris,quę (vt
2 diximus) conſiſtit. Primùm, vt quis iuret de
parendo mandatis Eccleſiæ. Secundum, vt ſa-
tisfaciat parti, ſi offenſa ſit manifeſta, aut debi-
tum notorium, vel expenſas, ſi contumacia ſit
ſimiliter notoria, quod eatenus verum eſt, vt
procedat etiam in foro interiori, & Confeſſor
peccat mortaliter abſoluendo, niſi prius parti
læſæ ſatisfaciat petendo veniã, text.in cap.por-
rò cap.Parochianus cap.ea noſcitur cap.quam-
uis,& cap.venerabilis de ſentent.excomm. Per
ſatisfactionem intelligitur petitio veniæ, genu-
flexio iniurato, ac præcipuè ſolutio damni, in-
tereſſe expenſarum, Panorm.in d.cap.ea noſci-
tur eod.tit.Cardin.& Imol.in clem.1.de priuil.
Roland.conſ.22.Alban.conſ.48.nu.7.vol.1.poſ-
ſet etiam taxatio fieri in pecunia,vt in cap.olim
de iniurijs. & in citato cap. ea noſcitur, & cap.
quamuis,quam taxationem faciet Iudex ſecun-
dum qualitatem perſonæ iniuriatæ, gloſ. in d.
cap.quamuis,vbi ſupra,vnde ſecundum Graph.
in conſ.1.de ſentent.excomm.à ſimili,fur con-
demnatus ad fuſtigandum, non eſt dimittendus
è carceribus,niſi prius ſatisfecerit Fiſco,& par-
ti, text.in l.interdum §. qui furem ff. de furtis,
Bart.in l.1.§.hoc edicto ff.de vi bonorũ rapto-
3 rum.Bald in l.ea quidem in vlt.col. C.de accu-
ſat. & ſi Iudex per negligentiam non faciat re-
ſtituere furtum parti, vel damnum, tenetur in
ſolidum, Auphrer.ad deciſ. Cappel.Tholoſ.22.
Corroboratur à ſimili de incendiario, qui pro-
hibetur abſolui ab excõmunicatione, niſi prius
damnum reſarciat,quod intulit per incendium,
ac iuret inſuper de cætero ignem non appone-
re cap.peſſimum 23.q.8.Supradictis accedebat,
quod qui intulit iniuriam clerico,committit ſa-
crilegium l.qui ſi in hoc genus,vbi Bald.latiſſi-
mè C. de Epiſc. & cler. & pro grauitate huius
criminis,præcedere debet ſatisfactio,ſecundum
gloſ. in verb.minimè in extrauag. Ioannis XX.
gloſ.in extrauag.finali de electione,& à fortiori
4 loquẽdo,ſi offenſio fuerit facta Religioſo, non
ſufficit ſatisfactio facta dicto Religioſo,ſed ne-
ceſſe eſt, fiat Superiori eius cap. non dicatis 12.
q.1.gloſ.in cap.Parochianus de ſentent.excom-
mun.Innoc.in cap.contingit eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Incorrigibilis dicitur,qui reuertitur ad priora*
delicta, & maiora,ac in eis perſeuerat.
2 *Non dicitur incorrigibilis, qui etiam ſi commiſe-*
rit innumera delicta,tamen pœnitentia ductus,
eſt emendatus.
3 *Ad incorrigibilitatem requiruntur duo copulati-*
uè, ſcilicet perſeuerantia in delictis, & trina
monitio.
4 *Dicitur etiam clericus incorrigibilis; qui differt*
iniunctam pœnitentiam facere.
5 *Qui ſe immiſcet enormibus delictis, & non ince-*
dit in habitu, & tonſura,dicitur incorrigibilis
quoad effectum amiſſionis priuilegij fori, item
dicitur incorrigibilis per binam remiſſionem
de delictis,pro quibus imponatur pœna mortis.

Quando dicatur clericus incorrigibi-
lis; ad intellectum text. in cap. cum
non ab homine de iudic.

DECISIO LXXXVII.

AGebatur in Cur. Archiepiſc. de infligenda
pęna quibuſdam clericis incorrigibilibus,
& dubitabatur, qui nam clericus poſſit dici in-
corrigibilis,ad hoc, vt contra eum procedatur,
iuxta diſpoſitionẽ text. in cap. cum non ab ho-
mine de iudic. vnus ex Dominis dixit, huius
verbi ſignificationẽ ſumi potuiſſe ex ethymo-
logia ipſius vocabuli.quod argumentum de iure
validiſſimum eſſe, teſtantur omnes communi-
ter in l.1. ff.de acquir.poſſeſſ. & in l.1.§.mutui
datio,vbi Iaſ.latiſſime ff.ſi cert.pet. ad idem di-
cebatur.verbum incorrigibilitas. multis modis
in Iure ſumi poſſe:nam text.in cap.neminem
cum cap. præcedenti 43.diſt. quos ad hoc alle-
gant Bald.conſ.17. vol.1. & Alex.conſ.222.vol.
2.Incorrigibilis etiam dicitur, qui ſemel verbis
correctus eſt à Superiore, vnde in cap.licet 40.
diſt.& in cap.videlicet 3.q.7.habetur,quod Pręe-
latus ad effectum conſtituendi quem incorri-
gibilem,debet ſemel, atque iterum corrigere
in cap.quanto 2.q.7.dicitur,quod debet eſſe ſe-
uerus in corrigendo, probatur ex cap.1.de po-
1 ſtul.prælat. dicitur pariter incorrigibilis quoad
eundem effectum, qui reuertitur ad priora de-
licta, vel maiora, ac in eis perſeuerat, Ant.de
Butr.nu.22.Abb.nu.30.Felyn.num.18.Anchar.
nu.16. Io.Andr.nu.5.in d.cap. cum non ab ho-
2 mine de iudic.Hinc infertur, non poſſe dici in-
corrigibilem, qui ab innumeris delictis pęnitẽ-
tia ductus emendatus ſit l.ſolet §.fin. ff.de pen.
cap.præterea,vbi Panorm. de teſtib.ſed intelli-
ge prædicta,dũmodò ter monitus non deſiſtat,
ſicut in ſimili dicimus in omnibus caſibus, in
quibus agitur cõtra clericum, probatur in cap.
1.de

1.de Apoſtat.cap.contingit,& cap.ad audiẽtiam de ſentent.excomm. cap.vnic. vbi Butr. de vit.
3 & honeſt.cler.in ſexto, & ſic copulatiuè requiruntur duo,ſcilicet perſeuerantia, & trina monitio, Barbat.in d.cap. cum non ab homine, Diaz in praxi crim.canon. cap.131. nu.2.quidquid Alphonſ.de Caſtr.lib.2.de iuſta hæreticorum punitione cap.2.dixerit,duas tantum ſuffi-
4 cere: ſimiliter dicitur clericus incorrigibilis, qui differt pœnitentiam iniunctam facere, ſecundum Feder.de Sen.conſ.136. nu.3. Artam. conſ.28. Alban.conſ.16. vnde infertur,quod ille,cui tanquam hæretico ab Inquiſitore eſt pœnitentia iniuncta,ſi non fecerit eam, dicitur incorrigibilis,impœnitens, & conſequenter relapſus,iuxta terminos text. in cap. accuſatus §.fin. de hæretic.in ſexto,facit text.in cap.literas de præſumpt.& iuxta ſupradicta refert fuiſſe deciſum in Rot. Nuntij Veneti, Triuiſ.in deciſ.27. vol.2.ideò Calderin.conſ.2.de hæretic. appellat hunc ficté conuerſum,& pœnitentem,vt ſequitur Archid.& Gemin. in cap.vt commiſſa de hæretic.in ſexto,& quoad amittendum priuilegiũ fori,clericus dicitur incorrigibilis ſecundũ Boſſ.in ſua praxi in tit. de for.compet. nu.152. Ambroſin. deciſ.223. qui ſe immiſcet enormi-
5 bus delictis, & non incedit in habitu, & tonſuras imò ſecundum Clar.lib.5.§.fin.nu.34. clericus habetur pro incorrigibili, per binam remiſſionem de delictis, pro quibus imponitur pœna mortis, Panorm.& Dec. in cap.cum non ab homine extra de iudic. Felyn.in cap.Rodulphus col.31.de reſcript.Diaz d.cap.131.Maiol. lib.5.de irregular.cap.26. nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Induſtria perſonæ cenſetur electa illis verbis, de induſtria, & circumſpectione tua confidentes, ſiuè negotium ſit magnum, ſiuè ſit paruum, vel perſonaliter cognoſcas, ſeù per te ipſum cognoſcas, aut confiſi de tua induſtria, ſeù legalitate.*

2 *Quando negotium non determinatum committitur, cenſetur etiam electa induſtria perſonæ.*

3 *Quando committitur officium abſque iuriſdictione,& ſic actus nudi miniſterij, cenſetur electa induſtria perſonæ.*

4 *Quando Princeps committit ea, quæ ſibi ſunt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis,tunc dicitur electa induſtria perſonæ.*

Similiter ſi dicatur, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus.

5 *Per verba illa,talis expediat,& non alius,vel tuis manibus expedias, vel tu tu, per te te cognoſcas, dicitur electa induſtria perſonæ.*

6 *Quando commiſſum eſt arduum negotium, cenſetur electa induſtria perſonæ.*

7 *In dubio cenſetur electa induſtria perſonæ.*

De coniecturis, ex quibus cenſetur electa induſtria perſonæ?

DECISIO LXXXVIII.

SÆpiſſimè dubitatur in Cur.Archiepiſc.circa delegationes emanatas à Sede Apoſtolica,an cenſeatur in illis electa perſonæ induſtria, propterea congruum mihi viſum fuit,hic enumerare coniecturas, ex quibus præſumatur, & ſunt ſequentes,videlicèt.

Primò,quando dicitur de induſtria,& circũ-
1 ſpectione tua confidentes per Apoſtolica ſcripta,&c.vt ait Io.Andr.in cap.fin.nu.7. de offic. deleg.& ibi Imol.num.16. verſ.ſolue, quod hic fuit dictum,& ſub num.22. verſ.exemplum,& Io.Bapt. de S.Seuerin. in l.more maiorum ſub nu.11. verſ.maximè ff. de iuriſd.omn.iudic. ait, quod per iſta verba, confidentes de induſtria, legalitate, & bonitate tua, videtur electa induſtria perſonæ,& Vant.in tract.de nullit.proceſſ. in tit.de nullit.ex defect.iuriſd.deleg.ſub num. 21. verſ.& generaliter, & Abb.in d.cap.fin. §.is autem nu.6.verſ.ſecundo quæro de offic.deleg. ampliat, ſiuè negotium ſit magnum, ſiuè paruum,quidquid dixerit ibi Innocent.prout facit ibidem Imol. ſub nu.23.& 24. qui damnat in hoc Innoc.& Cardin.

Secundò,ſi diceretur perſonaliter cognoſcas facias, vel exequaris, quia tunc eſt electa induſtria perſonæ, & cauſa ſubdelegari poteſt,vt ait Io.Andr.in d.cap.fin.ſub nu.12. de offic. deleg. & ibi Imol.num.16.verſ.ſolue,quod hic fuit dictum, & num.22.verſ.circa tertiam attende, & Abb.in d.§.is autem nu.6. verſ.ſecundo quæro, ait niſi partes conſentiant, quia tunc ſubdelegare poterit, quem ſequitur Marſil. in tract.de bannit. in verb.Commiſſario nu.46. verſ.poterit etiam,niſi in aliquibus caſibus in quibus etiã partibus conſentientibus ſubdelegare non poterit, de quibus per Abb. in d.§. is autem in princ.& ſub nu.5.verſ.vnde ſi Papa,& ibi Imol. num. 5. & quod induſtria perſonæ intelligatur electa,vbi dictum eſſet perſonaliter cognoſcas, voluit Iaſ.in l.1.num.29. verſ.ſed hoc colligitur ff. de offic.eius, & ibi Purpur.nu.501. verſ.primus eſt, licet titubare videatur ibi nu.502. per ea, quæ ibidem ſcripſit num.483. & quod ideò ſubdelegare non poſſit,voluit Menoch.in conſ. 416. in eadem ſententia nu.10. verſ.ſic quoque dicimus vol.5. & Iaſ. in l.à Iudice ſub num.10. verſ.ſexto limita C.de iudic.& ibi Caſtrenſ.ſub nu.8.verſ.item quæro,licet contrarium dixerit Gratus in conſ.153. hoc thema nu.59.vol.2. vide etiam Orian.in l.1.ſub nu.18.in fin.ff.de offic.eius, qui titubare videtur, nam primo tenet opinionem affirmatiuam cum Iaſ. & poſtea ſubdit, aduertendum eſſe, ne erretur in terminis, quia per verbum perſonaliter bene dicitur inducta vna perſonalitas, ſed non electa induſtria perſonæ, vel vnica perſonalitas inducta.

Tertiò, quando diceretur per te ipſum cognoſcas, quia per talem clauſulam intelligitur electa induſtria perſonæ,& propterea ſubdelegare non poteſt,vt ait Marc.Ant.Eugen.in cõſ. 89.licet verum ſit nu.15.vol.1.& Vant.in tract. de nullit. proceſſ. in tit.de nullit. ex defect.iuriſd.deleg.ſub nu.21.vbi loquitur, quando dicitur per temetipſum, & Iaſ.in l.à Iudice ſub nu. 19.verſ.ſexto limita C. de Iudic.

Quartò,quando aliquid ratione confidentiæ alicui committitur,vt quia diceretur,quia confidimus,

Digitized by Google

fidimus, vel confiſi: nam tunc eſt electa induſtria perſonæ, vt ait Butr.in conſ.48.in fine, & Crauett.in conſ.303.nu.2. Menoch.in q.68. ſub nu.11. verſ.accedit, quod quando de arbitr.iudic. & Io.Bapt. de S.Seuer.in l.more maiorum ſub nu.11. verſ.& maximè ff.de iuriſd.omn.iudic.vbi ait,quod per verba illa,confidentes de induſtria,legalitate,& bonitate tua,videtur electa induſtria perſonæ, & Roman. in conſ.420. ait, quod quando dicitur, committimus diſcretioni tuæ, de qua plurimum confidimus,ſubdelegatio fieri non poteſt.

Nec obſtat Bolognet.in l.1.nu.137. ff. de offic.eius,vbi ait,quod duplex eſt confidentia, videlicet,vel in diffiniendo,vel in inueniẽdo idoneum ſubſtitutum,& ſubdelegatum, quia ſatisfacit Menoch. in q.68.nu.14. verſ.leuior de arbitr.iudic.

Quinto, quando negotium non determinatum committitur:nam eo caſu intelligitur electa induſtria perſonæ,vt ait Crauett.in cõſ.203. nu.3. Io.Bapt.de S.Seuerin.in d.l.more maiorũ nu.16.ff.de iuriſd.omn.iudic.vt quando diceretur,prout tibi videtur,vel arbitrio tuo, ait Menoch.in d.q.68.nu.14.de arbitr.iudic. quod in arbitrariis erit electa induſtria perſonæ, quia non eſt data certa forma actui.

Sexto,quando commiſſum eſſet officium ſine iuriſdictione,& ſic actus nudi miniſterij,puta *ambaſciata*, vt ait Iaſ.in l.à Iudice ſub nu.10. verſ.duodecimo limita C.de iudic.ſed hoc non facit ad propoſitum noſtrum.

Septimo, quando Princeps committeret ea, quæ ſibi ſunt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis,quia tunc non poteſt fieri ſubdelegatio, & ratio eſt,quia ex grauitate negotij præſumitur electa induſtria perſonæ, vt ait Iaſ. in d.l.à Iudice ſub num.10. verſ.decimotertio limita C.de iudic.

Octauo,ſi dictum eſſet in quo,vel ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, vt ait Imol.in cap.fin. ſub nu.22. verſ.idem puto de offic. deleg.& Bald. in cap.ſi pro debilitate nu.12. verſ. deinde Iudex eod. tit. & Alex.in l.more maiorum nu.23. verſ. & quid ſi dictum ſit ff. de iuriſd.omn.iudic.& ibi Io.Bapt.de S.Seuerin.ſub nu.11.verſ.maximè,& Menoch.in q.68.nu.12. verſ.accedit de arbit.iudic. & Iaſ.in l.1. ſub nu. 29. verſ.& dicunt ibi ff. de offic.eius, & rurſus Alex.in l. à Iudice ſub nu.3. verſ.ideò dicit, & nu.4.verſ.inter cætera C. de iudic. ait hoc eſſe notandum, quia talia verba quotidie apponuntur in literis Papæ, & iterum Iaſ.ibi ſub nu.10. verſ. quinto limita, hoc intelligit verum, ſiuè deciſio cauſæ ſit commiſſa conſcientiæ,ſiuè huiuſmodi clauſula ſit appoſita ſuper toto negotio,quidquid dixerit Abb.in cap.fin. §.is autem n.7.verſ.per hoc poteſt inferri de offic.deleg.& in cap.cum in veteri nu.4.verſ.& facit de elect. ſubdit autem Iaſ. magnam eſſe authoritatem Abbatis, licet loquatur contra iura, & omnes authoritates, vide tamen Purpur.in l.1.nu.501. & ſub nu.508. ff.de offic.eius, & Vant.in tract. de nullit. proceſſ. in tit. de nullit. ex defect.iuriſd.deleg.ſub num.21. verſ.ſeù dictum fuiſſet, ait, quod per talia verba videtur alterata iuriſdictio, ex quo electa eſt induſtria perſonæ, & ſubdelegatio prohibita, addo Decian.in cap.16. nu.5.lib.2.tract.crim.vbi ait, quod eſt electa induſtria perſonæ, & non poteſt fieri ſubdelegatio per eam.

Nono,ſi dictum fuiſſet,talis expediat, & non 5 alius, quia tũc videtur prohibita ſubdelegatio, vt ait Alex. in d.l.1. nu.92. verſ.ſecundo limita ff.de officio eius, & in l.more maiorum nu.22. verſ.item non delegatus ff.de iuriſd.omn.iudic. & Iaſ.in l.à Iudice ſub nu.10.verſ.ſeptimo limita C. de iudic.

Decimo, ſi dictum fuiſſet, tuis manibus expedias,vt ait Purpur.in l.1.nu.502.verſ.quartus modus ff. de offic.eius, ibi Orian.ſub num.19. verſ.item plura addo, & Io.Bapt.de S.Seuerin. in l. more maiorum ſub nu.12. verſ.item dicas ff.de iuriſd.omn.iudic.vel manibus propriis, vt ait Pariſ.in l.poſſeſſiones §. adipiſcitur nu.1. ff. de acquir.poſſeſſ. & Galliaul.in l.1.§.ſi quis ita ſimpliciter nu.4.ff.de verbor.obligat.

Vndecimo,quãdo dictum eſſet tu tu, vel per te te cognoſcas, quia propter geminationem intelligitur electa induſtria perſonæ,& non poteſt ſubdelegare,vt ait Iaſ.in l.1.nu.30.verſ.eodem modo ff.de offic.eius, vbi nu.33. hanc defendit opinionem,& Bald.in cap.fin. nu.3. verſ. nota quod de offic.deleg.quem dãnat ibi Imol. ſub nu.4. dicens quod dictum Bald.iure non probatur, ſed quidquid ſit hanc opinionem tenuit Purpur.in d.l.1.ſub nu.501. verſ.& tertius quando diceretur ff.de offic.eius, & rurſus Iaſ. in l.ſi quis in conſcribendo ſub nu.24. verſ.per prædicta,& nu.25.C.de pact.& in l.à Iudice ſub nu.10.verſ.nono limita C.de iudic.& Grat.in conſ.153.hoc thema nu.58.vol.2.

Secus ſi diceretur per te cognoſcas ſolum, quia non intelligeretur electa induſtria perſonæ, vt poſſit fieri ſubdelegatio, vt ait Iaſ.in l.1. nu.30.verſ.eodem modo ff.de offic.eius,vbi dixit dictum Bald. in cap.fin.nu.3.nota, quod dictio tu de offic.deleg.eſſe nouum, & ſingulare, & paucis incognitum,quia pronomen,tu,ponitur ad demonſtrandum,non ad coarctandum.

Contrarium tamen tenuit Gramm. in conſ. 1.in ciuilibus, vbi ait, quod induſtria perſonę dicitur electa, ſi dicatur per te videas, & per te cognoſcas, adeò quod actus per alium explicari non poteſt,dicens de hoc eſſe clarum in cap. cum clarum in cap. cum dilecta de reſcript. & in l.vnic. C.de caduc.tollend. idem tenuit Roland.à Vall.in conſ.59. n.30.vol.3. vbi ait,quod ſi Princeps ſcribat alicui, per te exerceas, reſcriptum eſt perſonale,adeò quod per ſubrogatum exerceri non poteſt.

Duodecimo, quando commiſſum eſſet ar-6 duum negotium,quia tunc Commiſſarius non poterit ſubdelegare,ex quo electa eſt induſtria perſonæ,vt ait Imol.in cap.fin.nu.15.verſ.vnde potes concludere de offic.deleg.& ibi Io.Andr. nu.12.Iaſ.in l.more maiorum nu.65.verſ.quinto limita ff.de iuriſd.omn.iudic.& ibi Io.Bapt. de S.Seuerino ſub nu. 11. verſ.hic probabiliter dubitatur, & iterum Iaſ.in l.à Iudice ſub nu.10. verſ.

Digitized by Google

verſ. tertiodecimo limita C. de iudic. loquitur de reſeruatis ſoli Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, Dec. in l. 1. nu. 28. verſ. ſecundo nota ff. de offic. eius, vbi Alex. num. 6. Iaſ. num. 35. & Menoch. q. 54. nu. 7. verſ. probatur prætera, & nu. 11. verſ. hæc etiam conſideratio, & in q. 68. nu. 15. verſ. accedit præterea, & in caſ. 205. nu. 1. de arbitr. iudic. vbi ait nu. 3. Iudicis arbitrio relinqui, quæ dicantur ardua, magna, vel grauia negotia, & hoc vltimum voluit Innoc. in cap. fin. de offic. deleg. & ibi Io. Andr. num. 13. verſ. quæ vero dicatur, & Imol. nu. 14. & Ant. de Butr. ſub nu. 15. verſ. dicunt hic Doctores, vbi de grauibus negotijs loquitur, & verſ. quæ autem dicatur, vbi loquitur de magnis negotijs, & Felyn. in cap. ſi pro debilitate nu. 15. de offic. deleg. & ibi Dec. num. 4. Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. n. 12. Menoch. vbi ſupra ait, arduum, & graue idem eſſe, & ideò Iudicis arbitrio relinqui, quæ ardua dicantur, & Io. Bapt. de S. Seuerino in l. more maiorum ſub nu 11. verſ. pro cuius declaratione ff. de iuriſd. omn. iudic.

Et induſtria perſonæ regulariter in dubio 7 cenſetur electa, vt ait Angel. in §. vſusfructus ſub nu. 1. verſ. quæro ergo inſtit. de vſufruct. & Bologn. in conſ. 6. nu. 10. verſ. quæ induſtria, & Seraphin. in priuileg. 57. num. 10. de priuileg. iurament.

SVMMARIVM.

1 *Ignorans non dicitur delinquere, & ignorantia in dubio præſumitur.*

2 *In materia falſitatis requiritur ſcientia, & dolus.*

Clerici vtētes falſis dimiſſorijs ignorantes eſſe falſas, qua pœna puniantur? ad intellectum text. in l. maiorem C. de falſis.

DECISIO LXXXIX.

FVerunt inquiſiti in Cur. Archiepiſc. nōnulli clerici, qui fuerūt ordinati à non ſuo Epiſcopo cum dimiſſorijs falſis, propter quod fuerunt per eādem Curiam capti, & carcerati, datis eis defenſionibus, allegabant, quod licet vſi fuiſſent dictis dimiſſorijs, tamen ignorabant, illas eſſe falſas, ex eo, quod dictæ literæ fuerunt ipſis conſignatæ, cum tamen ignorarent illas eſſe falſas, illaſq; acceperūt à viro probo, & bonæ opinionis, quare fuit dubitatum, ſi venirent aliqua pœna puniendi, & dicebatur in nullam pœnam eos incidiſſe, ex regul. iur. falſitatem non puniri abſque ſcientia l. 1. §. fin. ff. de falſis l. nec exemplum C. eodem, quæ qualitas eſt de 1 ſubſtantia delicti, ex quo ignorans non dicitur delinquere ſecundum Rip. in l. fin. nu. 48. C. de reuoc. donat. Gramm. conſ. 25. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 186. num. 12. & ignorantia in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia cap. præſumitur de regul. iur. Lverius ff. de probat. Roland. conſ. 45. vol. 1. Cacheran. deciſ. 24. Maſcard. de probat. concl. 879. num. 6. ſcientem enim, non ignoranté lex vult obligare l. generaliter C. de tabular. lib. 10. Cyn. in l. quicunque nu. 4. C. de 2 ſeru. fugit. & Roman. conſ. 473. & in proprijs terminis in materia falſitatis, ſcientia, & dolus requiruntur ad puniendum aliquem vtentem falſis ſcripturis, Plot. in l. ſi quando num. 624. C. vnde vi, Boniſac. de Vitalin. in rubr. de falſis num. 2. Iodoch. in pract. crim. cap. 123. num. 7. quemadmodum dicimus etiam in vtētibus falſis ponderibus, & menſuris, Natt. conſ. 72. nu. 3. Tab. in ſumma §. emptio n. 9. & §. falſum nu. 10. Nauar. in manual. cap. 17. nu. 169. vnde Clar. in §. falſum nu. 5. voluit, quod qui vtitur falſo inſtrumento, non punitur, niſi ſciens illud eſſe falſum, & eo vſus ſit, cuius ratio eſt, quia pœna præſupponit culpam, Rimin. Iun. conſ. 640. nu. 72. vol. 6. ſed in ignorante non cōſideratur culpa, vt ait Crauett. conſ. 204. nu. 21. & Rimin. d. conſ. 640. nu. 76. vbi etiam ſubdit num. 77. quod ſine culpa non conſideratur pœna, & ad idem facit, quod notanter ſcripſit idem Crauet. conſ. 8. num. 10. quod ignoranti falſas ſcripturas, ſeù dimiſſorias, dolus imputari non poteſt: non obſtat Luc. de Pen. in l. modios nu. 4. C. de ſuſceptoribus, vbi ait, quod tenentes falſas menſuras ſunt puniendi, nec excuſantur per ignorantiam per text. in l. ſed addes §. ſi quis ff. locati, quia loquitur in alio caſu.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet dirimere controuerſias in proceſſionibus.*

2 *Facere proceſſiones extra clauſtra, ſapit quid iuriſdictionis.*

3 *Regulares non poſſunt facere proceſſiones niſi intra clauſtra, vel eorum ambitum.*

Regulares, an poſſint facere proceſſiones extra clauſtra?

DECISIO XC.

CVria Archiepiſcopal. ſtat in pacifica, & iuridica poſſeſſione concedendi, ſeù impartiendi Regularibus licentiam, volentibus facere proceſſiones extra clauſtra, cuius deciſ. rationes ſunt. Primò, quia & ſi Regulares non ſubſint Ordinarijs locorum cap. 1. de Cappell. Monach. latè Doctores omnes in cap. 1. de priuileg. Triuiſ. deciſ. 33. lib. 1. tamen quoad proceſſiones bene ſubſunt Epiſcopis cap. nimis graue de exceſſ. prælat. quod intellige de proceſſionibus publicis, ſecundum Calderin. in conſ. 8. de Regular. in fin. Rub. conſ. 22. Monal. conſ. 83. nu. 1. 1 Gratian. deciſ. 383. Hinc eſt, quod per eoſdem Epiſcopos ſunt dirimendæ controuerſiæ, quæ incidunt circa præcedentiam proceſſionum, Concil. Tridēt. ſeſſ. 25. canon. 12. de Regularib. Cappell. Tholoſ. deciſ. 483. Anna alleg. 9. Guttier. lib. 1. pract. quæſt. cap. 12. Nauar. conſ. 8. de offic. ordin. quę dicantur publicæ proceſſiones, vide Cappell. vbi ſupra, & Graſſ. de arbit. conſeſſ.

Digitized by Google

2 feſſ.lib.2.cap.59. Tùm ſecũdo,quia facere proceſſiones extra clauſtra, ſapit aliquid iuriſdictionis, quæ exerceri prohibetur abſque conſenſu Ordinarij. Tùm tertiò,quia tantum Abbas poteſt facere illã in ſuo territorio, ſed monaſterium Abbatis dicitur tantum eius territorium,ſecundum Zabarell. in clem.2. nu.1. de ſtatu monach. Sapia ad Panorm.in cap.ad monaſteria de vit.& honeſt.cleric. Alban.conſ.17. Igitur extra dictum locum fieri nequit, vnde ſecundum Graff. conſ.20. de regular. habetur,
3 poſſe Regulares facere proceſſiones intra clauſtra ſuarum Eccleſiarum, & per triginta paſſus extra clauſtra,text.in cap.antiquitus 17. q.4. & ita eſſe de communi obſeruantia in omnibus Ciuitatibus in proceſſionibus, quæ ſingulis annis fiunt Roſarij, Conceptionis, & huiuſmodi, ſolum illę fiunt intra clauſtra,& ambitum monaſterij, niſi aliter concederetur in eorum priuilegijs,iuxta notata in cap.porrò,& cap.complantare de priuileg. facit etiam ad hoc text. in cap.certum eſt de conſecrat. diſt.1. ſed quia in hac Ciuitate,etiam magna Monaſteria non habent ſpatium 30.paſſuum circum circa,ſed habent domos iuxta eas, vt teſtatur de Frãch. deciſ.402. propterea dictæ proceſſiones non poſſunt fieri à Regularibus vltro girum ſuarum Eccleſiarum, ſeù Monaſteriorum. Vnde hodie præſumentes facere proceſſiones extra clauſtra,& giros prædictos in hac Ciuitate Neapolis ſolẽt excommunicari,vt habetur in excommun.ſynodal.20.

SVMMARIVM.

1 *Petens abſolutionem ad cautelam, debet ſummariè cauſas nullitatis excommunicationis probare, quod ſi ab initio conſtat non eſſe nullam non conceditur, & ſi conſtat eſſe nullam ſtatim datur abſolutio ſimpliciter.*
2 *Cauſæ nullitatis debet ſaltem ſemiplenè probari, ad effectum obtinendi abſolutionem ad cautelam, & præmitti debet aliqua cauſæ cognitio ante dictam abſolutionem.*
3 *Non ſufficit ad effectum abſolutionis ad cautelam,quod vnius teſtis teſtimonio probetur appellationem præceſſiſſe excommunicationem.*
4 *Ad obtinendam abſolutionem ad cautelam, non ſufficit probare appellationem ante ſententiam, ſed appellationem ex legitima cauſa fuiſſe interpoſitam,& tunc præſtita cautione de ſatisfaciendo, ſi apparuerit ſententiam fuiſſe iuſtam, conceditur dicta abſolutio.*

Excommunicatus,petens abſolutionem ad cautelam,tenetur explicare cauſam nullitatis ſententiæ,eamq; ſaltem ſemiplenè probare.

DECISIO XCI.

1 PRacticatur in Cur.Archiepiſc.Neap. quod petens abſolutionem ad cautelam, debet ſummariè cauſas nullitatis probare, ratio eſt, quia ſupradicta abſolutio non eſt concedenda, quando excõmunicatio fuit iuſta, neque quando iniuſta,quia ligat cap.1. 11 q.3. ſed ſolum quando dicitur nulla ex quauis cauſa nullitatis, etiam exemptionis, & eſt aliquod dubium de nullitate, alias ſi ab initio conſtaret non eſſe nullam non conceditur,& ſi conſtaret eſſe nullam,ſtatim fiet abſolutio ſimpliciter, Io.Andr. Domin.Anchar.Franc. in cap. ſolet de ſentent. excomm.in ſexto,habetur in cap.venerabilibus §.ſanè eod.tit. & quando petitur, debet exprimi cauſa nullitatis,cũ ſic dubitetur, an ſit nulla vel ne,vt dicit Franc.in d.cap.ſolet, Couarr. in cap.alma mater de ſentent.excomm. in texto 1.par.relectionis §.12. nu.6. & propterea ex parte ipſius excommunicati, qui petit abſolutionem ad cautelam,& dubitatur an ſit nulla,
2 requiritur, vt in ſpecie exponat cauſam, propter quam nullitatem ſentẽtiæ allegat,& etiam ſaltem ſemiplenè probet: cum enim pro ſentẽtiæ cenſura præſumatur, argum.text.in cap.ad reprimendam de offic.ordin.vt notant Imol.in cap.bone il primo in verb.præſumitur de elect. Rot.eod.tit.deciſ.29. & Gemin.in cap.1.nu.9. de appell.lib.6. Abſolutio hæc ad cautelam temerè concedenda non eſt, ſed præmitti debet omninò aliqua cognitio, & ſemiplena probatio cauſæ illius, quæ ab excommunicato allegatur, vt nulla ſit excommunicatio: præſertim vbi dicitur excommunicationem latam fuiſſe poſt
3 legitimam appellationem: Nec ſufficit ad effectum abſolutionis ad cautelam, quod vnius teſtis teſtimonio probetur appellationem præceſſiſſe ipſam excommunicationem: nec ſatis eſt iuramentum ipſius appellantis in eo caſu, quod Iudex excommunicator,dicat ſe non credere appellationem præceſſiſſe excommunicationem,& tamen paratum eſſe dare abſolutionem,ſi ita ſit,quod poſt appellationem excommunicauerit, vt notant Felyn.in cap.Apoſtolicæ nu.19.de except. Ægid.Bellam.deciſ.191.& 356. quos refert, ac ſequitur Couarr.in cap.alma mater par.1.§.12.num.7. verſ.primam de ſentent.excomm.lib.6. Imò verò cum abſolutè verum non ſit, ſententiam eſſe nullam, ex eo, quod appellatio ſententiam præceſſerit,niſi etiã appellatio interpoſita ſit ex legitima cauſa, & quod illa cauſa vera ſit; ideò ad obtinendum abſolutionem ad cautelam non ſolum probare debet appellaſſe ante ſententiam, ſed etiam
4 appellationem ex cauſa legitima, & vera interpoſitam fuiſſe,qua ſemiplenè ſaltem probata, tunc abſolutio fiat ad cautelam, cum cautione tamen de ſatisfaciendo,ſi in proceſſu apparebit ſententiam iuſtam fuiſſe, vt rectè Steph. Coſt. in cap.ſolet nu.11.de ſentẽt.excomm.lib.6. annotauit,quæ omnia, & ratione confirmari poſſunt,quia ſi ſimpliciter nullitate propoſita cenſuræ abſolutio vnicuique petenti cõcederetur, tunc Iudex,& cenſura Eccleſiaſtica,vt plurimũ illuderentur, quod fieri non debet cap.cum inter de conſuet. & clem.1.de ſentent.excomm. omnes enim cenſuris innodati, ſtatim ſentẽtiæ nullitatem allegarent,& proinde meritò,vt nullitatis cauſa,ante abſolutionem ſaltem ſemiple-

Digitized by Google

nè probetur, ſtatutum, vſu obtentum, & cõſeruatum eſt, vnde Innoc. in d. cap. ſolet in iudicijs, non prodeſſe veritatem affirmauit, hoc eſt non prodeſſe, vt ita ſit, niſi talis veritas probetur in cap. cum ſuper, & cap. ſub orta de ſentent. & re iudic. quamuis ſecus ſit in foro animę, vt in cap. ſignificaſti de homicid. & cap. tua nos de ſponſal. Nam eo in foro abſoluitur, etiam ſi veritatem probare quis nequeat, ex Innoc. in d. cap. ſolet in verb. contradictionis nu. 3. Coſta ibid. nu. 12. de ſentent. excomm. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *In abſolutione ad cautelam requiritur citatio partis.*

2 *Si opponitur, quod excommunicatio ſit lata ob manifeſtam offenſam, multa ſunt probanda.*

In abſolutione ad cautelam, an requiratur citatio partis?

DECISIO XCII.

FVit pluries reſolutum in Cur. Archiepiſc.
1 Neapol. in abſolutione ad cautelam requiri partis citationem, per text. in l. de vnoquoque ff. de re iudic. & in l. nã ita Diuus, vbi Doctores ff. de adoptionib. cum alijs, quos citat Minſing. cent. 6. obſeruat. 30. & Sayr. lib. 7. caſuum conſcientiæ cap. 14. vbi voluit huiuſmodi abſolutionem fieri debere vocato illo, ad cuius inſtantiã, excommunicatio ipſa lata fuit, vel vocato ipſo Iudice proferente, ſi fuit lata ex officio ipſius Iudicis, de quo in cap. venerabilibus §. 1. de ſent. excõm. in ſexto. Ratio dec. ſ. eſt, quia poteſt eſſe, quod ſi Iudex, aut is, cuius gratia excommunicatio lata eſt, aſſerant excommunicationem
2 latam fuiſſe pro manifeſta offenſa. Idcircò partis citatio ſemper eſt neceſſaria, opponens autem dictam manifeſtam offenſam, duo debet facere. Primò, iurare debet, quod non exponit eam animo calumniandi, argum. cap. 1. & 2. de iurament. calumn. lib. 6. ſecundum Io. Andr. & Gemin. in cap. ſolet nu. 14. & 16. de ſentent. excomm. in ſexto, Stephan. Coſt. ibidem nu. 14. manifeſtum autem illud dicitur, quod conſtat per confeſſionem partis, vel euidentiam rei, argum. cap. ex parte de verbor. ſignif. iuncto cap. cum olim tit. eod. & cap. qua fronte de appell. Innoc. in d. cap. ſolet num. 11. Anchar. ibid. verſ. vndecimo Gemin. in lect. 2. nu. 20. Steph. Coſt. ibi in princ. nu. 11. Secundò, opponens offenſam manifeſtam, probare illam debet infra octo dierum ſpatium; ipſi autem octo dies currunt, & incipiunt à die obiectionis manifeſtæ offenſæ, numerando ipſum à die obiectionis & ita deinceps à momento ad momentum, ex Gemin. in d. cap. ſolet nu. 14. Steph. Coſt. ibid. nu. 14. Rot. in nouis deciſ. 208. quæ incip. Item quod terminus, Felyn. in cap. Apoſtolicæ nu. 15. de except. Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 12. n. 8. verſ. tertio conſiderandum eſt de ſent. excom. lib. 6. Vgolin. de cẽſur. eccleſ. tab. 1. cap. 22. §. 1. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Non dicitur aſportare arma, qui non aſportat ea apta ad nocendum.*

2 *Statutum puniens facientem opus in alieno, non comprehendit niſi opus formatum.*

Clericus portans archibuſettum abſque ſilice, ſiuè fucili, vel cane arrotato, an incidat in pœnas Synodi Prouincialis Neapol. contra aſportantes arma?

DECISIO XCIII.

CLericus Frãciſcus Primicilis, Terræ Pumiliani Diœceſis Nolæ, fuit repertus in hac Ciuit. Neap. à noſtris Curſorib. Cur. Archiepiſ. portans duos archibuſectos verum abſque ſucilibus, & canibus ferreis, propter quod fuit inter nos dubitatum, an præfatus clericus veniret puniendus pœna, de qua in Concil. Prouincial. Neapol. contra aſportantes archibuſectos ſancita, & dicebatur pro opinione affirmatiua, quod dum præfata Cõſtit. prohibet armorum aſportationem, nec diſtinguit qualitatem, & modum aſportationis, conſequenter indiſtinctè generaliter erit intelligenda, ita vt cõprehendat quodlibet genus aſportationis, text. in l. 1. §. & ſi generaliter ff. de public. act. & l. de pretio cum vulgarib. ff. eod.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium iudicauit Cur. Archiepiſc. abſoluẽdo dictum clericum, cuius deciſ. ratio fuit, nam
1 non dicitur propriè aſportate arma, qui ea deſert, non apta ad nocendum, vt in proprijs terminis docet Decian. conſ. 122. prout in ſimili diximus, quod factum dicitur illud, quo commodè vti poſſumus l. quintus §. cui ff. de aur. & arg. leg. nec opus dicitur, niſi perfectum l. rei §. opere ff. de verb. ſignif. vbi Alciat. miratur quomodo reſponſa Aſtrologorum appellẽtur opera, vel vt Greci dicũt Apoteleſmata, quæ perfe-
2 ctionem includũt, cum eorum nihil ſit vanius, ſtultius & imperfectius, vnde ſtatutum puniens facientẽ opus in alieno, non comprehendit, niſi opus formatum, Alex. ad Bart. in l. ſtipulatio §. opus ff. de nou. oper. nunc. Perfectum aũt dicitur, ꝙ ex omnibus ſuis partibus conſtat, ſecundum Philoſ. & ſentit Bald. in l. nihil in ſummar. C. de manum. vindict. & facit l. 1. ff. de iuſtit. & iur. idẽ Bald. in l. cum antiquitus in 1. notab. C. de teſtam. vbi nedum eſt perfectum, ꝙ conſtat ex omnibus ſuis partibus, ſed iſtæ partes debent eſſe ſimul iunctæ, & ad prædicta omnia bonus text. in l. ſi is, qui quadringenta §. quædã ff. ad l. falc. ibi. n. neq; vllum balneum, neq; theatrum, aut ſtadium feciſſe intelligitur, qui ei propriam formã, quæ ex conſumatione contingit, non dederit. & ibi Bart. & Alber. dicunt. ꝙ ſi ego nomino opus, genericè loquendo, tùm ẽt informe continetur, ſi reſtringo me ad certam ſpeciem operis, nominando eam per nomen propriũ, vt

Thea-

Digitized by Google

Theatrum, Molendinum, tunc de formato, & conſumato intelligitur in propria ſignificatione: opus etiam dicitur perfectum, & non aliter, ſi tale ſit quoad vſum, & modum vtendi, & ſic enſibus imperfectis non conuenit forma, accedit gloſ. in l. qui falſum ff. de falſ. vbi formare, & perficere idem ſunt, & forma dicitur ſtatus diſpoſitionis perfectus, Bald. in l. ſi plures col. 3. verſ. quarto modo C. de cond. inſert. latè Brun. de potentia, & effectu formæ col. 2. verſ. ex hoc inſurgit fol. mihi 44. facit l. mulier §. res abeſſe ff. de verbor. ſignif.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus debet gaudere immunitate Eccleſiæ.*

2 *Excommunicatus non arcetur ab Eccleſia, quando in ea non celebrantur diuina.*

Excommunicatus confugiens ad Eccleſiam, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica?

DECISIO XCIV.

FVit dubitatum, an excommunicatus delinquens, & confugiens ad Eccleſiam gaudeat eius immunitate? & dicebatur, incõſonum eſſe, & à iure alieniſſimum, vt is ab Eccleſia defendatur, cuius tutelę, & gremio ſeipſum committere recuſat. Cyn. in l. præſenti in 1. membr. diſtinctionis C. de his, qui ad eccleſ. cõfug. Butrig. in l. fin. in fin C. eod. Bart. nu. 1. Salyc. nu. 4. Azo nu. 2. C. eod. tit. & nouiſſ. Farin. in eius tract. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 68. imò ſecundum Ambroſ. de libert. eccl. cap. 8. nu. 7. in fin. Eccleſia non eſt tutela ijs, qui non ſunt ſub eius lege, quod voluit ante eum Anan. in cap. Iudæi il 1. col. 2. verſ. nũquid autem Iudæi de Iudæis. Item dicebatur præfatum excommunicatum, vti cõmittentem, & manentem contra Eccleſiam, & legem Chriſti, non debere frui beneficio ex eadem Eccleſia perueniente, ex reg. iur. quod qui deliquit in legem, non debet gaudere priuilegio legis l. 1. C. de hæretic. cap. quia fruſtra de vſur. & cap fruſtra de reg. iur. in ſexto. Ijs accedebat, quod excõicato eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, gloſ. in cap. poſtulaſti de cl. r. excomm. min. & prohibetur Sacerdoti corã ipſo celebrare cap. is qui de ſent excom. in ſexto: imò ipſo excõmunicato nolente egredi ab Eccleſia, Sacerdos debet ceſſare à celebratione, nec in ea ſepeliri poteſt, per ea, quæ tradit Archidiac. in cap. præſenti 2. q. 2. cap. Parochiani de ſepultur. Audit. Petra in addit. ad deciſ. Grammat. 65. num. 28. & ſeqq. ergo multo minus viuens protegi debet ab Eccleſia. Tandem dicebatur, quod excommunicatio eſt maior pœna, quæ datur in Eccleſia, cum per eam excommunicatus extra Eccleſiam eijciatur, & tradatur Sathanæ, ſecundum gloſ. in cap. fin. 11. q. 1.

1 Cæterùm ſupradictis ſic ſtantibus, contrarium fuit reſolutum in Cur. Archiepiſc. & moti fuimus ex deciſ. Boer. 110. hoc idem in proprijs terminis tenentis, & hanc eſſe communem opinionẽ, tenuerunt infraſcripti, Hoſtienſ. in ſumm. de immun. eccl. in §. quibus verſ. quod ego, & Io. Fab. in l. 1. C. de ijs, qui ad eccleſ. confug. & in §. vlt. inſtit. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Cyn. in d. l. 1. Boich in cap. fin. de immun. eccleſ. & Imol. in clem. 1. de pœnit. & remiſſ. hanc opinionem tanquam magis communem tenendam affirmat Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 1. & atteſtatur Boer. d. deciſ. 110. nu. 5. proſequitur Io. Viſch. de immun. eccleſ. q. 4. nu. 4. & Didac variar. reſolut. lib. 2. cap. 20 nu. 11. & cõprobat Clar. poſt alios in practic. §. fin. q. 30. nu. 18. Remig. de immun. eccleſ. in 19. fall. nu. 1. & Io Franc. Leon. theſ. for. eccleſ. cap. 13. nu. 13. & 14. qui communem dicit: Non obſtante contraria, & præſertim illud, quod excommunicato eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, quia excommunicato viuenti hoc non prohibetur,
2 neque arcetur ab Eccleſia, quando non celebrantur diuina, gloſ. ſingul. & communiter recepta in cap. qui ſtudet in verb. dimiſit 1. q. 1. Bald. in cap. vnic. nu. 5. de ſyndic. Ant. de Butr. in cap. reſponſo per illum text. de ſentent. excõmun. Archidiac. in cap. diffiniuit 17. q. 4. Non obſtat ſecundo, quod excommunicato denegetur ſepultura, quia illud eſt ex eo, quod appareat eſſe mortuum impenitentem, & conſequenter hæreticum. Non obſtat tertio, fruſtra legis, &c. nam intelligitur in eodem facto, ſi enim excõmunicatus fuiſſet pro delicto, pro quo confugeret ad Eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatus ad Ordines, non eſt diſpenſatus ad beneficia: nam diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictè eſt interpretanda.*

2 *Diſpenſatus ad obtinendum, non eſt diſpenſatus ad retinendum.*

3 *Diſpenſatio intelligitur pro prima vice, niſi ſimus in actu iterabili, vt in facultate teſtandi.*

Diſpenſatus ad Ordines, an cenſeatur diſpenſatus ad beneficia?

DECISIO XCV.

EXhibita diſpẽſatione Apoſtolica à quodam laico ſuper defectu natalium, ad hoc, vt valeat aſcendere ad ordines, cum poſtea fuiſſet præſentatus ad beneficium iuriſpatronatus, & petijſſet in Curia Archiepiſcopali ſe declarari habilem, & conſequenter inſtitui in dicto beneficio, fuit dubitatum, an ſtante diſpenſatione quoad ordines, conſequenter cenſeatur quoque diſpenſatus ad beneficia? & vnus ex Dominis dicebat, quod ſic, ex eo, quod Ordo eſt principale beneficij cap. ex inſinuatione de Procur. cap. cum adeò de reſcript. & latè Doctor. omnes in cap. fin. eod. tit. in ſexto. Item dicebat, quod habilitatus ad ordines non eget noua habilitatione quoad beneficia cap. accepimus de ætate

grauato, dilationem triennalem, vt non poſſet ab eius creditoribus infra dictum tempus moleſtari:quare fuit dubitatum, an iure id facere potuiſſet? & dubitabatur pro opinione negatiua. Primò,quia huiuſmodi facultas concedendi ſupradictas dilationes non competit niſi ſupremis Principibus, ſuperiores minimè recognoſcentibus, text.ſunt aperti in l.1. l.quoties, & l. vniuerſa,& ibi communiter Doctor. C.de precib.Imper.offer.Bald.in conſ.323. vol.2. Alex. conſ.13.num.4.& ſeq vol.1. Cucc.in tract.de morator.præſcript. q.60. per totam. Rebuff.de liter.dilat.q.16.nu.7.& 17. poſt Alciat.in tract. de præſumpt.regul.1.nu.7. & ſupradicta regula canonizata eſt in cap. vniuerſa 23. q. 4. vnde Theſaur. in deciſ.186. nobis ſcriptum reliquit, non licere ſupradictis Principibus has dilationes abſque rationabili,& legitima cauſa concedere. Secundò, quia Archiepiſcop.non poteſt aliquid concedere in præiudicium tertij, cap. fraternitatis de donation. Cum certum ſit in iure, gratiam Principis ſemper eſſe interpretãdam, vt iura tertij non lædantur l.1. §. ſi quis à Principibus ff. ne quid in loc.public.l.nec auus C. de emancip.liber. & non dubitatur, quin ex ſupradicta conceſſione dilationis, lædatur ius tertij, cum minus ſoluere videtur, qui tempus ſolutionis differt l. minus ſoluit ff. de verb. ſignif. l.qui ſic ſoluit ff. de ſolut. facit text. in §. plus,& ibi latiſſimè Iaſ. & omnes, inſtit.de act. poſt Alban.in conſ.35.& 77.nu.5. & ſeq. vol.1. Mandel.conſ.25.nu.4.vol.1. Natt conſ.391.

Cæterùm quidquid ſit ex ſupradictis,cõtrarium fuit reſolutũ,poſſe ſcilicet Archiepiſc. &
1 quemlibet Prælatum obtinentes iuriſdictionem ordinariã,dilationem clericis debitoribus concedere, de qua deciſ. mirandum non eſt, ſiquidem Epiſcopus dicitur maior quolibet ſupremo Principe, cap.omnis anima de cenſib. cap. duo ſunt 90.diſt.& iuriſdictio ſpiritualis,eſt maior temporali cap.ſolitæ de maior. & obedient. facit text in cap. cum iam nudum de præbend. vnde cum Epiſcopi obtineant maiorem, nobilioremq́; iuriſdictionem, quam Principes temporales, quibus competit ſupradicta facultas, idem fatendum eſt,eiſdem Epiſcopis compete-
2 re. Supradictis accedebat Epiſcopos condere poſſe ſtatuta cap.fin.de offic.deleg. latè Bart. l. omnes populi col.3.ff.de iuſtit.& iur.Bald.in l.cunctos populos nu.16.C.de ſumm.Trinit.& fid.cathol & communiter Canoniſtæ in cap.cũ omnes de conſtit. vnde Bologn.conſ.4. quem refert, & ſequitur Bombin.conſ.22. Rub.conſ. 60.nu.5.& ſeq.dicit,quod Epiſcopus habet merum,& miſtum imperium, & dicit Hoſtienſ.& Panorm.in cap.cum cauſa il ſecondo de iuram. calumn.quod Epiſcopi dicantur illuſtres,ſequitur Dec.& reliqui communiter in rubr.ff.de offic.eius,Burkolt conſ.29.vol.1.Schrader.conſ. 26.nu.7.& ſeq.Epiſcopus dicitur maior Præfecto Prætorio, in cuius locũ hodie ſuccedit Prorex l.1.C.de offic.Præfect.Prætor.Leonard.in tract.de Magiſtrat.Regni q.9.Surgens de Neapol.illuſtr.lib.2.cap.8.& Proregi non dubitatur, quin competat ſupradicta facultas concedendi dilationes triennales, ſeù quinquennales debitoribus contra eorum creditores petentes debita,ſecundum Ant.Fab.in deciſ.3.C.de precib. Imper.offer.Addebatur quoque pro confirmatione dictæ deciſ. quod ſecũdum Bologn.conſ. 92. Epiſcopi dicuntur maiores omnibus alijs Ciuitatis, vnde dixit Pariſ.conſ.141.nu.25. vol.
3 4.quod diſpoſitio Papæ excipiens Principes, includit Epiſcopos,cum in terris Epiſcopatus ipſorum dicantur Principes, ſtante quod teneant locum Apoſtolorum,cap.quorum vices 68. diſtinct. quarè ſi Principibus laicis competit dicta facultas tanto magis, & Prælatis, & ita fuit reſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Ad reuiſionem ſententiæ, requiritur vt Princeps expreſsè deroget rei iudicatæ.*

2 *Principis reſcriptum ſimpliciter conceſſum ſine ſuperſedentia,non retardat executionem rei iudicatæ.*

3 *Poteſt Archiepiſcopus concedere, vt iterum reuideatur ſententia.*

An Archiepiſcopus Neapolitan. poſt ſententiam latam à ſua Congregatione cum eius Vicario,poſſit committere reuiſionem eiuſdem ſententiæ dictæ Congregationi.

DECISIO XCVIII.

SEntẽtiæ reuiſio varijs modis de iure admittitur,inter cætera,quando poſt tempus datum ad appellandum Princeps præcipit, vt de nouo cognoſcatur, & iuſtitia fiat, Fab.de Ann. conſ. 23. vbi etiam proſequitur quando nihil operetur reſcriptum contra rem iudicatam,vel quando Princeps ſuo reſcripto minimè ſubreptitio,mandat cauſam ex integro cognoſci,non obſtante tali ſententia, ſcilicet, quæ tranſiuit in iudicatum,Gabr.conſ.172.num.47.lib.1.nam clauſula ex integro,exponitur de nouo, vnde reuiſionis iudicium ſubintrat, gloſ.in §.vlt. inſtit.de act.l.2. C.ſi ex falſ.inſtrum.& l.admonẽdi ff.de iureiur.Oſaſc.deciſ.4.nu.6.& ſeq. Alexand.conſ.94.vol.2. Dec.conſ.198.nu.4. Menoch.de arbitr.iudic.caſ.202.nu.47.cum ſeq.Mar. Anguiſſol. conſ. 229. & Burſat. bene declarat conſ.305.in fi. vol.3.vel quãdo Princeps concedit audientiã ad præſcriptum,auth.quæ ſupplicatio C. de precib. Imper.offer. vt proximè dicebamus,vel quando ſuperior reformat ſententiam latam ab eo, cuius conſcientiæ commiſſa eſt cauſa, Rebuff.tract. de adiunct. gloſ.2. ſanè cum alicuius conſcientiæ commiſſa eſt cauſa, & is eam expediens, non poteſt appellari, nec aliter oppugnari, niſi adito ſuperiore in caſu grauiſſimi præiudicij, vel notoriæ iniuſtitiæ, quam reuideat per ſe, vel alium delegatum, & reformet, gloſ.in cap.ſtatutum §.aſſeſſorem de reſcript. in ſexto, Menoch. de arbitr. iudic.

Digitized by Google

q.8.nu.17.& 41.iuncto conſ.584.nu 4.

Sed ad hoc, vt reuiſionis huiuſmodi beneficium concedatur,quatuor requiruntur.

Primum, quod Princeps deroget expreſſim
1 rei iudicatæ.Iaſ.in l.cauſas col.1. C.de tranſact. & Boſſ.latè in tit.ſi aduerſ.rem iudicat. in praxi criminali.

Secundum eſt,quod ad reuiſionem non procedatur, niſi exequutio ſit tractabilis, alioqui ceſſaret præſuppoſitum legis, & ſic ceſſaret gratia reuiſionis, Peregr.in puncto conſ.79.nu.10. & 11. vol.2. vbi interpretatur locum Nou. conſtit. Mediol. interim verò victor exequens grauatur onere fideiubendi de reſtituenda re habita in exequutione iudicati,d.auth.quæ ſupplicatio C. de precib.Imper. offer. vnde increbuit vſus illius clauſulæ (parito prius iudicato) quæ intelligitur conditionaliter, quando adeſt res iudicata, Rot.Roman.deciſ.100. in fin. par. 1.in nouiſſ.Addo Ego,quatenus durat annale tempus, quia poſt annum non fit exequutio abſque noua citatione,& ſine renouatione licentiæ,Bald.cóſ.35.lib.5.Guid.Pap.deciſ.324.Specul.de execut.ſentent. §.videndum in fin. Imo nec ſufficit depoſitum,quod appellitát muſcale cum fideiuſſione in forma Benint.deciſ.Bonon. 77. neque conceditur audientia, ante ſententiæ exequutionem, quæ liquida ſit, Natt conſ.675. Sola ad Nou.decret.Pedem.tit.28.gloſ.15. Imò
2 Principis reſcriptum ſimpliciter conceſſum ſine ſuperſedentia,non retardat exequutionem rei iudicatæ, Afflict. deciſ. 353. Paſet.conſ.58. Thob.Non.conſ.42. & 63. Rimin.Iun.conſ.48. Menoch.de arbitr iudic. q.70.nu.23. Benint.deciſ. Bonon.73. Valaſc. deciſ.51. & in dominio Mediolani, vltra exequutionem fieri oportet depoſitum centum aureorum, quando poſtulatur reuiſio ordinationis Senatus, vt in noua conſtit.§.poteſt tit. de Senator.

Tertium eſt, quod in reuiſione de gratia, non eſt exprimenda qualitas repugnans indoli Principis,& excellentiæ Iudicantis,veluti iniquitas, vel dolus, ſed vel circumuentio aduerſarij, vel negligentia, aut error proprius l.Præfecti ff.de minor.& Azo in ſumm.C.de ſentét. Præfect Prætor.Valaſc.d.deciſ.51.nu.56.cum ſequent.

Quartum, & vltimum eſt, quod non verſemur in caſibus, in quibus regulariter denegatur reuiſio,quos ad nu.13.refert,& declarat inſigniter Valaſc. d. deciſ. 51. quo ſtudioſum remitto lectorem, & tres effectus reuiſionis de gratia, vide penes Io.Bapt.Coſt.de remed.ſubſid.cap.23.

Redeundo igitur, vnde digreſſi ſumus, dico,
3 fuiſſe deciſum, poſſe Archiepiſc. Neapol. concedere, vt iterum reuideatur ſententia, cuius deciſ. ratio eſt, quia locorum Ordinarij dicuntur Principes cap.omnes Principes de maior.& obed. & ſolus Princeps in ſubſidium per viam gratiæ huiuſmodi res concedere poteſt, Salyc. ad l.vlt C.ſentét.reſcind.non poſſ. Bald.Franc. & Dec.in cap.ſua nobis de appell.Afflict.in tit. quæ ſint regal.in princ.nu.99.cum adductis per Contar.ad l.vnic.q.8.nu.28.& ſeq. C.ſi de moment. poſſeſſ. Introductum namq; fuit hoc remedium, tàm ad frenandum iniquitatem Iudicantium,& ad corrigẽdum eorum imperitiam, quam vt nouis probationibus veritatis lumen ſplendidius fiat l. per hanc C. de temp. appell. quam legẽ Cyn.vocat lilium inter ſpinas, & vt cauſarum merita, atque iuris defenſiones, quæ in præcedentibus inſtantijs non potuerunt reſolui, adhibitis quandoq; peritioribus patronis, qui melius nodos, atque ænigmata legum ſoluant,quam fortè primi fecerint,veritati,& magis conſummato iudicio locus eſſe poſſit,Theſaur.deciſ.246.nu 4.vbi vlterius obſeruauit,dari etiam reuiſionem reuiſionis contra nonnullorum traditionem,præſertim Afflict.deciſ.231.

Obiter eſt notãdum,quod cauſæ reuiſio ſimpliciter conceſſa per Principem, vel per Senatum, intelligitur ſeruatis ſeruandis, nimirum ordinibus ſtatutorum, imò etiam pactorum, Alb. conſ. 281. num.16.vol.2.& vlterius, quod reuiſionem petens ſit bonæ famæ, nec ſolitus dicere niſi veritatem, Rimin.Iun. conſ.769.nu. 10.volum.7.

SVMMARIVM.

1 *Fides facit fidem, quando ſumus in caſu in quo ſufficiunt probationes leuiores, & concurrunt adminicula.*

2 *Præſumptio veræ poſſeſſionis,ex multis colligitur.*

Fides an faciat fidem,in caſu quo ſufficiunt leuiores probationes.

DECISIO XCIX.

1 PLuries fuit reſolutum in Cur. Archiepiſc. fidem facere fidem, in caſu quo ſufficiunt leuiores probationes, & concurrunt adminicula, & moti fuimus ex deciſ. Rotæ in vna Cappellaniæ Bergom.22.Aprilis 1611. coram Piroano, cuius tenor eſt videlicèt: Pro Ambroſio fuit reſolutum dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia de eius poſſeſſione Cappellaniæ, de qua agitur, ſufficienter conſtat §.hodiè §.retinendæ inſtit.de interdict.

Probatur enim poſſeſſio ex fide Rectoris Eccleſiæ,in qua ſita eſt Cappellania, quæ datur in ſummario nu.2. quæ regulariter, & ſi fidem non faciat, cum ſit ſcriptura informis, & atteſtatio de præterito l. inſtrumenta l. rationes l. exemplo C.de probat. l.nuda ff. de donat. l.inter cartulas C. de conuen.fiſc.debit. lib.10. tamen in caſu,de quo agitur,cum ſufficiát leuiores probationes,videlicèt vnus teſtis,etiam minus idoneus, & præſumptiones, Dec.conſ.65. nu.4. & fuit dictum in Mediolan. reſeruationis 28.Iunij 1591. coram bon.memor. Gypſio, ac etiam plura concurrant adminicula, ſufficienter probare voluit Bald.in l.inſtrumenta C.de probat.Iaſ.in conſ.129. col.vlt. verſ.quia primo lib.1.Crauett.de antiq.temp. par.1. §.viſo de verbis in ſexto,fuit dictum in vna Romana extinctionis cenſus inter impreſſ.vlt.1.par.diuerſ.

Pri-

Digitized by Google

Primũ deducitur, quod ipſemet Ambroſius
1 Miſſas celebrauit, nec fructus pro mercede celebrationis factæ ad Altare S. Michaelis denegati fuerunt per fictuarios bonorum Cappellæ, vt in ſummario n.3.per quam declarauit, quod non intendebat pro futuro reſpondere aliquos fructus. Hæc enim per ſe ſufficiũt,cum animus circa priuationem non attendatur,niſi præſupponatur habitus poſſeſſionis l. decem ff. de ſolut. & fuit conſideratum in vna Seguntina fructuum 19.Septembris 1607.coram R.P.D.meo Pamphilio. Accedebat mandatum præcedens Vicarij Bergomen.de tradend.poſſeſſ.cum reſponſione fructuum, præſentatio per illos de Piſonis ad hãc Cappellaniam,inſtitutio per Vicarium facta, ex quibus benè coloratur, & augetur præſumptio vera poſſeſſionis, Theſaur. deciſ.260.in fin.cum allegatis ab eo.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa proxima eſt attendenda in homicidio,& talis eſt, factum ſufficienter directum in mortem, vel mutilationem.*

2 *Teſtis poſt probationes receptas in cauſa criminali non dicitur cauſa proxima mortis.*

3 *Adulter, ſi ſe defendendo alium occidit eſt irregularis.*

4 *Clericus adulter, ob cuius ſuſpitionem maritus occidit vxorem,eſt irregularis.*

Cauſa proxima,& remota, quæ dicatur, ad effectum, quòd dans cauſam homicidio ſit irregularis?

DECISIO C.

SÆpius vidi dubitari in Cur.Archiepiſc.quę dicatur cauſa proxima, quæuè remota, ad effectum, quod præbentes cauſam homicidio ſint irregulares: Propterea congruum mihi viſum fuit in hoc loco inſerere hanc explicationem. Vnde in primis eſt animaduertendum, clariſſimam eſſe iuris concluſionem,quod dans cauſam homicidio efficitur irregularis, vt probat text.expreſſus in cap.de cętero,& ibi communiter omnes de homicidio: verùm quando Doctores ibidem faciunt mentionem de cauſa, intelligendi ſunt,loqui de cauſa proxima,non de illa remota, prout eſt iuris interpretatio relata in l.vxori ff.de aur.& arg.leg.latiſſimè Tiraq.in ſuo tract.ceſſante cauſa limit.22.per tot. Menoch.conſ.409.vol.3.Roland.conſ.23.vol.1. Cauſa enim remota, non habetur in conſideratione ſecundum deciſ. Rubin. 42. vbi infert ad regulam, qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur l.manumiſſione ff.de iuſtit.& iur. quod non procedit in dante cauſam remotam, ſed tantum in proximam:Hinc Artam.in conſ. 16.voluit,quod l.nihil intereſt ff.de ſicar.diſponens, quod nihil intereſt, an quis occidat, vel cauſam mortis præbeat,non vendicat ſibi locũ
1 contra præbentem cauſam remotam, ſed proximam tantum,quæ autem ſit cauſa proxima ex mente Nauar.in ſuo manual.confeſſ.cap.27. nu.210.& 209.eſt dictum,vel factum ſufficienter directum in mortem,vel mutilationem,ſequitur idem Nauar.conſ.20. de homicid.in nouis,Ledeſma de irregul.q.26.art.2. Henriq.lib. 14.cap.16.§.1. de irregul. Sayr.in theſ.caſ.conſcient.lib.7.cap.2.nu.3.dicitur autem ſufficienter directum, quando ad illum finem dirigitur intentio dicentis, vel facientis, vel ſuapte natura,idem Nauar. ex qua concluſione ſic firmata, inferebamus ad nonnulla practicabilia.

Et primò,quòd nõ eſt irregularis teſtis,poſt
2 alias probationes receptas, cuius dictum non fuit cauſa ſententiæ mortis, nec vt citius illa fuiſſet illata, Sayr.deciſ.1. de teſtib. Balb.deciſ. 63.& ratio eſt ſecundum Nauar.quia dictus teſtis non cenſetur dediſſe cauſam proximam, quia Iudex non fuit motus ad ferẽdam pęnam ex eius dictis,nec ad citius ſuſpendẽdum,quem ſuſpendiſſet etiam abſque ſuo dicto,per ea,quę tradit idem Nauar.d.cap.27.nu.211. & propterea dicebat gloſ.magiſtra,& communiter recepta in cap.de cætero de homicidio, quod non omnis cauſa,ſine qua non ſequeretur mors,nec mutilatio, ſufficit ad incurrendam irregularitatem,quia oportet,vt ſit propinqua.

Infertur ſecundo,quod Iudex,alijq; miniſtri, & officiales iuſtitiæ concurrentes in homicidiũ iniuſtum,vel membri abſciſſionem iniuſtam, tanquam cauſa propinqua fiunt irregulares huius ſpeciei:vnde Iudex qui prætextu publicę authoritatis occidit illicite, vel ob cauſam leuiorẽ damnat iniuſtè ad mortem,vel ad grauem pœnam, ex qua reus iniuſtè mutilatur, fit irregularis huius ſpeciei, Nauar.d.cap.27.nu.225. verſ. 11.& Henriqu.lib.14 cap.14.§.5.& qui in bello iniuſto pugnat, ſi aliquis occidatur, ex Nauarr. vbi ſupra nu.224. & Henriqu.d.cap.14.§.5. quæ omnia ex ſe ſatis ſunt manifeſta, & communiter ab omnibus aſſeruntur.

Tertiò infertur,adeò eſſe verùm id,quod ſupra diximus, quod ad illum finem intentione dicentis,ſecundum Nauar.in conſ.21. de homicidio,ille clericus,qui manebat in quodam Caſtro coram militibus cuſtodibus eius, dixit ſuis ſocijs,quod vnus trium fratrum, qui intrauerat illuc,erat de ſocietate quorundam, qui ob peccatum nefandum fuerunt combuſti, & cum id perueniſſet ad Præfectum, interrogatus ab eo, an verùm eſſet, quod dixerat. Reſpond. quod ſic,quia ſi ille poſtea condemnatur ad mortem non efficitur irregularis, & ratio ſecundum eum loco citato, quia illa verba non induxerũt cauſam proximam,& præfatus clericus non dixit præfata verba in fine, vt ille frater caperetur,& occideretur, & licitè potuit illa dicere ad admonendum ſocios,vt cauerent ab eo.

Quarto infertur,quòd clericus,qui reum capit inquiſitũ de capitali crimine, & Iudici tradat, erit irregularis ſequuta morte, quia cenſetur dediſſe cauſam proximam, ita Soccin. in cap.ad audientiam nu.52.& 53.de homicid.Angel. verb.homicidium 2.nu.6.Summa Confeſſ. lib.2.tit.1.q.47. Summa Corona tit. de irregul. nu.7. verſ.notandum tamen, Couar.in clem.ſi furio-

Digitized by Google

furioſus par. 2. §. 5. nu. 3. verſ. 10. de homicid. & Henriq. d. lib. 14. cap. 12. §. 8. Maiol. lib. 2. cap. 7. nu. 1. de irregul.

Quinto infertur ad conſ. Nauar. 33. de homi-
3 cid. vt irregularis ſit, qui domum ingreſſus ad adulterandum, ſe defendendo alium occidit, & ratio eſt ſecundum eundem loco citato, quia qui vadit ad adulterandum in domo aliena, & adulteratur in ea, facit actus illicitos ordinatos ad occiſionem ſuaptè natura, lege, conſuetudine, vel maritorum propenſione conſueta mala, vel bona, & repertus in ea, occidat maritum, peccat, & irregularis efficitur, etiam ſi cum tanto moderamine ſe defendat, quod ſi alio in loco, non præmiſſis ſimilibus actibus illicitis inuaſus occideret, à peccato, & irregularitate excuſaretur.

Sexto infertur ad conſ. eiuſdem 35. eod. tit.
4 de homicid. vt irregularis ſit clericus adulter, ob cuius ſuſpitionem, maritus ita vxorem percuſſit, vt aborta ſit, & ſi poſtea obtinuit beneficium conſulendus eſt Papa.

SVMMARIVM.

1 *Dum reus perſiſtit in negando, vacua remanent indicia.*
2 *Probationes etiam ſi eſſent concludentes ad condemnandum, ſunt debilitatæ ob negationem delicti, & perſeuerantiam in negando.*

Torto perſiſtente in negatiua, quid agendum?

DECISIO CI.

PLuries fuit reſolutum in Cur. Archiepiſc. reum in tali caſu eſſe abſoluendum, ex regula iuris, quod cum perſtiterit ipſe reus in ne-
1 gando euacuata penitus remaneant indicia, ita Alberic. de Roſ. in l. edictum ff. de quæſtionib. Aret. in tract. de malefic. in verb. comparuerũt dicti inquiſiti, & negauerunt, Cæpoll. conſ. 22. Ruſtici Vicentini, vbi ſubdit, ita vidiſſe obſer-
2 uari Veronæ: nam per huiuſmodi tormenta, & perſeuerantiam in negando delictum, etiam ſi contra inquiſitum, eſſent concludentes probationes ad cõdemnandum, debilitatæ, enęruatęq; remanent, & magis verum videtur, quia negatur per inquiſitum magis ſcientem veritatem, Hippol. de Marſil. in ſingul. ſuo 262. quod noluit potui, & refert, ſequiturq; Grammat. conſ. crim. 64. nu. 10. ita Alex. in l. repeti ff. de quæſt. Boer. deciſ. 163 nu. 12. Gramm. deciſ. 8. num. 9. Viu. deciſ. 143. vol. 1. & Magon. deciſ. Rot. Lucenſ. 89.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi, licitum eſt mutare tormenta, ſi quis eſt leuiter, & modicè tortus.*
2 *Iudex non tenetur in ſyndicatu ratione mutationis torturæ.*
3 *Tormentum ignis, non eſt inſolitum.*

Tormenta, an mutentur in Curia Archiepiſcopali?

DECISIO CII.

DE iure communi poſſunt mutari tormenta abſque ſcrupulo aliquo, duplici ratione, veluti ſi quis extitiſſet leuiter, & modicè
1 tortus, quia tunc propriè tortus non diceretur, ſicut leuis febricola, non dicitur febris, teſte Matth. Brun. cõſ. 61. n. 7. Imò ſic tortus, nullatenus quidẽ dicitur eleuatus à terra, ſed territus, vt per Brun. ibi n. 6. & ita non ſemel tantũ obſeruauit Sacra Regia Audientia Barenſis, & potiſſimum in perſonam Io. Mortalei de Terra Medanei de anno 1590. licèt, & malè Angel. in l. ita apud §. quæſtionem in verſ. leuis territio ff. de iniur. & Catald. de Boncopagn. in tract. de ſyndic. nu. 102. aſſerant contrarium, quod confeſſio tunc facta per malefactorem, dicatur metu tormentorum extorta, & ſic licita eſt mutatio ipſa tormentorum, ſecundum Bald. in l. obſeruare C. quando prouocare non eſt neceſſe, & l. ob quæ vita ff. de ædil. edict. & ſerioſius quidem Gramm. deciſ. 34. nu. 56. & Marſil. ſuper tit. ff. de quæſtion. in princ. ſub num. 55. vbi profert magnum verbum, ſcilicet Iudicem ex
2 mutatione tormentorum, nunquam teneri in ſyndicatu, ſic ergo ratione modicæ torturæ, cũ de ea nulla admodum habetur ratio, exiſtit licita mutatio. Ipſa inſuper mutatio eſt itidem licita, ſi reus appareret dormire in tormentis, illa contemnendo: nam teſte Boſſ. in ſua pract. in tit. de tort. nu. 39. ſunt conſideranda omnia inſtrumẽta ad torquendum, vt illis vtatur Iudex,
3 dummodò non ſint inſolita tormenta, & inter reliqua tormẽtum ignis non eſt inſolitum, quoniam Franc. Brun. in tract. de indic. & tortur. in verſ. ſexto principaliter quæro illud, inter cętera tormentorũ genera enumerat nonnulla certæ qualitatis, & modificationis, exempli gratia, cum datur ignis in pedibus malefactorum debent vngi lardo, & toſino, & aliquando debet interponi tabella, mentionem faciens de his, quæ in omnibus Curijs in vniuerſali extat: Curia tamen Archiepiſcopalis obſeruat non mutare tormenta.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non debet repeti, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.*
2 *Si reus leuiter ſit tortus, nec poterit iterum torqueri.*
3 *Tortura repetitur in Curia Archiepiſcopali, cum apparet, tortum euaſiſſe tormenta.*

Tortura an iterari poſſit, vbi apparet tortum illuſiſſe tormentis, illaq; euaſiſſe per aliqua medicamenta?

DECISIO CIII.

FVit dubitatum in Cur. Archiepiſc. Neapol. an ſi appareret tortum illuſiſſe tormentis, illa-

illaq; per varia medicamenta ſumpta euaſiſſe, puta per ſumptionem alicuius poculi, vulgò *addobio*, poſſit iterum torqueri? & dicebatur, quod licet de iure cautum ſit, aliquem regulariter pro primis indicijs ſemel debere torqueri, vt tradit Alex.conſ.5.lib.1.& Boſſ.de tortur.ſub nu.42.& de communi teſtatur Clar. in practic. crimin.§.fin.q.64.verſ.vlt., vnde dicebat Boſſ.d. tit.de tortura nu.44. nunquam ſe vidiſſe quenquam vltra trinā vicem tortum eſſe, niſi à carnificibus. Referenda eſt,& temperanda torturæ illatio, vt dixit Bald. in l.data opera C. qui accuſ. non poſſ. & in l.quoties C. de naufrag.lib. 10. neque ad eius repetitionem deueniri debet, niſi ſuperuenientibus nouis indicijs,vt iure cōmuni cauetur,teſte Dyn. in l.repeti ff.de quæſtion.quem communiter ſequuntur Doctores, vt refert Alberic.in rubr. C.de quæſtionib. nu. 8.& Alex.d.conſ.5. tamen ſupradicta regula limitatur, non procedere ſuperuenientibus nouis indicijs contra eum, ita Dyn.in l.fin.C.de quæſtionib.Io.Andr.poſt Odoffred.in regula contractus de regul.iur.& Bald.in repet. l.vnicę C.de confeſſis,& amplè diſcurrit Viu.opin. 1000.lib.3.Rimin.Iun.conſ.395. in præſenti caſu nu.32.cum alijs ſequ.vol.4.

Imò etiam ſi reus ipſe leuiter fuerit tortus,
2 non poſſet iterum de iure torqueri. niſi alia noua ſuperuenerint indicia, Bald.in l.2. C.quorum appell. non recip. & licet Mag. Cur.Vic. per cap. Regni habeat præeminentiā torquendi ex proceſſu informatiuo, & ſic etiam Sacra Regia Audientia Barēnſis,ex priuilegio tamen, præeminentia iſta intelligitur de vna vice tantum, non autem de iteratis vicibus, vt ait Grāmat.conſ.vnic.nu.64. in fin.deciſ.& hoc procedit quoque in crimine exceptuato. & ſic quantumuis enormi, vt in eo requirantur ſolemnia indicia, Angel.de maleſic.cap.3. nu.26.

Verùm Cur.Archiepiſc. cenſuit poſſe repeti
3 torturam tunc, cum apparet tortum euaſiſſe tormenta per medicamenta,Boer.deciſ.163. & Ant. Fab. in proprijs terminis deciſ.3. C. de quæſtionib.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas apocæ in vno caroleno, non meretur punitionem,propter modicitatem rei.*

2 *Pœna impoſita pro vulnere,non habet locum in vulnuſculo.*

Falſitas commiſſa in re parua, puta vnius caroleni,an ſit punibilis?

DECISIO CIV.

FVit reſolutum abſque vlla diſceptatione in Cur.Archiepiſc.quendam clericum conui-
1 ctum, & confeſſum de falſitate apocę ſub prętextu, quod licet in reliquis dicta apoca fuiſſet vera, tamen in vno caroleno fuit inuenta falſitas,non eſſe moleſtandum,de qua deciſione nō eſt mirandum propter paruitatem materiæ,cuius cauſa nonnulla in iure permittuntur, quæ alias denegarentur, probatur in l.ſcio ff.de in integr.reſtit.vbi de minimis non curat prætor, & ideò gloſ. in cap. pœn. in gloſ.1. de reſcript. citando d.cap.re vera ait pro modico,nec plus, nec minus: ſimiliter gloſ. in prohem. decretal. in gloſ.vltim.ita eſt ratio, quod parum. & nihil æquiparantur cap. multa de præbend. cap. licet cauſam de probat.ibi nulla,aut modica. Bald.in auth.præterea C. vnde vir, & vxor, dixit quod paruus ſeu modicus defectus,non vitiat actum, vt nec leuis ſolemnitatis omiſſio obeſt,ibi Bart. & gloſ.in cap.noſtratis 30.q.5 ſic in omni delicto, etiam doloſo,ſi minimus ſit exceſſus, delictum dicitur leue, Abb.conſ.25.lib.1. in 3.dub. Hinc fabricans falſam monetam, qui punitur pœna mortis, non punitur ſi fabricauerit bugatenos non vſuales in Ciuitate, quia minima, & minuta non veniunt in pœna mortis, Alex.cōſ. 104.ſtatutum loquens in fin.num.7.verſ.præterea vbicunque lib.7. Cæpoll.conſ.crimin.77.ſic
2 pœna in vulnere,non habet locum in vulnuſculo, Alex.d.conſ.104.circa fin. vbi Apoſt ll.in verb. vulnuſculum, ſic modica cutis ſciſſura cum modico ſanguine,non eſt vulnus,Alexand. conſ.100.viſa inquiſitione nu.8.verſ.licet ergo, Caſtrenſ. conſ.377. verſ.quantum ad illa col.1. in fin. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur ſoluere laudemium, ſi de hac re certioratus fuit à venditore.*

2 *Quando venditor rei emphyteuticæ hypothecauit bona immobilia ſufficientia inſpecto onere laudemiorum debitorum. tunc nequit cogi venditor ad rem liberandam.*

3 *Alienans rem emphyteuticam,vt liberam,emphyteuta poteſt agere contra alienantem, vt eum liberet ab onere hypothecæ.*

Vendita emphyteuſi pro libera ab omni onere, an extendatur ad onus laudemij?

DECISIO CV.

QVidam vendiderunt emphyteuſim pro franca,& libera ab omni, & quocunque
1 onere:cumq; emptor reperijſſet ſe obligatum eſſe ad ſolutionem laudemij, conuento venditore in Cur.Archiepiſc. (nam erat clericus,) vt prædictum emptorem ab huiuſmodi onere eximeret fuit dubitatum quid iuris? Dicebatur propterea in fauorem venditoris, laudemij ſolutionem eſſe onus. & conſequenter prædictam conuentionem vēdicare ſibi locum, etiam ad onus laudemij,ex late tradit per Burſat.conſ.161.nu.35.vol.2. Menoch.conſ.297.nu. 1.vol.3. & conſ.297.nu.7. Odd.conſ.4.nu.1. vſque ad nu.3.vnde tale onus ſequi poſſeſſorem, voluit Io.Bapt. de Thoro in Compend. Deciſ. Neapol. verb. laudemium. Tùm maximè concurrentibus illis verbis (omni,& quocunque,) quæ

quæ ſunt vniuerſalia, & omnimodam generalitatem includunt, quæ alios regulariter minimè includeret, vt de vniuerſali docet Hieronym.à Laur.deciſ.Auenion 110.nu.4. & deciſ.124.nu.3. & de vniuerſali quocunque probat Soccin. conſ.15. nu.37.vol.1. Alex.conſ.95.nu.6. vol.7. Caualc.deciſ.5.nu.2. Rin in.Iun.conſ.61.nu.12. vol.1.Gigas in tract.de penſion q.97.nu.3.& q.66.nu.1. Alciat.conſ.80.nu.2, Iaſ.conſ.124.vol.4.Oſaſch.deciſ.94.nu.9. Betta conſ.10.num.23. Cioff. conſ.108.vol.1. Nepit.in contin. Catin. pag.110.nu.2.Gomeſ in Regul.Cancell.de annal.poſſ.q.3. in princ. & maximè quod dicta verba geminatè concepta leguntur: vnde efficaciter aliquid debet ſortiri, ex collectis per Maſcard.in tract.de probat.concl.838.vol.2.

Cæterùm quidquid ſit ex ſupradictis,contrarium fuit reſolutum,vt talis conuentio ad onus ſoluendi laudemij minimè extendatur. Tùm quia laudemium ſoluitur ex natura contractus emphyteutici, ſecundum Burſat.conſ.161. nu.35. vol.2.Surd.deciſ.31.nu.6. Gratian.diſcept.377.nu.22.Decian.conſ.2.nu 44.46.60.& ſeq. vol.4. Menoch.de præſumpt.lib.3. præſumpt.105.nu.9. Tùm quia laudemium non cauſatur ex facto venditoris vel eius auctoris, ſed ex legis miniſterio.vt elicitur ex l.fin.C.de iur.emphyt.quæ adſtringit emptorem rei emphyteuticæ ad ſoluendum laudemium ob conſenſum ipſius Domini, & nouæ inueſtituræ, ac immiſſionis in poſſeſſionem emphyteuſis. Tum etiam,quia dicta conuentio porrigit ſuos effectus quoad onera exiſtentia tempore contractus l. quaro §. inter locatorem ff locat. Laudemium autem debetur perfecto cõtractu alienationis emphyteuſis. ratione nouæ inueſtituræ à Domino faciendæ, vt elicitur in d.l.final. & ibi vna voce Doctor.vnde multifariam ad onus laudemij verificatur.

Hæc autẽ opinio limitari poteſt tribus modis.Primò,ſi eſſet facta per venditorem certioratio, rem ſubeſſe oneri ſoluendi laudemium emptori, quia illud ſoluere tenetur ex Sfort. Odd.l.conſ.4.nu.8.21.22. & 25. vbi propterea infert, certiorationem ipſam probari ex pacto expreſſo inito in contractu venditionis cum onere ſoluendi ius laudemij ex ipſa venditione emphyteuſis, ac etiam præſumptiuè, eo quia quilibet emptor præſumitur ſcire qualitates rei,quam emit,an ſit emphyteuticaria,vel allodialis, aut feudalis, & ſic de ſimilibus,vt docet idem Sfort.Odd.in d.conſ.4.ſub nu.27.alias deficiente certioratione,dicitur venditor in dolo, & contractus dicitur ipſo iure nullus, Port interconſ.Farinac.176.nu.1.& 4. ſed contrarium tenet ibi Farinac. comprobans eius ſententiam ex tribus Rota deciſ. cum quibus accedimus.

Secundò, quando alienans, ſeu vendens rem
2 emphyteuticariam,hypothecauit in contractu alienationis, vel venditionis bona immobilia ſufficientia inſpecto onere laudemiorum debitorum, vel præſtitit cautionem fideiuſſoriam in idemnitatis emphyteutæ emptori,in caſu moleſtiæ inferendæ pro dictis laudemijs,quia tunc nequit præciſè cogi regulariter ad ipſam rem liberandam, Intrigl.conſ.30.nu.41. vbi profitetur hanc eſſe magis communem opinionem, Bologn.conſ.31.nu.13. in fin. quam fallentiam, catenus cenſemus habere efficaciam, quatenus onus laudemij eſt conditionale: ſecus autem ſi eſſet purum, quia opinor, quod ſtatim poſſit compelli ad rem emphyteuticam penitus liberandam,atque diſobligandam ab ipſis oneribus, ex Bologn.d.conſ.nu.14. Vinc.de Franch.deciſ. 200.num.15. Turret.conſ.67.nu.8.& 14 vol.3. maximè ſi lis eſt mota, vel iminet euictio in limine contractus Giurb.deciſ.100 nu.30.Port. inter conſ.Farinac.176.nu 9.

Tertiò, in alio onere laudemiorum debito-
3 rum emphyteuſi ex cauſa aliarum præcedentium alienationum eiuſdem rei emphyteuticæ factarum alijs perſonis, quo caſu ſtante alienatione facta nouo emphyteutæ ipſius rei, tanquã francæ, liberæ,ac expeditæ ab omni onere,poteſt ipſe emphyteuta agere contra alienantem, vt eam liberet ab onere hypothecæ inductæ ex cauſa ipſorum laudemiorum, etiam ſi moleſtiã non patiatur,ex text.rotundo l.ex prædijs & ibi gloſ Bald.num.6.ac Salyc.C.de euict.Crauett. conſ.298.nu.14.Intrigl.conſ.30 num.38.& ſeq. Bologn.conſ.31. nu.12.Io. Gutier.lib.2.practic. quæſt.ciuil.in q.169.nu.3 qui in terminis cumulat, Giurb.deciſ.100. nu.22. qui infert hanc exceptionem rei non liberè admitti contra creditorem exequentẽ inſtrumentum, non obſtante pacto de non opponendo,& iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Credendum eſt libro Aromatarij,etiam non exhibitis receptis.*

2 *Libri Aromatariorum ſingulis annis reuidentur, & recognoſcuntur.*

3 *Libri faciunt pro ſcribente,quando nulla adeſt ſuſpitio,agitur de modico præiudicio, adminiculatur conſuetudo,contineat data,& accepta, & præcipuè cum iurant ſcribentes de fideliter exercendo officium ſuum.*

Libris Aromatariorum, non exhibitis receptis, an ſit credendum?

DECISIO CVI.

1 FVit conuentus in Cur. Archiepiſc. clericus ab Aromatario ad ſoluendum nonnulla medicamenta ab eodem receptatorum, circa fuit oppoſitum à parte clerici, vt exhiberet Aromatarius receptas Medicorum,quas ipſi ſolent ſeruare ad videndum, & vt appareret in quantum eſſet debitor. Pro parte Aromatarij exhibebatur tantum liber, fuit dubitatum an debeat fides adhiberi libro, receptis non exhibitis, & dicebatur,quod libri prædicti non faciunt fidẽ, ſecundum Grammat. in conſ.82. poſt Anchar. in conſ.288.nu.11 & affert rationem,dicẽs,perſonam Aromatarij eſſe priuatam perſonam, officium habet de publico,ideò non eſt mirandum ſi non adhibetur fides libro,ad notata in l. quædam

Digitized by Google

quædam §.1. ff. de edend. in l. admonendi ff. de iureiur. in l. nuda ff. de donat. & in auth. & ſi cõtract. C. de fid. inſtrum. cum concord.

His non obſtantibus, fuit per dictam Curiam
1 contrarium iudicatum, & condemnatus prædictus clericus ad ſoluendum in totum, quod apparebat in libro, quæ deciſio fundatur ex infraſcriptis.

Tùm primò, quia pro ea extat motus proprius Iulij Papæ III. pro Aromatarijs, mandans plenam fidem adhiberi ipſorum libris, more mercantili, bene, & ſecundum ſtatuta artis, vſque ad annos quinque, ac deinde nulla adhibeatur fides in iudicio, nec extra, niſi fuerint approbati per fidem Cõſulum pro tempore manu Notarij conſulatus dictæ artis, quas facultates priuilegiorum, & iuriſdictionis Aromatariorum confirmauit Clemens VIII. anno quinto eius Pontificatus 3. Kal. Ianuarij anno 1596. per confirmationem incipient. Laudabilis in §. ac, quod mandamus, vt libris, quos mercantili more, vel ſecundum vſum dictæ artis Aromatarij tenuerint adhibeatur fides, iuxta formam prædicti motus proprij Iulij Papæ III. vſque ad quinquennium, ſic præciſè teſtatus eſt, inter cæteros Scaccia poſt hæc edita viſus lib. 2. de iudic. cauſar. ciuil cap. 11. nu. 136.

Tùm ſecundò, quia in hac materia attenditur conſuetudo, ſcilicet an credatur ſcripturæ, ac libro priuato cap. cum dilectus extra de fid. inſtrum. Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum verſ. hec quoque in fin. voluit Raph. Cuman. in conſ. 6. creditur in princ. vbi ait, cõſuetudinem tribuere fidem ſcripturæ, Bald. in conſ. 449. nu. 6. vol. 3. Franc. Burſ. in cõſ. 103. nu. 8. vol. 1. vnde cum conſuetudo in caſu de quo agitur ſit plenè probata, cum ſuis requiſitis, ſequitur dicto libro credi oportere, cum præſertim talis conſuetudo ſit probata per octo teſtes ſeniores, qui alijs iunioribus quibuſcũque præferuntur, Modern. in l. cum quid ff. ſi cert. pet. cap. notificamus 30. q. 6. pulchrè Bald. in l. Procurator C. de edend. & huiuſmodi conſuetudinem receptam eſſe in Regno Neapolitano, teſtatur Borrell. conſ. 82.

Tùm tertiò, quia ſingulis annis omnes libri
2 eorum viſitantur, recognoſcuntur, & conſpiciũtur per Regios Magiſtratus, ſcilicet Prothomedicos communiter appellatos, penes quos iurant bene, & fideliter eorum officium exercere, quo iuramento ſtante, dictis libris plena debet fides adhiberi, argum. in l. quædam §. numularius ff. de edend. & in ſimili notat Innoc. in cap. 1. extra de fid. inſtrum. quia probant tanquam libri viſi, & recogniti à perſonis publicis d. §. numularius: tantum enim abeſt, vt à Rege ipſo conſpici viderentur, dum per ſuos Officiales conſpiciuntur l. eos in fin. C. de vſur. l. qui per alium ff. ne quis in ius voc. l. fin. §. deieciſſe ff. de vi, & vi armat. l. liber homo ff. ad leg. Aquil.

Non obſtat hos libros fidem non facere pro ipſo ſcribente l. exemplo l. ratione C. de probat. cum ſimilibus per Roman. allegatis in conſil. 346. nu. 2. Aretin. in conſ. 44. quia reſpondetur ex pluribus hoc minimè obſtare.

Primò, quia præfata iura procedunt, quando
3 dicti libri aliquo modo eſſent ſuſpecti, vt notatur in cap ad audientiam, vbi gloſ. Innoc. & cæteri extra de præſcript. Florian. de S. Petro in l. cenſus ff. de probat. ſed in caſu iſto nulla adeſt ſuſpitio, ergo abſurdum non militat.

Secundò, tractatur de modico præiudicio, & de paruis pecuniarum quãtitatibus debitis pro medicinis habitis, quo caſu cum ſingulæ partitę ſint veriſimiles, & modicæ, liber pro ſcribente probationem faciet, Rip. in l. admonendi num. 126. ff. de iureiur. Feiyn. in cap. 2. nu. 24. de fid. inſtrum. Alciat. in tract. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 4. nu. 5.

Tertiò, fidem faciunt ipſi libri, cum adminiculentur conſuetudine iam dicta, Bart. & alij in d. l. admonendi.

Quartò. fidem faciunt, quia non ſolum dicti libri continent data, ſed accepta, vnde non reprobantur, Bald. d. l. rationes de probat. Ant. de Butr. in cap. fin. extra de iureiuran. & Alex. d. l. admonendi col. fin.

Quintò, fidem faciunt, quia tales libri habent ordinationes Medicorum, qui pro infirmi curatione has medicinas in libris poſitas ordinãt, iuxta tradita per Doctores in d. l. admonendi.

Non obſtat id, quod primo loco in contrarium adduximus, quod libris Aromatariorum non creditur per conſ. Anchar. & Gramm. quia reſpondetur illud intelligi, quando conſuetudo in contrarium non adeſſet, & quando non continerent data, & accepta, nec continerent ordinationes Medicorum, & quando non iuraſſent de legaliter, & fideliter exercendo, quod eo magis procedit, cum de conſuetudine generali in hoc Regno Neapolitano ſemper fuerit habita fides, & ad præſens etiam habetur libris Aromatariorum, vt voluit Foller. in Apoſtil. ad Robert. Marant. in ſpecul. aur. par. 6. act. 6. num. 44. & libri viuentium, rationum priuatarum, accedente conſuetudine, pro ſcribente fidem faciunt, cum conſuetudo faciat ſcripturam priuatam. cẽſeri publicam, vt volunt omnes Scribentes in d. cap. cum dilectus de fid. inſtrumen. Aretin. in cap. cum cauſam de probat. libris autem mortuorum bonæ vitæ, & famæ, concurrente conſuetudine, prę ſtito hæredi iuramento in ſupplementum creditur, Bart. in d. l. admonendi. Bald. in l. fin. C. eodem, Guid. Pap. in deciſ. Grationopol. 441. & Boer. in deciſ. 105.

SVMMARIVM.

1 *Delictum eſt gerere ſe pro clerico, cum talis non ſit, & poteſt puniri pœna arbitraria.*

2 *Faciens ſe nobilem, cum non ſit, incidit in crimen falſi.*

3 *Fingens ſe Procuratorem fiſcalem, cum non ſit, punitur pœna falſi.*

Laicus deferens habitum clericalem abſque licentia Cur. Archiepiſc. an puniatur, & qua pœna?

DE-

DECISIO CVII.

PRaxis Cur.Archiepiſc.hæc eſt,vt laici, qui
denotionis gratia,vel alio reſpectu , cleri-
calem habitum,abſque licentia dictę Curię de-
ferunt,puniuntur arbitrio eiuſdem Curiæ,de
cuius obſeruantię ratione,non eſt dubitandum,
1 ſiquidem delictum eſt gerere ſe pro tali , cum
non ſit talis,gloſ.in cap.fin.in fin.de accuſat.vn-
de gerens ſe pro magiſtratu,cum non ſit, pœna
legis Iul.Maieſt. tenetur l.3. & ibi Angel.nu.2.
ff.ad l.Iul.Maieſt.Capyc.deciſ.130.nu.21.Tira-
qu.de nobilit.cap.13.nu.1.in fin.Gig.tit.quali-
ter,& à quibus crimen leſ.Maieſt.committit.q.
22.nu.15.& ad hoc facit text.in l.eos §.fin.ff.de
falſis,per quem text.voluerunt Doctores, quod
faciens ſe militem, vel doctorem , cum non ſit
pœna falſi teneatur,Bart.in d.l.eos,& ibi Albe-
ric.nu.3.Felyn.in prohem.decret.nu.37.ad fin.
verſ.& idem eſt, Chaſſan. in conſuet.Burgund.
fol.214.col.2.nu.10. Bon.de Curtil. in tract.de
nobilitat. part. 3. num. 165. Tiraquell. de no-
bilit. cap. 13. nu. 2. & in proprijs terminis fa-
ciens ſe clericum,cum non ſit punitur pœna
arbitrarii, ſecundum Felyn.in prohem.decret.
nu.28.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.308.Tiraqu.
d.cap.13.nu.14. vnde Bald. in l. data opera nu.
50.C.qui accuſar.non poſſ.voluit poſſe ad mor-
tem condemnari eum, qui tãquam Comes Pa-
latinus baſtardos legitimarit , cum non ſit Co-
mes , vel tanquam Notarius inſtrumenta cele-
brauit,cum non eſſet Notarius ; & ad idem ad-
duci poteſt deciſ. Guid.Pap.422. in qua ille no-
bilis Rodulphus fecerat plures actus iuriſdi-
ctionis citare enim fecerat Domines parlamẽ-
ti ad comparendum coram ipſo,& ijs non com-
parentibus mulctauerat,aliaq; plura fecerat, vt
bene adnotauit Additionator literæ , & caſus
deciſ. Franc.Marc.23.par.2. de laico gerente ſe
pro clerico , nam fuit dictum eſſe puniendum:
hinc Tiraqu.in tract.de nobilit.cap.13.nu.1.di-
2 xit , quod faciens ſe nobilem cum non ſit , vel
incidit in crimen falſi, vel etiam in crimen læſ.
Maieſt. Supradictis accedit, quod vſurpans in-
debitum dignitatis locum , ſacrilegij pœna te-
netur.Bart.in l.1.per illum text. C.vt dign.ord.
ſeru. Bon.de Curtil.de nobilit. d.part. 3 num.
166.in fin. tandem facit deciſ.Franc.Marc.3. in
fin.de eo qui fingendo ſe Procuratorem Fiſca-
lẽ ſub vmbra officij.& de nocte fieri fecit aper-
turam cameræ cuiuſdam iuuenis , dicitq; quod
videtur exercuiſſe officium Magiſtratus , ad l.
1. ff.ad l. Iul.Maieſt. & pariter incidiſſe in pœ-
nam falſi d.l.eos ff.de falſis.

SVMMARIVM.

1 *Opponens contra reſcriptum , quod ſit ſubrepti-
tium,tenetur probare.*

Subreptio gratiæ , an ſit probanda per Fiſcum, an verò per eum, qui gratiam obtinuit , debeant iuſtificari narrata.

DECISIO CVIII.

EXhibita gratia Apoſtolica per quẽdam cle-
ricum. in Cur.Archiepiſc. fuit oppoſitum
per Reu. Fiſcum dictæ Curiæ de ſubreptione
dictę gratiæ,quare fuit dubitatum,an ſubreptio
ſit probanda per Fiſcum,an verò per eum, qui
gratiam obtinuit.& teneatur gratiam iuſtifica-
re , fuit deciſum huiuſmodi onus ad Fiſcum
1 ſpectare ex firmiſſima iuris concluſione , quod
excipiens contra gratiam de illius ſubreptione,
vel obreptione tenetur probare,prout eſt text.
in l.ſi quando C.de latronibus, & notant com-
muniter Scribentes in l.præſcriptione C.ſi cõ-
tra ius,vel vtilitatem publicam,& ibi preſertim
Bellapert.in vltimis verbis,Cyn.nu.12.Bart.nu.
2.& ibi Alex in addit.lit.E, & Io.Sicard. etiam
nu.8. idem Bald.in l.puniri ad fin. verſ.aut in
eo,quod vitiat C.eodem, & voluit Rot. coram
Seraphino in vna Ciuitaten. conſtitut.cappella-
niæ 20.Februarij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Ex præſumptionibus, & indicijs indubitatiſſimis
nemo poteſt condemnari,imò neque plures præ-
ſumptiones coniungi poſſunt ad faciendam ple-
nam probationem ſi ſint diuerſæ ſpeciei .*
2 *Præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum ci-
uiliter.*
3 *Iudex ex indicijs vehementibus, poteſt condem-
nare ad pœnam extraordinariam.*

Curia Archiepiſcopalis, an còndemnet ex præſumptionibus,& indicijs indubitatis ?

DECISIO CIX.

DVbitationem faciebat text. in cap. afferte
de præſumpt.vbi ex violentis, ſeù præſũ-
ptionibus poteſt fieri ſententia , ſequitur Mon-
ticel.qui alios refert in regula criminali 11.nu.
5.Menoch.de præſumption.lib.1.q.94.nu.3.Io-
ſeph.Ludou.concl.45.verſ.declara
Curia Archiepiſcopalis nihilominus pluries
1 tenuit.ex præſumptionibus, & indicijs.quãtum-
uis indubitatiſſimis, neminem cõdemnari poſ-
ſe,per text.expreſſum in l.aſſenſum in princ.ff.
de pœnis,Bart.in l.quod Nerua nu.15.in fin. ff.
depoſit.Aretin.in cap.tertio loco num.7.& ſeq.
de probat.quibus accedit gloſ.in l.fin. in verb.
vel indicijs C.eodem, Gramm.conſ.13. nu.37.
& Cacheran.conſ.65. nu.46. quod adeò verum
eſt,vt neque plures præſumptiones diuerſę ſpe-
ciei coniungi poſſint ad faciendam plenã pro-
bationem, Bet.conſ.189.nu.15. Cæpol.conſ.82.
nu.17.Hippolyt.conſ.20.nu.48. Peguer.qui te-
ſtatur de communi deciſ.17. quæ concluſio lo-
cum ſibi vendicat , etiam cum agatur de pœna
parti applicanda, ſecundum Boſſ.in tit de con-
uictis nu.10.poſt Alex.& Imol in locis per eum
relatis: item ſiuè agatur per accuſationem, ſiuè
per inquiſitionem, Ann.conſ.59.col.1.in fin. &
proce-

Digitized by Google

procedit quoque, tàm ſi cauſa criminalis eſſet magna,quàm parua, Boſſ.loc.cit.nu.13.

Ratio verò principalis concluſionis depromitur ex l.fin.C.de probat. quæ eſt canonizata in cap.ſciant cuncti 2.q.fin.vbi in criminalibus, non ex præſumptionibus,& indicijs,ſed ex clariſſimis probationibus, & luce meridiana ſplédidioribus, reis infligendæ ſunt pœnæ, cùm de hominis ſalute tractetur, & propterea exacta probatio requiritur, ſecundum Dec. conſ.415. nu.1.Hippolyt.conſ.40.nu.26.Grammat.deciſ. 56.Theſaur.deciſ.24.nu.6.

Non obſtat text. in cap. afferte de præſumptionibus, quia reſpondetur, quòd licet ibi ex violenta præſumptione fuerit lata ſententia, non tamen fuit lata criminaliter, & ad pœnam, ſed ciuiliter ad reſtitutionem rei, & propterea videtur, quòd præſumptio violenta ſufficiat ad
7 condemnandum ciuiliter ad reſtitutionem rei,non autem criminaliter ad pœnam, & iſte videtur communis intellectus ad illum text.ſecundum Farinac. de reo confeſſo q. 86. nu.17. prout ita illum intellexerunt ante eum Caſtr. in l.ſciant n.4.C.de probat.Mattheſil.ſing.118. Sarmient.lib.1.ſelectar.interpetrat.cap.1. nu.8. Boſſ.tit.de partu ſuppoſito nu.51.

Limitauimus tamen quoad pœnam extraor-
8 dinariam,cùm in iure ſit cõmuniter receptum, poſſe Iudicem ex indicijs vehementibus,& valde grauibus condemnare reum ad pœnam extraordinariam pecuniariam,quæ eſt mitior ordinaria, vt ex multis allegatis, tradit Farin.loc. cit.nu.83. Ruyn.conſ.10.nu.7.vol.5. Menoch. de præſumpt.q.58.nu.19.Boſſ.de part.ſuppoſit. nu.32. iuxta quorum opinionem, cenſuit quoque Rot.Lucenſ. teſte Merlin.deciſ.53. & vide ſupra in deciſ.73.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, qui furatus eſt bona Eccleſiæ, & capitur in eadem Eccleſia reſtituẽdus eſt,etiam ab Eccleſiaſtico Iudice Eccleſiæ, in qua captus fuit.*

Quid obſeruat Cur. Archiepiſc. contra delinquentes in Eccleſia?

DECISIO CX.

IN Eccleſia D.Mariæ Portę Nouæ Ciuitatis Neapolis fuit repertus quidam laicus, qui nonnulla eiuſdẽ Eccleſiæ ſuppellectilia furatus erat.quarè ductus ad Cur.Archiepiſc.fuit dubitatum,an pro præfato crimine potuiſſet eadem Curia dictum laicũ punire? & dicebatur, quod Cyn.in l.præſenti C.de his, qui ad Eccleſiam confugiunt,in ea fuit opinione,quod laicus delinquens in Eccleſia non ſit puniendus à Curia ſeculari, ſed ab eccleſiaſtica, ratione loci commiſſi delicti, qui eſt de ſua iuriſdictione, cuius reſpectu debet ſortiri forũ ipſius Eccleſiæ,iuxta text.in cap.fin.de immunit.eccleſ. vbi Summus Pontifex mandat Eccleſiaſticis, vt denuncient tales delinquentes in Eccleſia, & eos non gaudere immunitate eccleſiaſtica, & ad idem extendebatur gloſ.in auth.itẽ nulla C.de Epiſc. & cler.quam commendat, & ſequitur Caſtr. in l.1.nu.8. C.eod.tit. Nam laicus delinquens in Eccleſia.ſeu in eccleſiaſticam perſonam, efficitur de foro Eccleſiæ, & conſequenter cognitio dicti criminis ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, ſequitur Guid.Pap.in deciſ.562. Theſaur. deciſ.264.vnde Panorm.in cap.cum ſit generale ſub nu.27. verſ.nec obſtat gloſ. extra de for. compet.tenuit, quod quãdo laicus delinquit in Eccleſia, puta ipſam violando, vel bona ipſius rapiendo,tunc ratione ſacrilegij punitur à Iudice Eccleſiaſtico, & propterea Decian. in tract. crim.cap.17.limit.4.ſub n.34.ante medium,voluit d.Cyn.in l.præſenti C.de his,qui ad Eccleſiam confugiunt, poſſe ſaluari in delictis eccleſiaſticis,vt in ſurripiente res ſacras, vel aliam è loco ſacro, vel etiam in miſtis, ſi Iudex Eccleſiaſticus præuenit ſecularẽ: hinc eſt, quod Alb. in tract.de immun.eccleſ.nu.17.quem ſequitur Berret.conſ.68.in fin. & Roland.conſ.24.vol.2. dixit, poſſe delinquentem in Eccleſia, tàm per ſuum Iudicem puniri, quàm per Eccleſiaſticũ, & quod hoc caſu detur accumulatio fori,Auſr. de poteſt.eccl.reg.4.nu.21.& nihil mirum, quia pro eodem delicto quis puniri poteſt varijs,diuerſiſq; pœnis, vbicunque ex eo reſultat diuerſitas delicti ſpeciei, ita Bart.in l.Senatus ff.de accuſat.Abb.in cap.fin.de immun.eccleſ. Grillan.de pœnis omnifariam coitus q.1.nu.3. Couar.lib.1.variar.reſol.cap.20.nu.18.

1 His prænarratis Curia Archiepiſcopalis,iuſſit dictum laicum reſtitui, atque reintegrari in eadem Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt punire clericum ſuum, qui alibi deliquit.*

2 *Imponenda eſt delinquenti illa pœna, quæ viget in loco delicti,non autem illa pœna, quæ viget in loco iudicij.*

Curia Archiepiſcopalis, an cognoſcat de delictis clericorum ſubditorum extra Diœceſim commiſſis?

DECISIO CXI.

PRo opinione negatiua faciebat regula, quod vbi ſunt commiſſa delicta,ibi puniri debẽt l.3.§.1.ff.de re milit.& l.ſi cui ff.de accuſat.vnde dixit Bald. in l.3. ff.de adopt. quod in iure ſtatutum eſt, ne quis niſi vbi delinquit puniatur, & propterea in delictis fit remiſſio delinquentis l.1.& auth.qua in Prouincia C.vbi de crimine agi oportet.

Curia Archiepiſcopalis tamen contrarium
1 tenuit, poſſe ſcilicet dictum clericum eius ſubditum alibi delinquentem puniri, quæ deciſio fundatur in notatis per Cyn.in l.1. nu.5. C.vbi de crimine agi oportet,Bart.in l.1.nu.45. C.de ſumm.Trinit.& fid.cathol.Angel.in l.ſi vacan-

Digitized by Google

tia col.15.C.de bon.vacant.Co.iar.pract.queſt. cap.11.nu.5.Brun.in conſ.144.vol.2. inter conſil.feudal.Bero.conſ.162.vol.3.Petr.Foller.practic.crim.in verb.audiantur excuſatores nu.mihi 108.cum ſeq.& ſecundum hãc vltimam opinionem iudicauit Sac.Conſil.Neapol.teſte Preſid.de Franch.deciſ.66. quod etiam approbauit Ioan.Koppen German.q.41. Iacob.Cancer.variar.reſolut.lib.2.cap.2.nu.65. Peguer.deciſ.87. meminit Capiblanc.pragm.3.nu.252. cum ſeq. de Baronib. licet Senat.Pedem. teſte Theſaur. deciſ.90.approbauerit primam negatiuam,non obſtantibus contrarijs,quia procedunt, vbi in loco delicti eſt diuerſa pœna ſtatuta, quam ſit
2 in loco iudicij:nam eſt imponenda illa pœna, quæ viget in loco delicti.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſini dicuntur, qui pecunia conducti aliquem occidunt.*

2 *Vulnerans pro pecunia non dicitur aſſaſſinus.*

An dicatur aſſaſſinus, mandãs vulnerare aliquem pecunia mediante, non ſequuta morte, ad hoc, vt fugiens ad Eccleſiam, non gaudeat immunitate?

DECISIO CXII.

ASſaſſini pariter excipiuntur à Conſtitutione Gregor.XIV.ne gaudeant immunitate Eccleſiaſtica: quare fuit dubitatum, an mandantes aliquem vulnerari pro pecunia, non ſequuta morte, dicantur aſſaſſini ad effectum, vt confugientes ad Eccleſiam,illius priuentur immunitate. & ratio dubitandi erat pro opinione negatiua, ſcilicet quod non gaudeant, ex conſ. Alex.166.circa fin.vol.7.qui voluit, quod aſſaſſinus dicatur etiam ſi quis pecunia allectus promiſit aliquem vulnerare,& ad idem expenditur conſ.Corn.249. num.2.vol.1. vbi voluit,ſi quis per pecuniam vulnerauerit aliquem, dicatur propriè inſidiator,& occiſor eiuſdem.

Cõtrarium verò fuit reſolutum ex infraſcriptis: Tùm primò,quia ſecũdum Prob.Anchar. Franch.Gemin.& reliquos communiter in cap.
1 1.de homicid.in ſexto. Aſſaſſini dicũtur illi,qui pecunia, aliouè pretio conducti homines occidunt: vnde Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato nu.4.ff.de iniur.& in l.Cicero ff.de pœn. Bald. & Salyc.in l.non ideò minus col.pen. C.de accuſat.Angel.in l.qui ſepulchra C.de ſepulc.viol. Alex.conſ.166.nu.1.lib.7.& Menoch.conſ.360. num.42.ex communi ſignificatione intelligunt eum eſſe aſſaſſinum, qui pecunia accepta, vel promiſſa aliquem occidit. Decian.in tract. crimin.lib.6.cap.28.ſub nu.18. verſ.recepta tamen eſt communis interpretatio, Clar. in §. aſſaſſinium in primis verbis.& Capyc.deciſ.155. nu. 12.affirmat,quod aſſaſſini vocãtur vulgo ij,qui accepta pecunia promiſſa, homicidia committunt, & quod vulgi interpretatio ſit attendenda vide Corn.conſ.249.ſub num.2.lib.1. qui dicit, aſſaſſinos dici,qui pecuniam accipiunt, vel de ea recipienda conueniunt pro interficiendo aliquem.& Grammat.conſ.9.nu.1.cum ſeq. aſſerit, aſſaſſinum dici, qui per pretium, ſeu aliquo ſibi dato deliquit, & num.2.ſubiunxit, per promiſſionem factam alicui, vt delictum committat,dicitur eſſe commiſſum crimen aſſaſſinij,Pariſ.conſ.166.num.3.lib.4. qui comprobat verè illum dici aſſaſſinum, qui pretio ductus, homicidium committit, Carrer. in practic.tit. de homicid.§.circa igitur tertium nu.3. oſtendit,quod aſſaſſinus dicitur,qui pecunia mediante, mandat occidere aliquem, & num.2. nobis reliquit.

Tùm ſecũdò iuxta opinionem Archidiac. in
2 cap.1.col.1.de homicid.in ſexto,quem ſequitur Ant.Gabr.concl.1. de crimin.num.30. & Maſcard.concl.138.nu.10. Aſſaſſinus dicitur ille, qui ſeiunxit animam à corpore alicuius, alterius iuſſu, & qui nummis captatus hominem occidit,ſed non, qui ſolum vulnerauit,idem ſecutus eſt Io.Andr.& Dominic.in d.cap.1. vnus col.1. in fin. alter col.2.in princ. idem admittit Gabriel. loco ſupra citato, & in hoc caſu dicit vulnerantem grauius debere puniri, cum id, quod ſit, aut fieri mãdatur per pecuniam atrocius delictum exiſtimetur, ad tradita per Doctor.in d.l.Cicero ff. de pœn.

Tùm denique, quia ſecundum Ant. de Nigis in cap. Regni frequens nu. 68. quem refert Baiard.ad Clar.in §.aſſaſſinium in princ.vulnerans pro pecunia non committit aſſaſſinium, ſed non diſplicet mihi in hac quæſtione diſtinctio tradita per Conſil. Rouit. in pragmat. 12. de abolit.ad quem me remitto,cum ſit optimè fundata.

SVMMARIVM.

1 *Semel excommunicatus ſemper præſumitur talis, donec legitimè probetur abſolutio.*

2 *Quando dictum vnius teſtis nemini nocet, & alteri prodeſt,plenè probat.*

3 *In probanda abſolutione ab excommunicatione creditur vni teſti.*

4 *Communio alias excommunicati, an faciat præſumi,quem eſſe abſolutum,remittitur arbitrio Iudicis.*

Excommunicatus celebrans obtenta abſolutione,verum non adhuc in actis redacta,an contrahat irregularitatem?

DECISIO CXIII.

FVit inquiſitus in Cur.Archiepiſc. Sacerdos, qui ob grauem percuſſionẽ in alium æquè Sacerdotem fuit excommunicatus, quare cum à tali incurſa excõmunicatione obtinuiſſet abſolutionem, verùm non adhuc in actis regiſtrata, cumq; dictus Sacerdos fuiſſet repertus celebrare,& alia Sacramẽta Sanctę Romanę Eccleſiæ miniſtrare:fuit ideò dubitatũ,an cõtraxiſſet irregu-

Digitized by Google

5 irregularitatem? Dicebatur, quod licet regula
ſit, ſemel excommunicatus, ſemper præſumi
excommunicatus, Maſcard.in tract.de probat.
concl.705.num.8.vol.2. niſi abſolutio probetur
legitimo modo, ita Specul.de præſcript.in fin.
& de ſentent.§.6.in verb.abſolutione, & Couar.
& cæteri citati per eum in rubr.de pact.in ſex-
to in 3.part.§.2.nu.6. & facit regul.ſemel de re-
gul.iur.in ſexto, & bonus text.in cap.propoſuit
de cleric.excomm. miniſt. Abb. in cap.ſicut à
nobis de ſent. excom. in 1.notab. gloſſ.& Abb.
in d.cap.propoſuit nu.4.de cler.excom.miniſt.
Menoch.in tract.de præſumpt.lib.1.q.29.nu.19
Maſcard.de probat.concl 697.& cõcl.873. n.2.
vol.2.ita conſuluit Roman.conſ.377. in termi-
nis propriæ concluſionis, quod ſemel excõmu-
nicatus ſemper debet vitari, donec legitimè
probetur abſolutio, & ſequitur ibi Horat. Mã-
doſ.in addit. in lit.B. Corſet.in ſingul.in verb.
præſumptio il primo: Regula eſt, ſemel malus
poſt princ. & abſolutio iſta probari poteſt etiã
per teſtes d.cap.ſicut à nobis, & præſertim cum
conſtaret de amiſſione inſtrumenti abſolutio-
nis, quia tũc ſufficeret probatio per teſtes cap.
cum in iure de offic. deleg. prout in ſimili fuit
deciſum in Regia Audientia Apuliæ in anno
1584.refert Vniu. deciſ.97. tamen in præſenti
cauſa iudicauimus abſolutionem præceſſiſſe
Sacramentorum adminiſtrationem, & hoc ex
eo, quod de dicta abſolutione conſtabat ex de-
poſitione vnius teſtis maximæ conditionis de-
ponentis cum iuramento, ſe vidiſſe illum abſol-
ui à dicta excommunicatione incurſa tũc tem-
poris, quando adminiſtrauit Sacramentum, &
de iure clarum eſt, quod quando dictum vnius
teſtis nemini nocet, & alteri prodeſt, plenè
2 probat, gloſ. communiter recepta in cap. licet
de teſtibus, cum innumeris, quos probat Gabr.
3 eod.tit.concl.1.num.16.& in probanda abſolu-
tione ab excommunicatione creditur vni teſti,
ſecundum Hippolyt. in l.1.§.ſi ex vltro ff.de
quæſtion.Cald.in conſ.1.de teſtib.Felyn.in cap.
veniens col.pen.nu.23.eod.tit.Villaut decit.48.
& alij penes Gabr.vbi ſupra nu.17. Supradictis
accedebat id, quod voluit in proprijs terminis
Panorm.in cap.propoſuit col.2.notab.5.in ver.
in gloſ.fin. extra de ſentent.excomm. qui dum
examinat, an vigore cõmunionis prædicti olim
excommunicati, communiter cum omnibus de
præterito præſumendum ſit, præceſſiſſe abſolu-
tionem, & quod habeatur pro abſoluto, refert
vltimo loco ſuam opinionem, dicendo, quod
reſpectu ipſius excommunicati, an huiuſmodi
communio faciat, vt habeatur pro abſoluto? re-
4 linquitur arbitrio Iudicis, prout docuit etiam
Hoſtienſ. nam ipſe conſiderabit, vt factum ſit
antequam, & temporis curſu potuerit veriſimi-
liter perire probatio abſolutionis, de facili
enim moriuntur teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Ei qui ſemel peierauit, non defertur iuramentum.*
2 *Periurus perdit beneficia omnium legum.*
3 *Periurus non eſt admittendus in teſtem.*

Periurus, an ſit relaxandus è carceri-
bus ſub iuratoria cautione?

DECISIO CXIV.

RElegauerat Cur.Archiepiſc.clericum cum
cautione iuratoria de ſeruandis finibus, ex
quo allegabat, ſe non poſſe reperire cautionem
fideiuſſoriam: factum eſt, quod clericus infrin-
geret relegationem, & per eandem Curiam
captus fuiſſet, cumq; iterum fuiſſet eidem im-
poſita pœna relegationis, & tractaretur de ipſo
relaxando, fuit dubitatum, an potuiſſet relaxari
cum cautione iuratoria. Dicebatur in eius fa-
uorem, quod cautio iuratoria admittitur, vbi
non reperiuntur fideiuſſores l.fin.ff.ſi cui plus,
quam per legem falcidiam, Guid. Pap. in de-
ciſ.189.

Contrarium verò fuit deciſum in Cur. Ar-
chiepiſc.cuius deciſ.ratio fuit, quia periuro non
defertur iuramẽtum, ſecundum gloſ.in cap.bre-
ui de iureiur.& eſt communis opinio, vt teſta-
tur Soccin.conſ.136.nu.9.vol.1. & in conſ.155.
vol.2.Alban.conſ.13.vol.1.Faber deciſ.17. C.de
reb.cred. & communem opinionem nuncupat
Clar. in §.periurus nu.7. vnde cum dictus cle-
ricus ſemel peierauerit infringendo relegatio-
1 nem, ideò non eſt ei amplius iuramentum de-
ferendum, ex regula iuris, violato ſemel iura-
mento (quod eſt confirmatorium veritatis,
cap. ſi Chriſtus de iureiur.) remanet ſemper
ſuſpitio periurij cap quicunque 6. q. 1. & cap.
paruuli 22.q.1. & violato in vno officio ſemper
præſumitur defectus in eodem l. ſi aliquid C.
de ſuſcept. lib.10. ſecundum omnes Doctor.in
cap. teſtimonium de teſtibus (excepto Zaba-
rell.) & facit ad hoc, quod periurus ſalua con-
ſcientia retinere nequit, quod de periurio, vel
mediante periurio acquiſiuit cap. ſi diligenti,
& ibi Doctor.de præſcript.& denique ipſi per-
iuri puniuntur aliquibus alijs pœnis congeſtis
ex Afflict. in tract.de iure proth miſ. §.4. q.6.
ſub nu.2.Soccin.conſ.7.col. 4. vol.1. & per Iaſ.
in l.ſi duo patroni §. fin. ff. de iureiur. Nec eſt
dubium, quin ſupradictus clericus ſit ſuſpectus
de iterum peierãdo: vnde ſuccedit regula text.
in cap.clericus de cleric.non reſid.Non eſt igi-
tur deferendum iuramentum ei, in quo eſt pe-
riculum periurij. His quoque accedebat: periu-
rium in iure eſſe in maximo odio, ſecundum
gloſ in cap.quærelam de iureiur.vnde periurus
peccat mortaliter, ſiuè in affirmando, ſiuè in
negando in quacunque materia fiat periurium,
vel quibuſcunque verbis ſemper eſt peccatum
mortale cap.peruenit il ſecõdo de iureiur.nam
Deus de periurio ipſo plurimum contriſtatur
l.quia reſ ctum & ibi Bald. C.de indic.vid.toll.
Couarr.lib.1. var.reſol. cap.1.nu.6. Tiber.De-
cian.in tract.crim. de atrocitate periurij cap.9.
per tot. lib.6. Imò ob periurium Deo fit iniu-
ria, fitq; contra illud præceptum Leuit. Non
periurabis in nomine Domini Dei tui, & præ-
ſertim cum periurium exploratum ſit, non cõ-
mitti ſine dolo l.qui iuraſſe in princ.ff.de iure-

iur.& notat Bald.in l.obſeruare §.proficiſci col. 3.ff.de offic.Proconſul Alex.in l.ſi meatmus in princ.ff.de in lit.iurand.& conſ.92.volum.1. & Gramm.vot.10.n.24.& ſeq & quod periurium ex genere ſuo ſit peccatum mortale dixit S. Thom.2.2.q.98.art.2. Bartholom. Fumus in ſumma Armilla in verb. periurium §.2. & Afflict.d.tract.de iur.proth miſ.in §.4. ſub nu.10. præterea dicebatur:Periurus vti infamis nó admittitur ad iuramétum ſecundum Bart.& Angel. in l.Lucius ff.de infamib. Abb.in cap.quærelam de iureiur. & Bald.in Marg. verb.periurium verſ.11.Iacob.Nouell.in regul.157.periurus tom.2.vbi hoc poſuit pro regula cum tribus ampliationibus, & tribus etiam limitationibus, & vt infames ipſi periuri.Primò,excluduntur à dignitatibus cap.infamib. de reg. iur. gloſ.in cap.2.in verſ.cũctis 85.diſt.& d.cap.quærelam: Item à dignitate,& officio deponuntur, Bald.in l.2.C.reb.credit.& priuatur beneficio eccleſiaſtico, Abb.& alij in d.cap.quærelam,Imol.in cap.poſtulaſti de for.compet. Pariſ.cóſ.137.nu. 23. vol. 4. hoc prouenit ob acerbitatem criminis. Periurium enim quoad Deum grauius crimen eſt homicidio, Cardin.in clem.1. §.fin.q. 14.de iureiur. Bart.conſ.217. Crauet.conſ.206. nu.18.vol.1. ac periurium tanto grauius cõmittitur,quãto illud per quod iuratur eſt ſanctius, vt tradit Alciat. in rubr.de iureiur.nu.32.

Faciebat quoque pro cófirmatione dictæ deciſ.illud, quod ſcriptum reliquit Iaſ. in l.ſi duo patroni §.fin. col.fin. ff.de iureiur. poſt Bald.in l.clari C.de fideicom. & Viu.in deciſ.120.quod
2 periurus perdat beneficia omnium legum, canonum,& ſtatutorum quibus cauetur ſtandum eſſe iuramento alicuius:vnde non admittuntur ad iurandum cauſa alicuius rei probandæ,Crauett.conſ.6.nu.17.Caſtrenſ.conſ.463.vol.2.Alb. conſ.17.vol.4.cum alijs. quos probat Viu.lib.1. comm.opin.cap.958.& hac ratione ſancitum
3 fuit, periuros non eſſe admittendos in teſtes,cũ de ſubſtantia depoſitionis ſit neceſſaria delatio iuraméti,gloſ.in cap.ſicut de teſtib. & alij,quos probat Cæphal.conſ.254.num.5.cum ſeq vol.2. Excuſaretur tamen periurus propter difficultatem,vt dicit gloſ.in cit.cap.breui in gl. f.1.de iureiur.quam dicit eſſe communiter approbatam, Gomez ſuper l.Tauri 30.item ſi demonſtret.quod tale periurium nulli præiudicauerit, neque poterat præiudicare nam eo caſu, ſi quis deliberatè peierauerit, non poteſt de periurio puniri in foro contentioſo, ſed tantum in foro animæ,ſolum Deum habet vltoré. gloſ. in cap. quicunque in gloſ.fin.q.1.& eſt communis opinio, vt teſtatur Iaſ. in l.ſi duo patroni §. ſi quis intrauerit il ſecondo poſt num.1. ff.de iureiur. Io.de Amic. conſ.109. in fin. Berous q.134.nu. 9.Alex.conſ.145.vol.1. & Iaſ.in l.ſi ex falſis col. fin.C.de tranſact.Dec conſ.163.nu.143.Grammat. deciſ.45. & ibi bona ad.lit.Audit.Petra.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quando requirit altiorem indaginem, reſeruatur ad merita cauſæ, ne retardetur proceſſus ſuper negotio principali.*

2 *Probata exceptione periurij in finem cauſæ, proceſſus redditur nullus.*

Exceptio periurij, an ſit reſeruanda ad merita cauſæ.

DECISIO CXV.

FVit pluries reſolutum in Cur. Archiepiſc. Neapol.exceptionem periurij oppoſitam à parte, eſſe reſeruandam ad merita cauſæ, cuius deciſ. ratio fuit, quia diſcuſſio dictæ exceptionis requirit maiorem indagationem,ita Capyc.
1 deciſ.10.Thilman.deciſ.3. Triuiſan.deciſ.2.Puteus deciſ.233.lib.3. quæ quidem reſeruatio fit ad effectum,ne retardetur proceſſus ſuper negotio principali l. nam, & poſtea, vbi Bart. & Doctor. communiter ff. de iureiur. Afflict.deciſ.52.nu.2.Ann.ſingul.446.& ſing.605. Capyc. deciſ.6.nu.6. & deciſ.10. nu.9. Intrigl.deciſ.17. num. 18. quo in caſu,nec appellari poteſt,Gratian.diſcept.170.nu.4.cuius ratio multiplex eſt. Tùm quia ſtatur dicto Iudicis reſeruantis.quãdo exceptio eſt intricata, & ſi altiorem requirat indaginem, poſitum eſt eius arbitrio, Bald. in l.ſi ex falſis nu.11. C.de tranſact. Felyn.in cap.exceptio num.24.de exception.ſed in arbitrarijs non eſt licita appellatio, Crauett. conſ. 78.nu.8.Couarr.in 1.lib.cap.12.nu.3. variar.reſol. quaſi ob collatum ſibi arbitriũ Iudex æquiparetur Principi, qui non poteſt reprehendi l. 1.C.de offic.Præfect.Prætor. Decian.conſ.47.in princip. vol.1. ipſeq; ſolus in iudicijs eſt bonus vir l. Thais §. ſororem ff.de fideicomm. liber. Tùm quia exceptiones,nec ſunt deciſæ, ſed eas in fine cauſæ decidendas reſeruat Iudex, Alex. in l.ille à quo §.1. nu.5. ff.ad trebell. Felyn.d.
2 cap.exception.nu.18.de Frãch.deciſ.664. Tùm etiam, quia reſeruatio huiuſmodi id operatur, vt probata demum exceptione, geſta omnia ſunt nulla,& proceſſus corruit, gloſ.eſt ſingul. in cap.cum contingat de iureiur.Bart.in d.l.ille à quo §.1.nu.5.Sed ſupradicta omnia intelligas, dummodò exceptio reſeruata cõtra proceſſum opponatur,ſecus ſi ſit contra ſubſtãtiam ipſius negotij, ſuper quo agitur, quia ad hoc, vt dicatur nullum, quod antea factum eſt, requiritur ſententia declarans, quod illud pro irrito haberi debet, ſicut aduertit Gratian. d.diſcept.170. nu.7.& 8.quid autem ſit exceptioné reſeruare ad merita, explicat Hippolyt.ſingul.696.

SVMMARIVM.

1 *Gratia eſt ſubreptitia, in qua non ſunt expreſſa omnia delicta.*

2 *Subreptitia eſt gratia, quando nõ ſunt expreſſa ea omnia, quæ Principẽ retraxiſſent à conceſſione.*

3 *Exprimenda ſunt Principi etiam illa, quæ ſi expreſſa fuiſſent, Princeps non facile conceſſiſſet.*

4 *Subreptitia eſt gratia, quando non eſt expreſſum intereſſe tertij.*

5 *Non ſufficit generalis expreſſio delictorum, ſed ſpecifica requiritur ad hoc, vt gratia ſit valida.*

6 *Quan-*

Digitized by Google

6 *Quando in ſecunda gratia adeſt clauſula generalis, quod ſit gratia de illo delicto, & de omnibus alijs, valet gratia ſecunda, non facta mentione de prima.*

7 *Quando primum delictũ eſt eiuſdem generis cum ſecundo, valet gratia de ſecundo delicto, non facta mentione de primo.*

Gratiam impetrans de delicto, quo caſu valet non expreſſo alio delicto?

DECISIO CXVI.

1 VEra, & indubitata eſt Doctor. concluſio, gratiam eſſe ſubreptitiam, in qua non fuerint expreſſa omnia delicta, vel alia gratia per prius conceſſa, ex notabili doctrina Iaſ. in l. vniuerſa C. de precib. Imper. offer. Ratio eſt, quia vbicunque in reſcripto non exponuntur 2 omnes qualitates, quæ veriſimiliter expreſsè Principem à conceſſione gratiæ retraxiſſent, tunc gratia dicitur ſubreptitia, & non ſeruanda, Boſſ. in tit. de remed. ex ſola clem. Princip. nu. 35. & nu. 38. cum ſeq. Ant. Gomez de delict. tit. de tortur. reor. nu. 38. verſ. item adde, Clar. in pract. crim. q. 59. verſ. debet autem, Menoch. de arbitrar. caſ. 303. nu. 5. & ſeq. Imò non ſolum ſunt exprimendæ qualitates, quibus expreſſis 3 Princeps gratiam non conceſſiſſet, ſed etiam illi cum quibus non ita de facili conceſſurus fuiſſet cap. ſi proponente extra de reſcript. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 201. nu. 5. & ſeq. lib. 2. Alia ratio redditur, quia reſcripta gratioſa ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur ad non ſpecificata cap. quamuis de præbend. in ſexto, Dec. in cap. ſuper literis num 5. de reſcript. Alex. conſ. 97. nu. 6. lib. 2. & veluti ſubreptitia per non expreſſionem omnium delictorum, & qualitatũ erunt reijcienda, & per conſequens abolitus remaneat ſubiectus pœnis, de quibus in dicta ſententia: Generale enim eſt quod per ſuppreſſionem aliorũ delictorũ gratia redditur ſubreptitia, vt latè per Doctor. in l. 3. C. de Epiſc. audient. vbi etiam Bart. Bald. Caſtrenſ. & alij, quos refert, & ſequitur Ant. Gomez de delict. in tit. de homicid. ſub nu. 60. & in tit. de torm. reor. num. 38. verſ. item adde, & ſupra probaui, quæ quidem ſubreptio, multo euidentius apparet ex eo, quod non expreſſit intereſſe partis offenſę, videlicet vxoris, & filiorum occiſorum, quod quidem intereſſe ſi expreſſiſſet, nulli dubium eſſet, quod Princeps in tertij præiudiciũ gratiam non conceſſiſſet, prout in his terminis conſuluit Gramm. conſ. 34. nu. 9. Menoch. d. caſ. 4 201. nu. 24. non enim præſumitur Principem velle vnquam parti offenſæ vim inferre, & intereſſe tollere, Ruyn. conſ. 66. lib. 5. Petr. à Plaz. in epit. delict. cap. 38. nu. 4. verſ. illud etiam. Gabr. tit. de iure quæſit. non tollen. Clar. in pract. crim §. fin. q. 59. verſ. adde quod, Cæphal. conſ. 133. nu. 101. & ſeq. vol. 1.

Amplia, vt ad tollendam ſubreptionem gra-5 tiæ non ſufficiat generalis, & relatiua expreſſio delictorum, ſed debet eſſe particularis, notabilis, & ſpecifica, gloſ. in cap. dilectus filius extra de reſcript. Oldrad. conſ. 14. Roman. conſ. 38. & conſ. 326. in fin. Crauett. conſ. 69. nu. 3. lib. 1. Felyn. d. cap. dilectus filius, ex generalitate enim oritur quædam obſcuritas, ex qua facilè Princeps circumuenitur l. fin. ad fin. ibi, quia falſo ſermone ſe iactat C. de dot. promiſſ. imò non ſufficit in gratia particulariter, & ſpecificè delictum nominare, niſi modus, & cauſa ipſius delicti exprimatur, Alex. conſ. 114. num. 3. lib. 1. Gramm. conſ. 34. nu. 10. & eſt text. in d. cap. dilectus filius extra de reſcript. vbi Felyn. nu. 10. dixit non ſolum vitiari reſcriptum tacendo factum, ſed etiam tacendo, quando, & ex qua cauſa ſit factum, quia cauſa delicti magis inquirenda eſt, quam delictum, gloſ. in cap. occidit 23 q. 5. cum alijs ibi per eum allegatis.

Non obſtat, quod paria ſunt aliquod eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud, ad tradita per text. in l. certum ff. ſi cert. pet. quia reſpondetur, quod hæc regula non procedit in materia gratiæ, in qua, vt dixi de forma requiritur ſpecifica, & particularis expreſſio delictorum, & qualitas, vt per eundem Dec. in d. l. certum nu. 5. verſ. hoc tamen limita, Afflict. deciſ. 220. nu. 11. cum alijs de quibus in deciſ. Pedemont. 21. nu. 2. & ſeq. per Gabr. tit. de clauſ. concl. 5. nu. 24. lib. 6. & dato, quod procedat in materia gratiæ, id tamen erit intelligendum gratia conceſſa motu proprio, ſecus ad inſtantiam partis prout eſt hæc de qua agitur. In qua clauſulæ expreſſæ, & ſimiles nihil operantur ſecundum Angel. in l. ſi quis §. quæſitum in fin. ff. ſi quis cautio. Io. Bapt. Ferret. conſ. 38. nu. 1. Aym. conſ. 68. nu. 7. de communi teſtatur Dec. conſ. 173. in fin. & alij de quibus per eundem Gabr. d. concl. 5. nu. 5. art. 4. & 9. lib. 6.

Iudicauimus tamen in Cur. Archiepiſc. regu-6 lam principalem non procedere, ſi in ſecunda gratia adeſſet clauſula generalis, quod ſit gratia de illo delicto, & de omnibus alijs delictis, tunc enim valeret gratia non facta mentione de prima, prout cenſuit Senat. Pedem. in cauſa cuiuſdam Nicolini Buccellenſi 1590. 7. Auguſt. referente D. Senatore Balbo, qui obtinuit gratiam de fratricidio, non facta mentione de alia gratia pro altero homicidio obtenta, vt in d. deciſ. 21. Dec. conſ. 21. & conſ. 41. nu. 22. & multa alia per Felyn. & alios in d. cap. cæterũ de reſcript.

Limitatur ſecundo, quando delictum primũ, 7 & ſecundum ſunt eiuſdem generis, ſecus ſi diuerſi, vt ſi impetrans gratiam de homicidio cómiſiſſet falſum, non tenetur hoc delictum falſitatis narrare, Didac. variar. reſol. lib. 1. cap. 20. nu. 8. Alciat. in cap. cum non ab homine nu. 41. de iudic. per text. in l. 3. C. de Epiſc. audient. ad quod facit, quod regula ſemel malus de regul. iur. in ſexto, intelligitur de eodem genere mali, & idem ſentit Boſſ. in tit. de remed. ex ſola clem. Princip. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis dicit contractum nullum, audiendus eſt etiam non reſtituto eo, quod acceptum eſt.*

H 3 Petens

1 *Petens reſcindi cōtractum, non eſt audiendus niſi relicto prius eo, quod tranſigendo accepit.*
2 *Minor ſi remedio reſtitutionis in integrum petit reſcindi contractum, non auditur, niſi rem cum fructibus reſtituat.*
3 *Actus, qui reſcindi debet, ſemper intelligitur, quod fieri debeat parte petente.*

Petens reſciſſionem tranſactionis, an ſit audiendus, acceptis prius non reſtitutis?

DECISIO CXVII.

Fvit reſolutũ in Cur. Archiepiſc. maximum diſcrimen eſſe inter eum, qui petijt contractum declarari nullum, & eum, qui eiuſdem
1 contractus petijt reſciſſionem: Primò enim caſu dixerunt Domini, audiendum eſſe non reſtituto accepto, ex doctrina Alex. conſ. 4. col. 2. vol. 3. Roland. conſ. 4. num. 330. vol. 3. Natt. conſ. 661. nu. 45. Georg. alleg. 34. nu. 17. & 19. Miſanēſ. deciſ. 7. nu. 21. lib. 2. Caualc. de tutor. nu. 122. & 135. Macerat. lib. 1. variar. reſolut. reſol. 14. nu. 72. reſol. 38. nu. 19. lib. 2. & reſol. 24. nu. 21. & 22.
2 Rimin. Iun. conſ. 5. nu. 71. Secundo verò caſu in reſciſſione contractus, ſiuè tranſactionis, aut alterius cuiuſuis generis, non eſt audiēdus actor, niſi reiicto prius, quod tranſigendo accepit l. ſi diuerſa, & l. vbi pactum C. de tranſact. l. cum te C. de pact. ac iudicatũ inquit Afflict. deciſ. 220. Gramm. deciſ. 66. Milan. deciſ. 7. Rota diuerſor. deciſ. 111. deciſ. 805. & 810. Puteus deciſ. 353. & deciſ. 140. Oſaſch. deciſ. 160. in fin. Verall. deciſ. 316. Maſtrill. deciſ. 13. & 14. & in omni iudicio reſciſſorio reddere prius debet actor, quod accepit l. ex empto §. ſi quis virginem ff. de act. empt. Menoch. conſ. 4. num. 64. quod ad impugnantem beneficij reſignationem extendit, Anchar. conſ. 313. Coſta de re integra prælud. 3. nu. 2. vel inſolutum dationem, Menoch. d. conſ. 4. nu. 71. idem in contractu innominato, à quo ſi recedere vult contrahens, acceptum reſtituet d. l. cum te, Menoch. d. conſ. 4. nu. 65. licet Eccle-
3 ſia, aut minor, qui ſi in integrum reſtitutionis auxilio contractum reſcindi petit, nec auditur, niſi rem cum fructibus reſtituat l. 1. C. de repud. l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. 25. ann. Rota diuerſ. deciſ. 440. Maſtrill. deciſ. 13. Magon. deciſ. Flor. 119. quod ampliatur procedere, vt etiam abſque interpellatione teneatur is cum effectu reſtituere quod accepit, nec verbalis oblatio ſatis eſt, Menoch. conſ. 644. num. 4. conſ. 4. nu. 66. & 71. Bardell. conſ. 67. nu. 7. Aldobrandin. conſ. 70. nu. 127. Coſta d. prælud. 3. num. 2. & licet oblationem neceſſariam non eſſe dixerit Carocc. de depoſito par. 2. q. 11. & de oblat. par. 1. q. 67. attamen in omni caſu illam faciendam eſſe voluerunt Coſta, Bardel. & Menoch. locis nuper citatis, licet quidam dicant, id verum eſ-
4 ſe parte opponente, & non aliter, cum generale ſit, quemlibet actum tendentem ad fauorem alterius, qui reſcindi debet, ſemper eſſe intelligendum parte petente, ac ſi tacita ſemper inſit conditio, videlicèt, ſi quis vti voluerit exceptione ſibi competente, gloſ. in l. vniuerſa C. de precib. Imperat. offer. Afflict. deciſ. 220. Rota diuerſ. deciſ. 818.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus differt à commoditate.*
2 *Commoditas vſusfructus vendi poteſt.*
3 *Differunt legatum fructuum, & legatum vſusfructus.*
4 *Alienationis prohibitio, non excludit commoditatis perceptionem.*

Vſusfructus, an differat à commoditate fructuum.

DECISIO CXVIII.

IN diſcuſſu cuiuſdam cauſæ vertentis in Cur. Archiepiſc. fuit dictum, vſumfructũ diffe-
1 re à commoditate fructuum, ita vt cui prohibetur acquiri vſusfructus, non cenſeatur prohibita commoditas fructuum, & ſic licet pater non habeat vſumfructum in bonis feudalibus filij; tamen poteſt habere commoditatem fructuum, vt tradunt Bald. in cap. 2. de fratr. de nouo benefic. inueſt. & in l. cum oportet in fin. C. de bon. quæ liber. Iaſ. in l. cum filio num. 157. ff. de legat. 1. Loffred conſ. 10. D. de Franch. deciſ. 10. nu. 9. & fuit opinio Angel. Aretin. in §. 1. inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur, tenentis generaliter, quod in omnibus in quibus patri non quæritur vſusfructus in bonis filij, habebit tamen commoditatem fructuum, per multa quæ allegat, quam opinionem ſequuntur Iaſ. & alij ſupracitati, Bart. in l. fin. C. de vſufruct. & Angel. in l. 1. §. adipiſcimur ff. de acquir. poſſ. & prius tenuit gloſ. in auth. idem eſt in fin. C. de bon. quæ liber. & ſi contra hanc opinionem nonnulli tenuerunt, præſertim Molin. de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 33. & de ipſorum opinione dubitauere Roder. Suar. in quæſt. maioratus nu. 15. & 16. & doctiſſimus Greg. Lopez l. 15. tit. 17. par. 4. verſ. & vſufructu, & nouiſſimè contra Angel. Aret. tenet Rimin. Iun. in §. 1. nu. 196. vſque ad 200. inſtit. de donat. in nouiſſima impreſſione pag. mihi 491. & contra ipſum dubitat D. de Franch. deciſ. 161. num. 8. licet dicat Collaterale Conſilium tenuiſſe pro opinione Aretin. ſic videmus, quod quamuis ius vſusfructus vendi nequeat, commoditas tamen ipſius ſic, quæ eſt perceptio ipſa fructuum, iuxta l. ætlibus §. 1. ff. de donat. l. ſi vſusfructus ff. de iur.
2 dot. & vtilitas, quæ percipitur ex vſufructu vēdi poteſt, patet ex l. neceſſe §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. l. fin. C. de vſufruct. l. 1. ff. de vſufruct. legat. gloſ. in §. fin. verſ. cedenda, inſtit. de vſufruct. gloſ. in l. arboribus §. vſufructuario ff. de vſufruct. & ſi is, qui cedit bonis habet vſuſfructum, licet ius vſusfructus non ſit aſſignandũ creditoribus, pertinebit tamen ad ipſos cōmoditas fructuum, Bald. in l. fin. ff. de act. & Crauett. conſ. 213. nu. 2. vol. 2. qui iſtos refert, & ſic

cum

Digitized by Google

cũ filio legatur vſusfructus, totalis vſusfructus erit filij, cõmoditas verò, & effectus ipſius erit patris, Bald.in l.fin.num.3. & 8. C.de vſufruct. Bald.Nouell.in l.cum filio nu.41. ff.de legat.1. vbi ait, filium eſſe nudo nomine vſufructuarium. Sic etiam in ſimili, fructibus relictis, non ius vſusfructus, ſed fructus tantum relicti eſſe
3 videntur; ex quo patet differre fructus ab ipſo vſufructu l.fundi ff. de vſufruct. legat. & quod facultas, ſeù commoditas percipiendi fructus poſſit eſſe penes vnum, & penes alium ius vſufructus, aptiſſimè tradit Molin. de primogen. lib.1.cap.20.num.11. per text.in l.ſi vſufructus ff.de iur.dot. & l.vſufructus ff.ſolut.matrim.ad idem allegans Oldrad. conſ. 102. in fin. & permiſſio vtendi, ab ipſo iure ſeruitutis diuerſa eſt l.fin.§.Lutius, vbi Bart.& Salyc. ff.de contrah. empt. l.pater filio ff. de ſeru. legat. Iaſ.in l.2.§. item ſi in facto nu.7. ff.de verb.oblig. Boer.de-
4 ciſ.66.nu.4. Molin.d.cap.20.nu.13. & ſola alienationis prohibitio, commoditatis perceptionem non excludit, & idem Molin.d.cap.19.nu. 24. & ſeq. poſt gloſ.Bart.Bald.Imol.Alex.Aret. Felyn.Chaſſan.Afflict.& Berou.optimè tenuit, quod locatio commoditatum rei alienari prohibitæ, ad centum annos, vel ad longum tempus valida ſit, apertè diſtinguendo inter locationem rei, & commoditatem ipſius rei, licet alios diſſentientes referat.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad triremes non contrahit infamiam.*
2 *Pœna infamiæ non contrahitur niſi in caſibus à iure expreſſis.*
3 *Pœna condemnationis ad triremes ſucceſſit pœnæ condemnationis ad metallum.*

Clericus condemnatus ad triremes, an dicatur infamis, vt propterea non poſſit aſcendere ad ſacros ordines.

DECISIO CXIX.

1 IVxta votum meum iudicauit quendam Cur. Archiepiſc.declarando per diffinitiuam ſententiam prædictum non contraxiſſe infamiam à iure, ex eo, quod fuiſſet condemnatus ad triremes; & ibi per ſeptennium ſeruijſſet, cuius deciſ.ratiò fuit, quia pœna infamiæ non contra-
2 hitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, gloſ.magiſtra, & communiter recepta in l.1. C. de infamibus lib.12. & in cap.infamibus de reg.iur.in ſexto, Bald.in l.fin.num.4.& ſeq.C.de probat.& in conſ.321.vol.2. Alex.conſ.450.vol.2. & nunquam legitur condemnatum ad remigandum contrahere infamiam, ſecundum Borrell.conſ. 52. licet ſecundum Maſtrill.in deciſ.157. ſupradicta pœna non vtantur Iudices, niſi contra plebeios, addebam ad hæc, quod cum pœna, in cuius loco ſucceſſit remigatio, non inferret infamiam, igitur ne ipſa debebat huiuſmodi infamiam irrogare, & clarum eſt ſecundum Bim. in conſ.44. ſupradictos condemnatos ad triremes æquiparari bannitis. qui non dicuntur infames, vt voluit Clar. in §.fin.q.63. & poſt eum Capiblanc.de authorit.Baron.pragm.6. num.6. qui dixerunt dictos condemnatos æquiparari
3 deportatis, qui pariter nullam contrahunt infamiam, quamuis hoc non placeat Borrell.in conſ.52.nu.32. cum ſeq. & demùm Craſſ.in §. teſtamentum q. 28. prædictos æquiparat damnatis ad perpetuos carceres. Alij verò Doctor. dixerunt, quod pœna prædicta ſucceſſit loco damnationis ad metallum, vel opus metalli, quę hodie non eſt in vſu, vt poſt Imol. voluerunt Capyc.deciſ.153.nu.3.de Franch.deciſ.140.nu. 8.idem Clar.in d.q.63. nu.7. Carrer. de homicid.verſ.circa quartam nu.8.cum ſeq.Foller.in verb.pœnis debit. nu.46 Gabr.conſ.174.nu.17. de communi poſt alios Farinac.de delict.& pęnis q.19.nu.14.Burſat.conſ.48.nu.26. cum ſeq. Craſſ.in §.inſtitut.q.6. Sim.de Præt.de interpr. vltim.volunt.lib.2.ſolut.1. nu.7. cum ſeq. Plot. conſ.73.nu.12.tom.2. conſ.crimin. Aloyſ. Catalan.in tract.de abolit.cap.44. nu.4. Caualc.de Brach.Reg.par.4.nu.59.Granut.in ſuo theor.3. num.10. & ſeq.vbi poſt Clar.in loco citato ampliat in condemnatione ad triremes, tàm in perpetuum, quàm ad tempus, & ſequitur (licet eum non allegat) Alex.Trentacinq. variar.reſol.lib.1. tit.de mort.natur. reſol.1. ſub num.7. Habent enim pœnæ prædictæ expreſſam ſimilitudinem, nam ſicuti damnati ad metallum detinebantur grauiſſimis catenis l.aut damnum ff. de pœnis, & verberibus afficiebantur l. in metallum ff. de iure fiſci, ita damnati ad triremes, vt de ſe patet, & propterea efficiuntur ſerui pœnæ l.ex facto §. ſi quis rogatus il ſecondo ff.ad trebell. mortuiſq; æquiparantur.

Non obſtat ſupradictos condemnatos eſſe ſicut infames l.1.vbi Doctores omnes ff.de hæred.inſtit.& præcipuè Salyc. Farinac.q.102. nu. 160. Clar. in §.teſtamentum q.22. cum ſimilibus allegatis per Peregr. de iur.fiſc. lib.3. tit.4. in princ. quia reſpondetur, quod non ſequitur propterea, quod in reliquis actibus æquiparentur infamibus.

Non obſtat ſecundo, quod habẽtur pro mortuis, vt latè deducit Carroc.deciſ.115. & Polid. Rip. in obſeruat.121. quia procedit in alijs caſibus, & ſic conſului cuidam Prouinciali Religionis, qui cupiebat excludere ab electione Capituli quendam Monachum olim condemnatum ad triremes.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitia mariti ad finem ſeparandi matrimonium debet concludenter probari.*
2 *In hac materia probationis ſæuitiæ non admittũtur teſtes patientes exceptiones, nec teſtibus de auditu deponentibus, eſt adhibenda fides.*

Teſtes probãtes ſęuitiam ad effectum ſeparãdi matrimonium, cuius qualitatis eſſe, & quomodo deponere debeãt.

DE-

Digitized by Google

DECISIO CXX.

1 SÆpiſſimè in Cur. Archiepiſc. diſputari ſolet circa teſtes deponentes de ſæuitia mariti in vxorem; propterea operæpretium duxi, congerere aliqua, quæ in dicta Curia exagitata fuerunt, & præcipuè in hac materia ſæuitiarum, quæ grauis, & ardua nimis iudicatur, Specul. & alij per Pariſ. allegati in conſ. 54. num. 14. lib. 4. Natt. conſ. 616. nu. 1. in ea enim exigitur plena, & concludens probatio, iuxta notata per d. Pariſ. d. conſ. 54. nu. 15. Roland. conſ. 27. nu. 10. lib. 3. Natt. d. conſ. 616. nu. 1. verſ. & in ea requiruntur, Bertaz. in conſ. 228. nu. 5.

2 Vnde teſtes patientes exceptiones, non admittuntur in hac materia, Abb. in cap. 1. nu. 5. de conſangu. & affinit. Pariſ. d. conſ. 54. nu. 16. Natt. d. conſ. 616. nu. 1. verſ. & teſtes, Bertazz. d. conſ. 228. nu. 5. & in facto concludente dictam ſæuitiam requiruntur cauſæ non leues, iuxta tradita per Angel. conſ. 403. in fin. & per Dec. conſ. 483. nu. 25. Thom. Sanch. de matrim. par. 2. lib. 10. diſput. 18. nu. 10. & 16. per tot.

Nec teſtibus deponentibus de auditu eſt adhibenda fides cap. tantum literis de teſtibus l. teſtium, vbi gloſ. C. eod. tit. Pariſ. d. conſ. 54. nu. 17. lib. 4. tàm circa factum verberationis, quàm circa immoderationem verborum, ex qua ſola immoderatione oritur ſæuitia, per ſupra allegata; & quatenus vnus ex teſtibus dicit ſe audiſſe vxorem vociferantem, dici poteſt, quod eſt vnicus ad text. in cap. licet vniuerſis de teſtibus, & in l. iuſiurand. C. eod. tit. vociferatio enim non concludit verbera, Pariſ. d. conſ. 54. nu. 23. lib. 4. Roland. conſ. 27. num. 10. lib. 3. Bertazz. d. conſ. 228. num. 13. & multo minus ſi deponit de immoderatione verborum.

Vnde ſecundum Franc. Curt. conſ. 157. teſtibus deponentibus de verberibus, & percuſſionibus ſi ſunt ſingulares, nulla fides eſt adhibenda, & voluit Pariſ. d. conſ. 54. nu. 18. 22. & 24. lib. 4. nec fides eis adhibetur, vbi patiuntur exceptiones, & non ſunt idonei, nec omni exceptione maiores, prout eſſe debent, Pariſ. d. conſ. 54. nu. 14. & ſeq. lib. 4. Natt. d. conſ. 616. num. 1. Viu. opin. 470. nu. 10. Bertazz. d. conſ. 228. nu. 5. & voluit Rot. in vna Roman. ſeparationis Thori 23. Ianuarij anni præſentis coram R. P. D. Sacrato.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poteſt ſuam vxorem verberare, & corrigere leuiter, & non atrociter.*

2 *Verbera, & percuſſiones mariti debent eſſe atroces ad finem ſeparandi matrimonium, nec ſufficiunt minæ, niſi probetur, quod minans ſit terribilis.*

3 *Sæuæ, & atroces verberationes ſunt ex quibus ſanguis exiuit, vel in capite, facie, ſeù oculo illatæ fuerint.*

Sæuitiæ quales eſſe debent, vt dicantur ſufficientes ad ſeparandum matrimonium.

DECISIO CXXI.

1 PRopter ſæuitiam maritorum in vxores, in Cur. Archiepiſc. ſæpè fiunt ſeparationes, ſed eſt conſiderandum, quæ qualitas ſæuitiæ requiratur, nam in eadem Curia fuit iudicatum, maritum poſſe eius vxorem verberare, & corrigere, & fuit dictum correctionem debere eſſe leuem, & non atrocem, vt probat text. in cap. hæc imago 33. q. 5. voluit gloſ. in cap. ſicut alternis in verb. iudicati verſ. ſed temperari poteſt 7. q. 1. Hoſtienſ. Io. Andr. & alij omnes Canoniſtæ in cap. quemadmodum de iureiur. Tiraqu. de leg. connub. gloſ. 1. part. 1. num. 22. Bertazz. conſ. 228. nu. 14. Roland. conſ. 27. nu. 15. lib. 3. Surd. de aliment. tit. 7. q. 16. num. 4. & cenſuit eadem Rot. in deciſ. præcedenti allegata in verſ. quinimo, nec ſufficiunt verbera, diſtinguédũ erit igitur inter percuſſiones, & verberationes atroces, & non atroces, vt primo caſu poſſit Thorus ſeparari, ſecundo caſu non, Pariſ. conſ. 54. nu. 7. & ſeq. lib. 4. Barboſ. in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. par. 2. nu. 31. & ſeq. Sanchez de matrim. lib. 10. tit. de diuort. diſp. 18. nu. 14. & ſeq.

2 Et ad hunc effectum ſeparationis matrimoniorum, verbera, & percuſſiones ita debere eſſe atroces, & tales, vt cum cautione de non offendendo, illis reparari non poſſit, probat text. in cap. literas in fin. & ibi Hoſtienſ. nu. 15. in verb. alioquin, Io. Andr. nu. 13. Butr. num. 21. & Imol. num. 9. verſ. ſi autem non eſt tanta extra de reſtit. ſpol. Petr. Barb. in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. par. 2. nu. 24. in fin. verſ. ſimiliter licitus eſt receſſus, & nu. 41. Sanchez de matrim. d. lib. 10. tit. de diuort. diſput. 18. nu. 3. verſ. & ſi aliter.

Vnde non ſufficiunt verba iniurioſa, nec minæ, niſi alias probetur, quod minans ſit natura terribilis, & ſolitus illas exequi, Roland. conſ. 27. nu. 20. verſ. aut vim, & num. 21. lib. 3. Pariſ. d. conſ. 54. nu. 32. lib. 4. Natt. conſ. 616. num. 4. Bertaz. d. conſ. 228. nu. 15. Sanch. d. diſp. 18. nu. 13.

Quinimò nec etiam ſufficiunt verbera, niſi ſint valdè immoderata, cum aliquando liceat marito ad correptionem verberare vxorem, Bald. conſ. 176. nu. 3. lib. 1. Roland. conſ. 27. nu. 13. & 17. lib. 3. latè Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 1. nu. 22. ſed imò debet hoc facere, gloſ. fin. in cap. quemadmodum in fin. de iureiur. Bald. d. conſ. 176. nu. 3. verſ. imò certè lib. 1. Bertazz. d. conſ. 228. nu. 14.

Quod adeò verùm eſt, vt nec teneret promiſſio de non corripiendo, eſſet enim contra bonos mores, & præberet cauſam delinquendi, Bald. d. conſ. 176. nu. 1. lib. 1. Pariſ. d. conſ. 54. nu. 33. lib. 4. Roland. d. conſ. 26. num. 14. & 15. lib. 3. Bertazz. d. conſ. 228. nu. 14. & tanto minus non ſufficerent prædicta, quanto non ſunt reiterata, Bald. d. conſ. 176. num. 3. verſ. & ſi mulier lib. 1. Roland. d. conſ. 27. nu. 3. lib. 2.

Et propterea percuſſiones, & verbera ſæpius illata cũ cingulo iure reputari non poſſe atrocia, & talia, vt Thori ſeparationem inducere valeant, prout in terminis docet Pariſ. d. conſ. 54. nu. 9. iuncto nu. 33. & 39. lib. 4. vbi quod maius eſt loquitur de vxore verberata cum fune ferula,

Digitized by Google

ferula, ſeù corrigia, & in fortioribus terminis Roland.in d.conſ.27.nu.17.lib.3.dixit,nec etiã ad ſeparationem Thori ſufficere percuſſionem baculi cum ſanguine, quod dictum mihi non placet,cum ſit atrox, vel ſaltẽ grauis percuſſio.

Quæ autem in hoc caſu poſſint dici percuſ-
3 ſiones, & verberationes immoderatæ, atroces, & ad Thori ſeparationem ſufficientes, vide tradita per Aldobrand. in conſ.71.nu.6. & nu. 20.& ſeq.& num.42.& num.54.vbi eas ſæuas,& atroces verberationes reputat, ex quibus, vel ſanguis exiuit,vel in capite, facie, ſeù oculo illatæ fuerint,vel cum haſta,ſeù baculo fracto in percuſſionibus, vel in pectore, ex quibus per decem dies percuſſa ſanguinem expuerit, vel in manibus, in quibus verberata ſtetit per decem dies, ita vt non poterat eis vti, aut ſimilibus percuſſionibus, quæ fecerunt percuſſam ſtare in lecto, quarum nullæ in propoſita facti ſpecie probatæ reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna edicti Cur. Archiepiſc. de aſportãtibus pugiones, &c. comprehendit portantes cultellos duorum palmorum, &c. nam militat eadem ratio.*

2 *Cultellus aptus tantum ad incidendum panem, non venit appellatione armorum.*

3 *Quando viget identitas rationis, edictum extenditur ad non expreſſa.*

Edictum Cur. Archiepiſc. Neap. imponens pœnam aſportantibus pugiones,& ſtilectos,an locum ſibi vendicet in aſportante cultellum duorum palmorum,vulgo *à fronde d'Oliua*.

DECISIO CXXII.

VErba edicti ſunt hæc,videlicèt: *Condemnamo alla pena de galera tutti quelli clerici li quali ſaranno ritrouati portare Archibuſetti, Piſtole, Pugnali, Stiletti, & altre armi ſimili.* Accidit, quod fuit captus quidam clericus cum cultello duorum palmorum cum dimidio, vulgo *à fronde d'oliua*, fuit dubitatum, an dicto clerico deberet infligi eadem pœna triremium per quinquẽnium? & pro eius parte dicebatur,edictum, ſiuè conſtitutionem eſſe ſtricti iuris, & ideò non extẽdendam. Innocent.in cap.dilecto col.3. in verſ.ſupradicto de offic.Archidiac. & in cap.cum primum verſ.& licet ij.quibus de fid. inſtrum. Oldrad. conſ.237. col.fin. verſ.& per hoc vellent aliqui, Bart.in l.1. §.ſi quis hoc interdicto ff.de itin.act.priu. & in authent.qui rem in fin. C.de ſacroſanct.eccleſ. Bald.in cap. 1.in fin. de cognit.feud. & in auth. ſi quis ruinas col.1. verſ.inducit etiam rationem C.de ſacroſ.eccl. Panorm.in cap.quoad tranſlationem nu.5. de offic.legat. Dec.conſ.3.nu.4.conſ.142. nu.5.& conſ.433. nu.222. Grammat.poſt alios deciſ.92.nu.4.& 5. Aym.conſ.111.nu.16. conſ. 121.nu.8.& conſ.170.nu.4.Rauenn.de conſuet. col. 7. verſ. conſuetudo eſt ſtricti iuris ſub nu. 731.& docuit Bald.in cap.1. in princ.ſub num. 21. qui feud.dar. poſſ. quæ conſtitutio tantum habet de actu, quantum habet de potentia, & non amplius,& idem Bald.in l.fin.nu.14.C.cõmun.vtr.judic.dicebat,quod conſtitutio, tãtum habet de potentia, & effectu, quantum habet de vſu, & voluit Bart. in d.l.1. §.ſi quis hoc interdicto,Alex.conſ.110.lib.3.Aym.alios citans conſ.30.nu.5.& firmat Surd.conſ.393.nu.20. vt prius dixerat conſ.382.nu.44.& conſ.424.num. 43. ideò in conſtitutione nihil ſuppleri debet vltra ſolitam obſeruantiam, & ſi conſtitutio de aliquo non diſponit, nec nos diſponere debemus,ſecundum Bald.conſ.275.in fin.lib.2. Aymon.conſ.30.nu.5. quia in conſtitutione fit extenſio de vno ad alium actum, nec de vna ad aliam perſonam, vt latè probat Natt.conſ.555. nu.5.Roland.conſ.94.num.17.lib.2. & Caphal. conſ.358.nu.45.& ſeq.conſ.69.num.30. & ſeq. lib.3. Crot.conſ.67.nu.6.lib.1. Dec.conſ.73.nu. 14.Bellon.conſ.42.nu.6.Neuizan.conſ.9.nu.32. & concludit Ceſch.deciſ.Pedemont.29.nu.16. & reſpondit Surd.conſ.393.nu.21.lib.3. Item dicebatur,quod ſi præfatum edictum infligeret pœnam ſimpliciter contra arma aſportantes, non expreſſa qualitate armorum,tunc nulli dubium eſſet, quin comprehenderet dictum clericum cultellum aſportantem,cum appellatione armorum veniat omne id, quod eſt aptum ad nocendum l.armorum ff. de verbor. ſignificat. & l.armorum ff. ad l.Iul. de vi publ. Bart. in l.3.§.final.ff.de vi,& vi armat. & in conſ.121. Bald. conſ. 60. volum.1. Alex. conſ.249. vol.2. vnde cum prædictum edictum exprimat qualitatem armorum, ſcilicet Piſtolas,Archibuſectos, Pugiones, & Stilectos, non videtur comprehendi poſſe arma non expreſſa: verba enim ſunt ſimpliciter, & ad vnguem obſeruanda, Bald.conſ.13. vol.1. ſuntq; intelligenda in proprio caſu, præſertim de quo loquitur l.1. §.is, qui nauem ff.de exercit.actio. nec in edictis,& ſtatutis locum habet fictio,Bart.in l.omnes populi nu.21. ff.de iuſtit.& iur. Bald.in l.1.nu.30. C.de ſumm.Trinit. & fid.cathol. Tandem dicebatur in pœnis benigniorem partem eſſe ſequendam cap.in pœnis de reg.iur. in ſexto,& l.interpretatione ff.de pœnis.

His ſic poſitis Cur.Archiepiſc.iudicauit con-
1 trarium: nam condemnauit dictum clericum ad triremes per quinquennium, & conſequenter cenſuit in pœna edicti comprehendi etiam clericum aſportantem cultellum prædictum duorum,vel trium palmorum,de qua deciſ.mirandum non eſt, ſiquidem roboratur optimis fundamentis.Et primum eſt,identitas rationis, & propterea eadem iuris debet eſſe diſpoſitio, vulgata l.illud ff. ad l.Aquil. l. quod dictum,& ibi Bald.ff.de pact.latè Burſat.conſ.21.eadem enim ratio, quæ viget ne aſportentur arma prohibita ab edicto,quæ eſt,vt ſcilicet delicta euitentur; viget quoque in aſportantibus cultellum. Secundum eſt,quia verbum, *& altre ſimili*, appoſitum in dicto edicto, comprehendit quoque prædictam aſportationem,& de ſimilibus

bus

Digitized by Google

bus idem eſt dicendum l. plerunque ff. de iur. dot.cap.tranſacto de conſtit.

Non obſtat Bart.in l.1. ff.ad l.Iul.de vi publ.
5 vbi appellatione armorum, quod dicit non venit cultellus, nam reſp. Bart. loqui de cultello apto ad incidendum panem,vel ad aptandum pennas.vt ipſemet loquitur,& non de cultellis, de quibus in caſu noſtro agitur.

Non obſtat ſecundo, quod conſtitutio, ſiuè
6 edictum eſt ſtricti iuris, & propterea non eſt extendendum, quia reſp.id non procedere, vbi viget identitas rationis, prout in propoſito noſtro,latè Bart.in l.ſi quis ſeruus C. de furt.

Non obſtat tertiò, in pœnis benigniorem partem eſſe ſequendam,quia pœnæ ſunt quandoq; exagerandæ,vt delicta puniãtur,& Reſpublica malis hominibus purgetur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quo caſu condemnanda ſit,vt poligama.*
2 *Quo autem ad dictum N.*
3 *Occidens hominem, qui re vera inuenitur bannitus excuſatur à pœna homicidij.*
4 *Peccatum ſuſpitionis hæreſis, conſiſtit principaliter in mente, & minus principaliter in effectu.*

Vir, cui non conſtat de adulterio vxoris, ſi ſumit ſacrum ordinem,ſuſpectus eſt de fide.

DECISIO CXXIII.

N. Contraxit matrimonium cum Berta, & cum eidem Bertæ fuiſſet poſtea dictum, quod matrimonium præfatum non erat legitimè contractum ad ſecundas nuptias conuolauit, dictus verò N. ſuſcepit ordinem ſubdiaco-
1 natus; fuit igitur dubitatum,num dicta Berta condemnanda eſſet, vt Poligama, iuxta tradita per Doctor. in l.Titia ff. ſolut.matrim. & latè de Franch.in deciſ.36. & fuit reſolutum, quod ſic, nec in aliquo releuabat prætenſa ignorantia:nam erat maxima,& culpabilis. Præterea teſtes, qui fuerant præſentes dicto matrimonio, atteſtabantur illud fuiſſe ſolemniter contractũ, quoad N.verò fuit dubitatum,nũm ex eo,quod
2 cum eſſet coniugatus,& poſteà contraxerat dictum matrimonium,cauſa ſpectaret ad Sãctum Officium,& fuit reſcriptum Cur.Archiepiſc.à ſacra Cõgregatione generalium Inquiſitorum Vrbis, cauſam ſpectare ad Sanctum Officium, & in Tribunali ipſius eſſe procedendum.

Sed pro parte dicti N. excipiebatur ab eius Aduocato licitũ ſibi fuiſſe ſuſcipere ſacros ordines.ex cap.conſtitutus de conuerſ.coniug. & doctrina Abb.ibidem Nauar.in conſ.5.alias 14. de conuerſ. coniug. Sanchez lib. 10. diſput.11. num.90.de matrim. maximè cum ex contractu ſecundi matrimonij facto à dicta Berta adulterium eſſet notorium, & idcircò potuiſſe promoueri ad dictos ſacros ordines.ex ijs, quæ adnotantur in cap.ſignificaſti de diuort.

Replicabatur tamen, quod adulterium vxoris oppoſitum per dictum N.nõ videbatur notorium propter figuram ſecundi matrimonij, ſed pro dicto N.fuit reſponſum, quod text.in cap. conſtitutus loquitur in ijſdem terminis, ſcilicet de vxore, quæ contraxerat ſecundum matrimonium, & eius vir ſuſceperat ſacros ordines, & tantum Summus Pontifex mandauit ob cauſam prædictam non inquietari dictum eius virum. Quarè examinato iterũ dicto reo, nũm ſciuiſſet aliquid de dicto adulterio,ſeù ſecundo matrimonio de facto contracto per dictam Bertam, cumq; reſpondiſſet ſe hoc ignoraſſe, fuit denuò dubitatum quid eſſet faciendum,& aliqui ex Dominis dicebant ſufficere, quod re vera dicta Berta fuiſſet adultera ad excuſandum dictum N. à pœna, quamuis re vera
3 dictus N.id ignoraſſet,ſicuti & occidens hominem, qui re vera poſtea inuenitur fuiſſe bannitum, is enim excuſatur à pœna homicidij, latè per Bart. in l.ſi ex lege ff. de adult. ſed fuit replicatum pro parte fiſci,quod peccatum ſuſpitionis hæreſis conſiſtit principaliter in mente,
4 & non in effectu,latè per Clar.qui alios allegat in §.hæreſis nu.21. & Simanch.de cathol.inſtit. lib.1.cap.41.& proindè cum dictus N.habuiſſet malum animum in ſumendo ſacrum ordinem, ex quo ignorabat dictum adulterium,eſſe condemnandum, vt ſuſpectum de hæreſi. Quare fuit reſolutum dictum N. debere abiurare de leui,& ſuſpendendum eſſe ab ordinibus, ſeruata forma extrauagant. antiquæ Ioannis XXII. de voto, & voti redd.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, vel conſuetudo prohibens rem fauorabilem, comprehendit ſubditum faciẽtem actum extra territorium.*
2 *Loci vicinitas quandoq. fraudem arguit.*
3 *Faciens actum extra territorium in fraudem,cenſetur facere, ac ſi fieret in Ciuitate.*
4 *Statuta pœnalia ligant ſubditos,etiam extra territorium.*
5 *Statutum puniens extrahentem frumentum à territorio,conſumitur extra territorium.*
6 *Domicilij ratione,quis forum ſortitur.*
7 *Statutis ligari,& forum ſortiri à pari procedunt.*
8 *Poteſtas ſtatuendi inter ſubditos non arctatur tãtummodo in territorio.*
9 *Suſpenſus,vel excommunicatus vbiq. eſt excommunicatus, & ſuſpenſus.*
10 *Pœna ſtatuti domicilij,ligat etiam ſubditum alibi delinquentem.*
11 *Statutum,quod pro animali naſcenti fiat certa ſolutio,ſi aſportentur animalia ad naſcendum extra territoriũ,adhuc Dominus tenetur ſoluere.*

Edictũ Curiæ Archiepiſcopalis prohibens clericis aſportationem armorum,an liget clericum ea aſportantem extra Diœceſim propè finem ad illius fraudem.

D.E-

Digitized by Google

DECISIO CXXIV.

CLericus Neapolitanus captus fuit cum ar-
mis extra Gryptim Suburbij Plagæ, qui
locus eſt de Diœceſi Ordinarij Puteolorum,&
in confinio Diœceſis Neapolis, quare cum du-
bitaretur an dictus clericus veniret puniendus
pœna edicti Curiæ Archiepiſcopalis,fuit dictũ,
quod ſic, nam huiuſmodi edictum cõtinet cau-
ſam fauorabilem,vt per Clar.in q.36.& Peguer.
in deciſ.55. quo fit, vt ſubintret doctrina Bart.
in l.cunctos populos nu.32. C. de ſumm.Trin.
& fid.cathol.vbi inquit,quod ſtatutum vel con-
1 ſuetudo continens prohibitionem fauorabilem,
comprehendit etiam ſubditum facientẽ actum
extra territorium,quem refert,& ſequitur Phi-
lipp.Dec.in l.fin.nu.31. ff.de iuriſd.omn.iudic.
vbi cæteri Doctores,& late Abb.Panorm.in cõſ.
24.Rodulph.Ciuis nu.1. vol.2.ſequitur Angel.
de Aret.in tract.malefic.in verb.hæc eſt quæ-
dam inquiſitio col.22.verſ.quæro,an in delictis
commiſſis per ſubditum; vbi hanc eſſe dicunt
communem opinionem Auguſt. Ariminenſ. &
Bern.de Lãdriano in Apoſtill.ad d.Angel.cum
præſertim dicta armorum aſportatio, quam fe-
2 cerat præfatus clericus in dicto loco; præſumi
debeat facta ad finem euitandi tantum pœnam
ſtatutam contrafacientibus, quod notoriè de-
mõſtratur ex loci vicinitate,argum.notatorum
per Parid.de Put.in tract.ſyndic.in verb.tortu-
ra, ad iſta facit notabile dictum Franc.Aret. in
conſ.54.in cauſa Magiſtri Blaſij,vbi dicit, quod
ſi ſtatutum diſponit, quod nulla mulier habens
virum poſſit ſe obligare in iudicio, vel extra in
bonis, vel in perſona ſine conſenſu eiuſdem vi-
ri, tunc ſtatutum non ſe extendit ad mulierem
ſe obligãtem extra territorium,argum.l.ſi vnus
§.ante omnia ff.de pact. ſecus tamen ſi appare-
ret in fraudem ſtatuti exiuiſſe territorium, quia
erit nulla obligatio, perinde ac ſi facta eſſet in
Ciuitate,vt dicit Aretin.in d.conſ.54.ante eum
Bart.in d.l.cunctos populos nu.32. & Alex.in
conſ.41. viſis, quæ ſubtiliter col.2. verſ.confir-
mantur vol.5.Cardin.Parit.in conſ.99.num.58.
vol.1.Roland.à Vall.conſ.33.vol.2. voluit etiam
Borgn.Caualc.in deciſ.41.nu.35.vol.1. maximè
cum Salyc. in d.l.cunctos populos dicat; quod
contrahi dicitur in fraudem quando quis con-
trahit extra territorium,& ſtatim reuertitur,vt
3 eſt in caſu,de quo agitur,in quo præſupponitur
quolibet ſero redire ad patriam cum pellibus
4 animalium: ſtatuta enim pœnalia ligant ſubdi-
tos,etiam extra territorium,vt voluerunt Io.de
Amic.in conſ.75.col.4.in fin. & col.5. in princ.
5 vbi dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod qui ex-
traxerit frumentum extra territorium punia-
tur in decem,certum eſt, quod ſi aliquis extra-
xerit frumentum extra territorium tale deli-
ctum conſumatur extra territorium,non intra,
& tamen punitur delinquens per Iudicem loci
ſtatuti, quod non eſſet ſi ſtatutum non ligaret
delinquẽtes extra territorium,vbi allegat Bald.
6 in l.fin.de iuriſd.omn.iudic. & ratione domici-
lij ibidem ſortiatur forum, text. in l.fideicom-
miſſum §.ſed & ſcriptum ff.de iudic.& cap.fin.
de for.compet.& per conſequens omnes ligan-
7 tur ſtatutis Vniuerſitatis; à pari enim procedit,
forum ſortiri, & ſtatutis ligari, gloſ.in cap.quæ
contra morem in verb.Peregrini 8.diſtinct.po-
8 teſtas enim ſtatuendi inter ſubditos non arcta-
tur tantummodo in territorio cap.tuæ, & cap.
fin.de cler.non reſid.vnde ſuſpenſus ab officio,
9 vel excommunicatus vbiq; interdictus, & ex-
communicatus intelligitur l.ex ea ff.de poſtul.
cap.quiſquis 2.q.5.facit etiam, quia conſtitutio
Papæ,vel Imperatoris ligat ſubditos vbicũque,
vt in cap.fin.de for.compet.& l.leges ſacratiſſi-
mæ C.de legib.ergo idem in ſtatutis, Alex.in
10 d.conſ.41.viſis col.3. vol.5. & pœna ſtatuti do-
micilij ligat etiam ſubditum alibi delinquen-
tem, Angel.in l.ſi vacantia col.21. verſ.inciden-
ter quæro C. de bon.vacant.lib.10. Felyn.in
cap.fin. nu.31. extra de for.compet. licet hanc
quæſtionem in contrarium terminet Cardin.
11 Pariſ.in conſ.159.per tot. vol.4. Hinc ſi ſtatu-
tum dicit, quod pro quolibet animali naſcenti
in territorio ſoluat Dominus vnum ſolidum, ſi
animalia prægnantia Dominus portauerit extra
territorium, vt ibi parerent in fraudem ſtatuti,
nihilominus Dominus ſoluere tenebitur, Bart.
in l.cum ſitis nu.13. C.de agricol.& cenſit.lib.
10.argum.l.ex facto la grande,à verſ.rerum aũt
Italicarum vſque ad fin.ff.de hæred.inſtit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſtipulatum per Notarium Apoſto-
licum in Regno,non probat in prophanis nu.8.*
2 *Iuriſdictiones cum ſint diſtinctæ, diſtinctus pari-
ter debet eſſe vſus.*
3 *Iuriſdictiones inter ſe diſſidere non debent, ſed
vna aliam minuare.*
4 *Inſtrumentum ſtipulatum à Notario Apoſtolico
iuxta formam Conſtit. Regni inſtrumentorum
robur, ſi petatur exequi iuxta Ritum Magn.
Cur.Vic.non probat.*
5 *Notarius alterius iuriſdictionis inſtrumenta
conficere nequit.*
6 *Notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra
Prouinciam conſtituentis,niſi de licentia illius
ad cuius iuriſdictionem declinat.*
7 *Sententia lata à Iudice vnius territorij, non po-
teſt exequutioni mandari à Iudice alterius ter-
ritorij.*

Notarius Apoſtolicus, an poſſit ſtipulari inſtrumenta in cauſis prophanis in Regno.

DECISIO CXXV.

IN cauſa falſitatis inſtrumenti confecti per
quendam Notarium Apoſtolicum, fuit etiã
dubitatum ſi potuiſſet in cauſis prophanis ſti-
pulari inſtrumentum in hoc Regno, & diceba-
tur,quod non,per doctrinam Andr.de Iſern.in
1 Conſtit.inſtrumentorum robur,vbi inſtrumen-
tum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum in
Regno non probat in prophanis, ſequitur Co-
uarr.

barr.pract.quæſt. cap.19.in fin. Afflict.in deciſ. 248.nu.3. Boer.in deciſ.242.nu.3. poſt Specul. in tit.de inſtrum.edit. §. reſtat verſ.quid de iis, vbi Notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra iuriſdictionem illius, qui eum creauit, cum iuriſdictionem ab illo recipiat ſecundum Bart.in l.Imperator ff.de manumiſſ.teſtam. & proinde eſſet mittere falcem in meſſem alienam, contra text.in cap. per venerabilem de
2 elect.& cum iuriſdictiones ſint diſtinctę, diſtinctus pariter debet eſſe vſus cap. ſolitæ de maior.& obed.cap.duo ſunt 96.diſtinct. licet inter
3 ſe diſſidere non debeant, ſed vna aliam iuuare cap.Dominus 24.q.2. cap.præcipimus cap.Dominus 90.diſt. & non recedendo à caſu propoſito eandem ſententiam tenuit in proprijs terminis Bart.in l.cunctos populos verſ.7. C. de ſumm. Trinit. & fid.cathol. Bellamer.in deciſ. 21.& in conſ.42.& 43. Gulielm.de Cun.in l.nõ aliter ff. de adopt. idem Bart. in l. nec ei §. eorum ff.eod.tit. Io.Andr. in cap.Romana de for. compet.in ſexto, Ant.de Butr.num.7.verſ.nunquid autem, Panorm.nu.9. Imol.nu.5. verſ.aduerte autem in cap. cum P. tabellio de fid. inſtrum.& idem Butr. in cap. per venerabilem verſ. poteſt tertio intelligi, qui filij ſunt legitimi, & ibi Præpoſ. in §.quod autem, vbi nuncupat hanc communem opinionem, prout communẽ quoque appellat Ruyn.conſ.69.& Boer.
4 citat.deciſ.242.nu.3.per rationem ſupradictam, vnde Ann.in ſingul.246.voluit inſtrumentum ſtipulatum à Notario Apoſtolico ſecundum formam Conſtitut Regni inſtrumentorum robur, ſi petatur exequi iuxta Ritum Magnæ Curiæ, non probare, quia tale inſtrumentum non habet requiſita Ritus, pro qua opinione eſt videndus Capyc. in cap. Imperialem nu. 223. & idem Capyc. in deciſ.201. Rebuff.in tract.de literis obligatorijs art.2.gloſ.1.num.40.Rupell. lib.1.forenſium inſtitutionum cap.7.vbi Nota-
5 rius alterius iuriſdictionis inſtrumenta conficere nequit, Hoſtienſ. in ſumma tit.ne clerici,
6 vel Monachi verſ. nunquid ergo, vbi Notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra Prouinciam conſtituentis, niſi de licentia illius, ad
7 cuius iuriſdictionem declinat, ſicut dicimus de ſententia lata à Iudice vnius territorij, quæ non poteſt executioni mandari à Iudice alterius territorij, vt tradit Angel. in l.properandum §.ſin autem C. de iudic. Innoc.in cap.ſignificaſti de offic. delegat. Auil.in cap.Prætorum Hiſpan. in cap. 20. in fin. & in proprijs terminis Notarij Apoſtolici, facit doctrina Cataualt. ritu
8 166. nu.8. vbi Notarij Apoſtolici in Regno inſtrumẽta circa temporalia facere non poſſunt, & ante eum hoc idem tenuit Luc. de Pen. in l.fin.C.de locat.præd.ciuil.lib.11. q.4. ſequitur Aloyſ.de Leo in l.1.nu.6. C.de nouo Codice faciendo.

Sunt tamen plures, qui contrariam confitẽtur ſententiam, ſcilicet Notarios Apoſtolicos poſſe recipere teſtamenta, & alia inſtrumenta extra territorium conſtituentis, Io.de Imol.in cap.cum P. tabellio de fid.inſtrum. Ant.de Butr.in d.cap.per venerabilem, qui fil.ſint legitim. Bart. & Bened. de Plumb. in l.apud Proconſulem ff.de manumiſſ.vindict. & Bart.in l.2. ff.de offic.Proconſ. Abb.Sicul. in cap. ſic ne clerici, vel monachi, vbi etiam idem tenent Cardin.de Zabar.& Anchar.

Verùm Curia Archiepiſcopalis cenſuit non poſſe, ex eo, quod in priuilegio dicti Notarij non aderat facultas conficiendi inſtrumenta in cauſis prophanis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus eſt pars hæreditatis.*
2 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
3 *Hæreditas non poteſt pro parte adiri, & pro parte repudiari.*
4 *Teſtatoris iudicium eſt indiuiſibile.*
5 *Nemo poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
6 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum iure hæreditario transfertur ad hæredes, non tamen ad illos, qui hæreditatem repudiant.*
7 *Iuſpatronatus transfertur ad hæredem extraneum.*
8 *Iuſpatronatus non defertur ad filium, qui repudiauit hæreditatem.*
9 *Qualitas hæreditaria ſemper eſt neceſſaria ad conſequendum iuſpatronatus.*
10 *In iurepatronatus non conſideratur qualitas ſanguinis, ſed hæreditatis, & nu.12.*
11 *Melioratio eſt quid diſtinctum ab hæreditate.*
13 *Fœmina excluſa à ſucceſſione, cenſetur etiam excluſa à iurepatronatus.*
14 *Iuſpatronatus tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem.*

An quis poſſit hæreditatem repudiare, & iuſpatronatus acceptare.

DECISIO CXXVI.

In vna Auerſana iuriſpatronatus delegata per Sedem Apoſtolicam Reuerendiſſimo D. Vicario, fuit dubitatum ſi potuiſſet de iure hæres inſtitutus repudiare hæreditatem ipſam retento iurepatronatus, & fuit negatiuè reſolu-
1 tum: ius enim patronatus eſt pars hæreditatis, ſecundum Fabr.in deciſ.6. C. de iurepatron. & ſequitur hæreditatem ſicut canis leporem, vt dixit Artam.in deciſ.5.de iudic. Feltrius de iu-
2 repatron.q.16. & facit text.in cap.ex literis huius tituli, vbi iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorũ, & non poteſt ab ipſa ſeparari: ex
3 quo nemini permittitur hæreditatem partim repudiare, & partim acceptare l. neminem ff.
4 de acquir. hæredit. cum teſtatoris iudicium ſit indiuiſibile l. quidam Eulogio C. de iur.delib.
5 & non poteſt quis pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus l. inteſtatus ff. de regul. iur. vnde Frãc.Marc.in deciſ.1137.vol.1. quem ſequitur Curt.Iun.in conſ.5. nu.6. voluit iuſpa-
6 tronatus Eccleſiaſticum iure hereditario transferri ad hæredes, non tamen ad illos, qui hæreditatem repudiãt, pro quo facit gloſ.in cap.cum ſecu-

Digitized by Google

ſeculum cit.tit. vbi iuſpatronatus deſertur ſuc-
7 ceſſione,& ſic transfertur etiam ad hæredem
extraneum,ſecundum Calder.in conſ.1. de iu-
repatronatus, Caſſad. deciſ.1. de iurepatronat.
Franc.Marc.deciſ.1135.vol.1.Rot.diuerſor.de-
ciſ.385.& 482.par.1.de Franch.deciſ.85.Ferret.
conſ.343. nu.1. quaſi quod conſideretur ſolum
hęreditas,& non qualitas coniunctionis,& con-
8 ſequenter, quod non deſeratur ad filium, qui
repudiauit hæreditatem, Feder. de Sen. conſ.
311 incipiens:Quæſtio talis eſt in 5.col.de quo
etiam per gloſ. in cap. filijs, & in cap. conſide-
randum 16.q.7. & per gloſ.in l.ſi operarum ff.
de oper.liber.facit,quod habetur per Bart.in
l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. libert.
9 Qualitas enim hæreditaria ſemper neceſſaria
eſt ad conſequendum iuſpatronatus, vt voluit
Innoc.in cap.1. de iurepatronatus,per text.ex-
preſſum in cap. ſignificauit de teſtibus cap. 1.
de iurepatronatus,Spino in ſpecul.teſtamento-
rum gloſ.4.num.48. vbi etiam ſi alios patronus
filios reliquerit, non ex hoc tranſmittit in eos
iuſpatronatus,niſi ſint hæredes, quia non conſi-
10 deratur qualitas ſanguinis, ſed hæreditatis,
quando in hæreditate ipſa iuſpatronatus conſi-
ſtit,ſic intelligitur text.in cap.filijs, vel nepoti-
bus 16. q 7. cap. conſiderandum eadem cauſa,
& quæſtione, text. in cap.conſtitutum 16.q.1.
communis reſolutio ſecundum Guglielm. Be-
nedict. in cap. Raynutius verb.eodem teſtam.
il primo num.261.de teſtament.Bart.in l.vt iu-
riſiurandi §.ſi liberi nu.4. ff.de oper.libert.ex-
pendit Molin.lib.1.de primogen.hiſpan.cap.8.
nu. 6. Vnde ſi quis reſeruauit iuſpatronatus ſi-
bi,& filijs ſuis,intelligitur de filijs,& hęredibus
tenent plures. quos refert, & ſequitur Couarr.
in cap.Raynutius §.9.nu.12. & lib.2.variar.re-
ſolut. cap.18. nu.7. Bene tamen verum eſt va-
lere ordinationem factam à teſtatore, vel fun-
datore, vt ad hæredes ſanguinis tranſeat ſolum-
modo hoc iuſpatronatus. & non ad extraneos,
vt reſoluit Bald.l.2.num.1. C.de in ius vocand.
Dec.in cap.ſignificatum nu.10.de præbend.Sel-
ua de benefic. 4.par. q.11.nu.15. Pariſ.conſ.48.
nu.6. vol.4. Hinc fit, quod ſi filius ſit meliora-
tus in tertia, & quinta bonorum parte, ſi acce-
ptet meliorationem, & repudiet hæreditatem,
non ſuccedit in iurepatronatus.ea ratione, quia
cum melioratio illa non ſit titulus hæreditatis,
ſed particularis prælegati. non capit illam filius
tanquam hæres, argum. l. ex facto §.vnde ſcio
quæſitum ff. de hæred. inſtit. quem text.expli-
cat Iaſ.in l.ſi quis in fundi vocabulo §.1. ff.de
leg.1. Suarez in l.quoniam in prioribus C.de
11 inoffic.teſtam. 7.q. legis Regni. Maximè,quia
melioratio eſt quid diſtinctum ab hęreditate,
vt explicat Tell.Ferdin.l.21.Tauri nu.11. Mat-
thienz.l.5.tit.6.lib.5. recopilat. ſequitur igitur,
quod iuſpatronatus non pertinebit ad hujuſmo-
12 di filium; ſemper enim, vt ſupra dixi, eſt con-
ſideranda qualitas hæreditatis in ſucceſſione
iuriſpatronatus,quod adeò procedit,quod ſi te-
ſtator in ſuo teſtamento excludat fœminas à
ſucceſſione hæreditatis, & quod ſolum ad ma-
13 ſculos perueniat, ex tali ſucceſſione videtur
fœmina excluſa à ſucceſſione iuriſpatronatus,
quia ſolum tranſmittitur in quem tranſit hæ-
reditas, cui ineſt iuſpatronatus, ſic tenet Inno-
cent.in rubr. de iurepatronat. in fin. & eſt com-
munis,ſecundum Rochum de Curt.de iurepa-
tron. verb.ipſe, vel is q.6. Paul.de Cittadin.eo-
dem tract.9.par.q.1. & Lopez l.8.tit.15. par.1.
gloſ. 4. Ius enim patronatus ſemper conſidera-
tur cum vniuerſitate bonorum, ſecundum Bald.
in rubr. huius tituli, licet requiratur apprehen-
ſio,vt ad hæredes transferatur, Verall.in deciſ.
135.nu.1.& in deciſ.410.lib.2. Calder.conſ.12.
de iurepatronat. idem Verall. deciſ. 211. lib.3.
Franc.Marc.deciſ.145.& in deciſ.1135.vol.1.&
propterea tranſit in fideicommiſſarium vni-
uerſalem, vt notabiliter voluit Guid.Pap. in
deciſ. 507. & idem Franci. Marc. in deciſ.1136.
volumine [illegible]

Non obſtant gloſ. in cap.cōſtitutum in gloſ.
fin. 16.q.1. & cap. conſiderandum 16.q.7. vo-
lentes,quod etiam ſi filius ſe abſtineat ab hære-
ditate patris ſuccedat in hoc iurepatronatus,
quia reſpondetur ex ſupradictis, hoc dictum
eſſe falſiſſimum,& ſic ſumma cum ratione di-
ctas gloſ.reprehendit Cardin.in clem.plures q.
7. de iurepatron.Spino citato loco nu.56. & alij
innumeri,quos refert,& ſequitur Couarr.lib.2.
variar.reſol.cap.18.nu.7.

11 Non obſtat ſecundo, text.in l.filij ff.de iure-
patronatus, vbi ſucceditur in iurepatronatus
iure ſanguinis, & ſic non iure hæreditario, &
conſequenter poteſt quis hæreditatem repu-
diare,& iuſpatronatus retinere: quia reſponde-
tur dictum text. procedere, vbi ſucceditur in
iurepatronatus liberorum, vt explicant Docto-
res in l.eorum ff.ad l.Iuliam Maieſtatis, & in
l.ſi patronos ff. ad trebell. gloſ.in clem. plures
in verb. libore de iurepatronat. Bald. in cap.ſi-
gnificauit de teſtam. quod ſecus in iurepatro-
natus eccleſiaſtico dicendum eſt,ex quo,vt di-
xi, ſequitur ipſum hæredem, vt latè reſoluunt
Doctor.in cap.conſiderandum 16.q.7. Cardin.
in citata clem.2.de iurepatron. Dec.in cōſ.149.
col.1. vol.1. Lopez in d.l.8.hiſpan.tit.15. par.1.
& ſic ſecundum Spinum loco citato,hoc iuſpa-
tronatus eccleſiaſticum non competit filio, vt
filio,ſed vt hæredi.

S V M M A R I V M.

1 *Baptizari bis nemo poteſt.*
2 *Bis baptiſmum ſuſcipiens de iure canonico pec-
cat mortaliter,& fit irregularis, & de iure ci-
uili vltimo ſupplicio punitur.*
3 *Quid debeat facere,qui ſcienter rebaptizatur pro
hæreſi introducenda, & quid ſi pro munditia,
ideſt pro ſalute corporis obtinenda nu.4.*
4 *Clericus baptiſmum iterans vltra ſacrilegium eſt
excommunicatus, & irregularis, & deponen-
dus ab officio, & beneficio,& tāquam indignus
ſacerdotio deponitur nu.6.*
7 *Baptizantes debent animaduertere, in ſciendo ſi
puer ſit baptizatus,vel ne.*
8 *Sacerdos baptizans cum conditione, ſi non es ba-
ptizatus non eſt irregularis.*

9 *Quæ ſit forma, quæ præſcribitur Parocho baptizan-*
di pueros, de quibus dubitatur ſi ſint baptizati.
10 *In dubio quis non præſumitur baptizatus.*
11 *Refertur, quod nam dicatur dubium probabile ad*
effectum, de quo quæritur.

Dubium probabile, quod nam dicatur ad effectum, vt Parochus poſſit baptizare cum clauſula, ſi non es baptizatus, ad ornatum text. in cap. de quibus de baptiſmo.

DECISIO CXXVII.

1 BAptiſmi reiteratio omni iure prohibita eſt,
2 ita quod bis baptiſinum ſuſcipiens de iure
canonico peccat mortaliter, & fit irregularis,
cap. qui bis de conſecrat. diſt. 4. Inſtit. canon. lib.
2. §. illi quoque, & §. quod ſi quis, Couarr. in
clem. ſi furioſus 2. par. in princ. nu. 8. Nauar. in
ſuo manual. cap. 22. & de iure ciuili vltimo ſup-
plicio punitur l. 2. C. ne ſanctum baptiſma rei-
teretur, de quibus loquitur Canon pœnitent.
3 46. dicens: Qui ſcienter rebaptizatur ſeptem
annis pœniteat, & feria 4. & 6. in pane, & aqua
ieiunando tres Quadrageſimas faciat, & hoc ſi
fecit pro hæreſi introducenda, ſi aût pro mun-
4 ditia, ideſt pro ſalute corporis obtinenda tribus
annis pœniteat, cap. qui bis de conſecrat. diſt. 4.
cap. 7. de Apoſtat. Clericus autem baptiſmum
5 iterans vltra ſacrilegij peccatum eſt excommu-
nicatus, & irregularis, & deponendus ab officio,
& beneficio cap. fin. de baptiſm. Inſtit. canonic.
d. §. illi quoque, Abb. in cap. ex tuarum de apo-
6 ſtat. & tanquam indignus ſacerdotio deponitur
l. 1. C. ne ſanct. baptiſm. reiteretur, quare aduer-
7 tere debent baptizantes, nequaquam baptizent
ſine præuia diligenti indagine, ſi ſit baptizatus
puer, vel ne, de quibus eſt videndus canon 46.
SS. Apoſtol. qui ſic inquit: Epiſcopus, aut Preſ-
byter, ſi eum, qui verum baptiſma habet ite-
rum baptizauerit, aut pollutum ab impijs, non
baptizauerit, deponitur, vt qui crucem, & mor-
tem Domini derident, neque diſcernat veros
ſacerdotes à ſacerdotibus impoſtoribus, ſi au-
8 tem puerum ſub conditione iterum baptizet,
non fit irregularis, vt per Viuald. in ſuo aureo
candelabro 3. par. cap. 14. nu. 57.

Dubitationis tamē articulus in Cur. Archie-
piſc. inſurrexit tempore quo felic. recordat. Phi-
lippi II. Regis Catholici, fuit ordinatum, vt om-
nes Mauri expellerentur ab omnibus Hiſpania-
rum Regionibus, quod nam dubium dicatur
probabile ad effectum, vt Parochus poſſit bap-
tizare cum clauſula ſi non es baptizatus, iuxta
diſpoſitionem text. in cap. 2. de baptiſmo, vbi
9 præſcribitur forma à Parocho obſeruanda, vi-
delicèt, ſi non es baptizatus. Ego te baptizo: In
nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, de qua
clauſula latè per Turrecremat. in cap. qui in
maternis de conſecrat. diſt. 4. D. Thom. in 4. ſē-
tent. diſt. 6. q. 1. art. 3. Coſta de remed. ſubſidiar.
cap. 127. nu. 7. cum alijs relatis per Graph. conſ.
9. nu. 17. & ſeq. de pœnit. ſicuti quoque obſer-
uatur in Curia Romana, atque alibi paſſim,
quando probabiliter dubitatur, an quis ſit bap-
10 tizatus, cum in dubio quis non præſumatur
baptizatus, ſed alleganti baptiſmum incumbat
onus probandi, vel per librum Parochi ex Sacr.
Concil. conſtitutione, vel per vnum teſtem
chriſtianum, & fidelem, vt notat Maſcard. de
probat. concluſ. 163. & concluſ. 672. Viu. in de-
ciſ. 479. Nauar. in manual. cap. 22. nu. 59. & Co-
ſta cap. ſuperius citato nu. 8. vnde dubium pro-
babile ad ſupra citatum effectum diximus eſſe
11 ex iudicio Sapientum, vbi de hoc eſſet veriſi-
milis coniectura dubitandi, putà ſi paruulus re-
periretur expoſitus ad ianuam hoſpitalis, vel
inuentus in Nemore, quando natus eſt de re-
centi, & inuentus eſſet abſque ſcriptura, qua
poſſet verificari de eius baptiſmo, D. Thom. in
3. par. cap. 65. q. 1. art. 1. D. Antonin. 3. par. tit.
14 cap. 13. Angel. in verb. baptiſmum nu. 8. Syl-
ueſter in eodem verbo q. 7. ſic etiam Armill. in
nu. 32. Sot. diſt. 3. q. vnic. art. 9. tunc enim debet
talis ſub conditione baptizari, de qua in citato
cap. 2. vt voluit etiam Viuald. de baptiſmo nu.
66. licet Toletus lib. 2. Inſtit. ſacerdotal. quem
refert, & ſequitur Poſſeuin. in ſuo tract. de offi-
cio Curati cap. 6. ex mente Soti d. diſt. 3. art. 9.
in 4. indicet non rebaptizandos iſtos ſic inuen-
tos, ſi appareant habere mēſem, vel viginti dies,
niſi ex colore eſſet vehemens ſuſpitio, natos
eſſe ex Infidelibus, puta Mauris, illos verò ſe-
cundum Poſſeuin. loco citato, qui inter Infide-
les nati ſunt ex parentibus fidelibus, & poſtea
redemptis, aut mortuis parētibus ſunt ſuperſti-
tes, cum poſtea ad nos veniant, niſi manifeſtis
indicijs conſtet eſſe baptizatos, baptizandi ſunt,
ex quo præſumptio eſt non fuiſſe baptizatos.

SVMMARIVM.

1 *Abigei, qui ſint, & vide nu. 6.*
2 *In crimine abigeatus non ſufficit qualibet pecoris*
abductio, ſed requiritur, quod ex animalibus
minutis ſurripiantur decem, ex porcis quatuor
& ex animalibus groſſis, puta bobus vnum.
3 *Abigeus non dicitur, qui oues aberrantes, vel*
equos in ſolitudine relictos abduxerit.
4 *Abigeatus crimen abſque dolo non committitur,*
& ideò abigeus non dicitur, qui pecora de quo-
rum proprietate controuerſiam faciebat, abegit,
dolo tamen omninò ceſſante.
5 *Errans in delictis, in quibus requiritur dolus ex-*
cuſatur.
6 *Abigeus quoque is dicitur, qui ſæpius vnum, aut*
alterum ex pecudibus ſurripit.

Criminis abigeatus pœna, an cadat in eum, qui ſurripuit vnum bouem, & quid ſi bos fuerit errans.

DECISIO CXXVIII.

1 QVi pecora ex paſcuis vel ex armentis ſub-
trahunt, & quodammodo deprehen-

tur.

Digitized by Google

dantur,& abigendi ſtudium, quaſi artem exercent oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes,abigei ſunt l.1.§.1. ff.de abig. Bart. in l.3. ff.eod. Salyc. & Aloyſ.de Leo in l.vnica C.eod.tit. Boniſac.in tract. de furtis §. mobilis nu.23.Gomez variar.reſol.tom.3.cap.5. nu.13. Peguer. in deciſ. Cathal.29. Caball.in reſolut. crimin.caſ.160.non tamen ſufficit ad huiuſmo-
2 di abigeatus crimen incurrendum quęlibet pecoris abductio,ſed requiritur, quod ex ouibus, vel alijs animalibus minutis, puta Capris, Vervecibus,Arietibus,Hircis,Agnis,Hędis,& ſimilibus,ſurripiantur ad minus decem, ex Suibus, ſiuè Porcis quinque, vel quatuor, & ex Equis, vel Bobus,vel alijs maioribus,& vt aiunt, groſſis animalibus, puta Mulis, Aſinis,Tauris, Bubalis, & ſimilibus vnum : nam ſi minorem numerum quis abſtulerit, fur eſt, & non abigeus, vt eſt text.in l.3.ff.de abigeis,voluit Cabal.in d.caſ.160.nu.3.Boniſac.vbi ſupra nu.24.Peguer. in citata deciſ.29.nu.2. & ſic pro veriſſimo fuit habitum in Cur.Archiepiſc. in cauſa cuiuſdam clerici, qui fuerat inquiſitus ſubripuiſſe vnum bouem, licet cum ex meritis proceſſus conſtiterit dictum clericum ſubripuiſſe bouem aberrantem ; fuit reſolutum pœna criminis abigeatus,non eſſe puniendum, per text.expreſſum in d.l.1.§.1.ibi,ſi quis oues aberrātes, vel equos
3 in ſolitudine relictos abduxerit,non eſt abigeus, & voluit etiam Peguer.in d.deciſ.29.nu.3. Cabal.in citato caſ.160. nu.6. Boniſac.de furtis d.
4 §.mobilis num.22. vt etiam dicimus,quod abigeatus ſine dolo, & furādi animo non committitur, & ideò ſi de pecorum proprietate quis contendebat, non dicitur hoc crimen committere, ſed ciuiliter cum eo agendum erit,Cabal. in d.caſ.160.nu.5.poſt Peguer.in d.deciſ.29.nu. 6.quod ita demùm probandum eſt, ſi non color abigeatus quæſitus eſt, ſed verè putauit ſua iuſtis rationibus ductus, prout docet text.in d. l.1.§.fin.ff.de abigeis, & non ſolum hoc eſt verum quando ductus fuit iuſtis rationibus, verùm etiam quādo iniuſtis,credens quoquomodo errore iuris ſua eſſe,dolo tamē omninò ceſſante,ita eſt text.in l.igitur §.2. ff.de liber.cauſ. ibi, & generaliter dicendum eſt quoties quis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis,ſine calliditate tamen putauit ſe liberum, & in libertate moratus eſt,dicendum eſt in ea cauſa eſſe, vt ſine dolo malo in libertate tunc fuerit,& eſt text.in l plagij criminis 2. C.ad l.Flauiam de plagiar.& ibi Bald.dicens errantem in delictis,
5 in quibus requiritur dolus excuſari, ex quibus patet abigeum eum tantum dici, qui doloſè ex gregibus, vel armentis ſubtrahit ex animalibus
6 minutis, vel magnis numerum prædictum, & eum, qui ſæpius vnum, aut alterum pecus ſurripuerit, ſimiliter abigeus eſt, vt dicitur in d.l. 3. §.qui ſæpius ff.de abigeis, Peguer.in d.deciſ. 29. Caball.citato caſu 160.nu.4. poſt Bart.in d.l.3.ff.de abigeis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in ſententia, quam profert in fauorem inquiſiti, poteſt iuſta cauſa ſubſiſtente etiam ex officio condemnare inquiſitum abſolutum ad præſtandam cautionem de non offendendo querelantem offenſum.*

2 *Parti aduerſæ petenti cautionem,eſt etiam impartienda.*

3 *Cautio de non offendendo quid ſit.*

4 *Timor qualis deſideratur ad effectum præſtandi cautionem.*

5 *Superlatiuum,quandoq. ſumitur pro poſitiuo.*

6 *Petens cautionem de non offendendo iuſtam timoris cauſam probare tenetur, qua non probata reijci debet.*

7 *Quæ ſit iuſta cauſa timoris, Iudicis arbitrio relinquitur.*

8 *Iuſtus,& legitimus timor, eſt cauſa finalis præſtandi cautionem.*

9 *Petens cautionem de non offendendo,poteſt etiam petere à Iudice,quod ei impartiatur licentia aſportandi familiam.*

10 *Minor metus requiritur in muliere,quam in maſculo.*

An petenti cautionem de non offendendo ſit ei impartienda, non probata legitima,& vera cauſa timoris.

DECISIO CXXIX.

1 VEra, & indubitata eſt concluſio, quod Iudex in ſententia,quam profert in fauorē inquiſiti,poteſt iuſta cauſa ſubſiſtente etiam ex officio condemnare inquiſitum abſolutum ad præſtandum cautionem de non offendendo querelantem, & ſic in dies in Magna Curia obſeruatur ex deciſ. Bart. in l.illicitas §. ne potentiores ff.de offic. Præſid. congerit alios Felyn.in rubr.de tregua,& pace num.10.verſ.qui timet,Clar.in pract.crim.lib.5. §.fin. q.47. Menoch.in tract.de arbitr.iudic.lib.2. cent.2. caſu 140.Magald.in tract.de ſecurit.& ſaluo conduc. in princ.1.col.verſ.quarta ſpecies,& ex Regnicolis Paris in tractat.de ſyndic. in cap.officialis verſ. ſi ſunt duo, qui ad inuicem, & ex Hiſpan. pleniſſimè Gomez in tit.de iniur.tom.3.cap.6. in vlt.quæſt.nu.16. fol.347.Item vera eſt cōcluſio,
2 quod ſi altera pars requirit reciprocam cautionem,eſt ſimiliter ei danda, ex deciſ.eiuſdem Bart. in l.qui bona §.ſi quis,quia ſibi ff.de damn.infect.in finalibus verbis, quem ſequitur ibi Alex.in princ. & Iaſ.in l.ſi ſuper poſſeſſione col.2.verſ.& ſi tu petis C.de tranſact. Rip.in rubr.ff.de damn.infect.col.3. verſ.quarto dubitatur,Paris in tract.& loco ſupra allegato, verſ. & dixit Bart. Dubitatum tamen fuit in Cur. Archiepiſc.an ſupradicta concluſio procederet vbi in petente dictam cautionem eſſet vanus timor, & conſequenter ex parte eius non eſſet probata legitima cauſa timoris, iuxta terminos text. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Præſid.& ex latè traditis per Bart.in l.1. ff.ad L. Iul. de vi publ. & Herculan. in tract.de cautione de non offendendo q.16.per totam, & dicebatur non eſſe in ſupradicta concluſione com-
3 prehenſum, ex quo cautio de non offendendo

eſt legitimum præſidium, quod iuſtè timenti iniuriam ſibi inſerri, ad ipſius inſtantiam, vel ex officio Præſidis, ne partes ad arma procedant præſtari ſoleat, vt tradit Vulpell. in tractat. de promiſſione de non offendendo q. 73. num. 3. Herculan. eiuſdem nominis tractat. q. 13. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. verb. ſecuritas, quo fit, vt ſi eſſet vanus timor, non debet præſtari ſupradicta cautio, vt in proprijs terminis voluit Auſrer. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 489. Benintend. deciſ. 65. & Viu. deciſ. 341. per text. in l. vani ti-
4 moris ff. de regul. iur. vbi vani timoris nulla eſt excuſatio, & generaliter timorem ad hunc effectum debere eſſe talem, qui in conſtantem virum cadat, ad text. in l. 3. ff. de eo, quod metus cauſa cap. cum dilectus eod. tit. cap. conſultationi de ſponſalib. latè tradit Sarmient. lib. 2. ſelectar. interpetr. cap. 11. nec obſtat text. in citata l. 3. in verb. de homine conſtantiſſimo, quia il-
5 lud ſuperlatiuum pro poſitiuo ponitur, vt tradit Abb. in d. cap. cum dilectus in 2. notab. & alij, quos probat Dec. in l. in omnibus in 1. col. in princ. ff. de regul. iur. & hoc eſſe generale, vt debeat eſſe iuſtus metus ad inducendam excuſationem, voluit text. in cap. fin. de appellat. & tradit Io. Andr. in cap. ſi iuſtus eod. tit. vbi pro iuſto metu intelligit, quod ſit probabilis, & non vanus, quia vt dixi ſupra, vani timoris nulla eſt excuſatio l. metum autem ff. citat. titul. & propterea requiritur metus mortis, vel cruciatus corporis l. continet ff. de eo, quod metus cauſa l. interpoſitas C. de tranſactionibus, Bart. & Angel. in l. ad inuidiam C. eodem, Felyn. in cap. cauſam matrimonij de offic. delegat. & vbi timor non eſt ſufficiens, non inducit cauſam præſtandi dictam cautionē, iuxta latè tradita per Alex. in conſ. 69. vol. 7. ſupradictis accedebat doctrina Maſcard. de probat. concl. 1370. quem refert,
6 & ſequitur Baiard. q. 47. nu. 14. vbi petens cautionem de non offendendo, iuſtam cauſam timoris probare tenetur, qua non probata reijcitur à prædicta petitione, Menoch. de arbitr. iu-
7 dic. caſ. 140. nu. 40. vbi etiam diſputat, quę ſit iuſta cauſa timoris, licet dicat iſtud eſſe Iudicis arbitrio remittendum; hinc eſt, quod licet Iudex debeat prouidere, quod per partes præſtetur reciproca cautio, vt probat de Franch. in deciſ. 359. nihilominus id non procedit quando eſſet vanus timor petentis reciprocam fideiuſſionem, vt in proprijs terminis voluit Gayl in lib. 1. practic. obſeru. cap. 4. Artam. in deciſ. 3. de
8 iudicijs, Addent. ad Bertazz. conſ. 16. ex quibus omnibus patet iuſtum, & legitimum timorem eſſe cauſam finalem præſtandi dictam cautio-
9 nem, in quo caſu etiam poteſt pars petere à Iudice, quod ei licentia impartiatur aſportandi familiam, vt voluit Ann. ſingul. 30. Gomez lib. 3. delictorum cap. 6. in fin. de Franch. deciſ. 311. & 418. & nouiſſimè Addit. ad eūdem in deciſ. 359.

Ex quibus omnibus fuit deciſum in dicta Cur. Archiepiſc. non eſſe præſtandam cautionem petitam ob ſupradictas cauſas.

Non obſtat, quod etiam quis ex leui metu tenetur, vt voluit gloſ. in cap. cum locum de
10 ſponſal. quia loquitur in muliere, in qua minor metus ſufficit, quam in maſculo, ſecundum Innocent. in cap. cum dilectus de eo, quod metus cauſa. per gloſ. in l. 1. C. vnde vi.

Nec obſtat, quod in ſtatu eccleſiaſtico paſſim, & indiſtinctè nulla facta probatione de cauſa timoris partes coguntur ad præſtandum dictam cautionem, vt per Baiard. cit. quæſt. nu. 16. quia reſpondetur ſupradicta procedere data prius cautione per partē, quæ petit cautionem ſibi dari, ſimiliter quando dubitatur de aliquo ſcandalo, quo caſu coguntur ex officio etiam inuitis ambabus partibus, dictam cautionem præſtare.

SVMMARIVM.

1 *Pœna falſi non infligitur illi, qui non fuit in dolo, & vide nu. 5.*
2 *Regulariter in criminalibus quis non punitur corporaliter, niſi dolus interueniat.*
3 *In criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo.*
4 *Statutum, quod homicidium committens puniatur pœna mortis, intelligitur ſi homicidium cum dolo fuerit patratum.*
6 *In crimine falſi non ſufficit dolus præſumptus, ſed requiritur verus.*
7 *Falſi coniectura euitari poteſt, quando adeſt veritatis primordium.*
8 *Fatuus æquiparatus furioſo.*
9 *Ignorantia excuſat à delicto.*
10 *Ignorans mitius punitur.*

Fatuitas, an excuſet à pœna falſi.

DECISIO CXXX.

PRo excuſatione cuiuſdam teſtis, qui depoſuerat falſum, adducebatur ipſum eſſe fatuum, & adeò ignarum, vt quicquid ſibi dicebatur crederet, quare fuit dubitatum, an ex ſupradictis cauſis veniret à pœna falſi excuſādus, & fuit reſolutum affirmatiuè, ex quo pœna falſi
1 non infligitur illi, qui non fuit in dolo, ita in proprijs terminis voluit Natt. in conſ. 392. Cæpoll. conſ. 121. poſt Alex. in conſ. 700. vol. 7. falſitas enim ſine dolo committi non poteſt, vt eſt communis opinio ſecundum Soccin. in conſil. 59. nu. 83. vol. 2. & Clar. in §. falſum nu. 83. &
2 regulariter in pœnis criminalibus nunquam poteſt quis puniri corporaliter niſi dolus interueniat, ita tenet Bart. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. de teſtibus, & eſt communis ſententia Doctor. vt dicit Cæpoll. conſ. crim. 33. vol. 2. verſ. quod ſic pro-
3 batur, neque ſufficeret lata culpa, ex quo in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo, & hanc opinionem dicit eſſe communem Iaſ. in l. in actionib. nu. 23. & 26. ff. de in lit. iur. quem ſequitur Blanch. in pract. crim. fol. 56. nu. 137. & ſeq. Bermon. loquendo in crimine adulterij in tract. de concub. fol. 158. nu. 71. Diaz regul. 540. vbi ponit hanc cōcluſionem pro regula, Claud. Seyſel. in l. 1. nu. 35. ff. de legib. & loquendo de pęna mortis, vel mutilationis membri imponēda, idē atteſtatur Cagnol. in l. contractus nu. 10. ff. de

ff.de reg.iur.quem refert Villalob.in ſua colle-
cta commun.opin. in lit.L. nu.6. ſed certè hoc
locum habet non modo ſi agatur de imponen-
da pœna mortis, vel mutilationis membri, ve-
rùm etiam ſi agatur de imponenda quacunque
alia pœna corporali, ſecundum gloſ. quæ ſim-
pliciter loquitur in d.l.in actionibus in verb.nó
etiam ob culpam, quam Doctores ſequuntur,
Marſil.conſ.77. nu.40. & ex hac concluſione
4 infertur, quod ſi ſtatutum diſponat, quod homi-
cida ſit decapitandus, debet intelligi dummodo
homicidium ſit commiſſum dolo, non autem
culpa, & eſt communis opinio, vt dicit Iaſ.in
d.l.1.nu.7.ff.de legib.& in d.l.in actionibus nu.
26. quem refert Viu. in lib.commun.opin. fol.
239.verſ.ſtatutum diſponés, Dec.in d.l.in actio-
nibus nu.20.quem refert Plot.in repet.l.ſi quá-
do nu.765.C.vnde vi, Curt.Iun.in l.fin. ff.quod
quiſq.iur. Menchac.controu.illuſtr.cap.96. nu.
32.& hoc receptiſſimum eſſe atteſtatur Alciat.
in l.magna negligentia ff.de verb.ſignif. & non
recedendo à veris terminis criminis falſi, ad-
ducebatur Crauett.conſ.46.nu.1. Roland.conſ.
38.nu.45.vol.1.Berous conſ.78.nu.16. Bertazz.
5 conſ.8.num.58.cum ſeq.quibus in locis optimè
probatur, neminem de falſo poſſe puniri, niſi
adſit dolus, & conſequenter vera ſciétia rei ge-
ſtæ, vnde Menoch.de arbitr.iudic. caſu 308. &
309.voluit teſtem pręſumendum eſſe ſcienter,
non ignoráter depoſuiſſe, quo fit, vt in hoc cri-
6 mine non ſufficiat dolus pręſumptus ſed requi-
ratur dolus verus l.nec ſemel C.de falſ.Rimin.
Iun.conſ.145.nu.21.Gabr.conſ 169.nu.16.item
dicebatur ſupradictum inquiſitum eſſe à pęna
falſi excuſandum, ex eo, quod tenebatur crede-
re Parocho id ſibi aſſerenti. argum.eorum, quæ
dixit gloſ.in l.ſi Titius ff. de act.vendit. vnde
excuſatur quando illud, quod dicitur adiuuatur
primordio veritatis l. cum filius §. hæres meus
ff.de leg.2.Foller.in pract.crim.fol. 183. nu.85.
Gramm.conſ.30.in fin.& in vot.26.nu.12.Cra-
uett.conſ.46.nu.8.Corn.conſ.26.nu.15. Alciat.
conſ.461.nu.6 Menoch.conſ.121.nu.18. & in
tract.de præſumptionib.lib.5. præſumpt.20.nu.
7 53.vbi dicit, quod falſi cõiectura euitari poteſt,
quádo adeſt veritatis primordium. ad quod vi-
de etiam Marſil. ſingul. 35. Item dicebatur di-
ctum teſtem vti furioſum eſſe à dicta pœna
excuſandum, ex quo de iure fatuus ęquiparatur
8 furioſo, vt annuerunt Roland.in tit.de teſtam.
rubr.2.nu.12.gloſ.in §.præterea in verb.furioſi,
Inſtitut.quibus non eſt permiſſum facere teſta-
mentum. iuncta gloſ.in l.fatua ff. de poſtuland.
vbi fatuus dicitur mente captus, quod maximè
procedere dicit Dec.in l.furioſus C.qui teſtam.
fac.poſſ nu.11.ſi eſſet ei datus curator, ſequitur
Boer.deciſ.25.num.79. Theſaur.deciſ.92. vnde
cum fuerit perſona ita facilis ad credendum, &
id, quod depoſuerat ignorabat, cõſequenter non
venit aliqua pœna plectendus ex fundatiſſimis
9 iuris regulis, ignorantiam excuſare à delicto,
Blanc. in ſua pract.crim. cap.de ignorantia fol.
91.Gabr.de reg.iur.concl.6.Tiraqu.in tract.de
10 pœn. temper. vbi vult, quod ignorans mitius
punitur, quod factum ignorantiæ probabile
non poteſt puniri, nec Princeps facere poteſt,
vt puniatur, in quibus omnibus iuncta etiam
minori ætate dicti inquiſiti, fuit dictum, vt exu-
let à Ciuitate, & Diœceſi per annum, & hoc
in cauſa inquiſitionis cuiuſdam Parochi.

SVMMARIVM.

1 *In proceſſionibus illi Religioſi præcedunt, qui ſunt in loco antiquiores.*
2 *Dignior quis dicitur ratione antiqui originis.*
3 *Prior tempore potior eſt in iure.*
4 *Antiquiora ſunt digniora, & vide nu.6.*
5 *Anterior origo eſt inſpicienda.*
7 *Nobilitas eo perfectior, quo antiquior.*
8 *Dignitas antiquior eſt nobilior.*
9 *Antiquior præferendus eſt.*
10 *Collegij conuocatio deficiente Rectore, fit ab antiquiore Collegij.*
11 *Antiquior ſubrogatur in locum decedentis.*
12 *Antiquior in Prælatura debet præferri.*
13 *Antiquitati ſemper defertur.*
14 *Primogenitus ex cauſa antiquioris ætatis præfertur, & prærogatiuis fruitur.*
15 *Antiquior debet primo loqui tanquam dignior.*
16 *Clerici, & Doctores antiquiores debent primam vocem habere, & locum in ſedendo.*
17 *Quorum prior eſt inſtitutio, illi debent præcedere.*
18 *Illa Religio debet præcedere in proceſſionibus, cuius regula fuit approbata.*
19 *Religioſi dum veniunt ad Synodum, debent ſedere ſecundum eorum antiquitatem.*

In proceſſionibus Religioſorum, illi debent præcedere, qui ſunt antiquiores in loco.

DECISIO CXXXI.

1 PLuries Cur.Archiepiſc.reſoluit, quod in
proceſſionibus illi debeant præcedere, qui
antiquiores fuerint in loco controuerſiæ, iuxta
2 bullam fel.record. Gregor. XIII. dignior enim
quis dicitur ad húc effectum præcedendi ratio-
ne antiquioris originis, ſecundum doctr.gloſ.in
cap.1.diſt.1.Rimin.in rubr ff.de offic.eius, cui
mandata eſt iuriſdictio nu.38. cum ſeq. Felyn.
in rubr.de maior.& obed.col.3.nu.6.quæ in re-
ligionibus maximopere eſt attédenda, qui prior
3 enim eſt tépore, potior eſt in iure cap. antiqua
de priuil.l.qui prior ff.de iudic.l.fin..C. qui po-
tior.in pignor.habeant. cap.qui prior de regul.
iur.in ſexto §.ſingulorum inſtit.de rer.diuiſ.qd
4 enim antiquius eſt id dignius eſſe, dicit text. in
cap.quanto de tranſlat. prælat. cap.anteriorum
§.illud 11.q.6. l.in teſtamento C.de teſtam. fa-
cit text.in l.fin.C.de Tyronib.lib.12. & text.in
auth.de Monach.§.ordinationem, & §. quibus,
ex quo Bald.ibi inquit, quod prius tépore prius
dicitur inſinuationis ordine, Felyn. in citata
rubr.de maior. & obedient. colum.3. nu.5. di-
5 cens, quod inſpicitur anterior origo, per gloſ.
in cap.quorundam in verb. Prædicatorum de
elect.in ſexto, ſequitur latè Cæpoll. in ſuo tra-

ctat. de Imper. milit. dilig.nu.3. vbi antiquiſſi-
mum eſſe honorabiliſſimum, & pluribus præ-
6 rogatiuis antiquitatem pollere, & antiquiorem
eſſe digniorem, ex pluribus ipſe comprobat,
Tiraqu.de retract.lignag.§.3.gloſ.1.,nu.192. &
196. & ideò nobilitatis ſplendor perfectior eſt,
7 quo antiquior, vt probat text.in l.2. §.quæ om-
nia, ibi vir ab antiqua ſtirpe C.de veter.iur.enu-
cl. l.1. ibi: Nobiles regionibus ſerie ſeculorum
antiquiſſima ff.de cenſib.l.2.ibi: Natales antiqui
8 C. de iur.aureor.anulor. & hinc quo antiquior
dignitas eius nobilitas apparet l. 1. §. quibus C.
de nouo Codice faciendo l.1. C. de conſul.lib.
12. l.tàm dementis cum auth.ſeq. C. de Epiſc.
audient.l.1.ff.de albo ſcribendo l.2.C.vt dignit.
ord.ſeru.gloſ.& Doctor.in l.cum quid ff.ſi cert.
9 pet.& antiquior eſt præferendus, iuxta ea, quæ
notantur in l.cæterum §.fin. ff. famil.herciſc.l.
fin.ff.de fid.inſtrum.l.cum pater §.pater pluri-
bus ff.de leg.Innoc.in cap.1. de maior.& obéd.
10 dicens, quod ſi Collegij Rector aberit, Collegij
conuocatio ad antiquiorem de Collegio perti-
nebit, vt etiã videtur aſſentire text.in cap.Epi-
ſcopi 24.diſt.cap.Epiſcoporum 74.diſt. vbi no-
11 tatur antiquiorem ſubrogari in locum dece-
dentis, quoad locum, vel dignitatem, & anti-
12 quior in Prælatura eſt præferendus cap.ſtatui-
mus diſt. 61. & ſemper antiquitati defertur l.ſi
13 chorus §.1.ff.de legat.3.cap.de quibus 20.diſt.
14 & hinc, nec ob aliam cauſam quam antiquio-
ris ętatis primogenitus potiorem locum habet,
vt tradit gloſ. in cap. quã periculoſum in verb.
primatus 7.q.1. Tiraqu.de iur.primog.in præ-
fat.nu.115.cum ſeq. Staphil.de prærogat.expe-
ctatiuarum,& de intelligentia regul.prærog. §.
videndum n.40.Laudenſ.in tract.de primogen.
15 in princ. & propterea antiquior debet primo
loqui, tanquam dignior per ea, quæ dicit text.
in l.ſi quis ex argentarijs §.1. ff. de edend. cap.
tua diſt.1.cap.ſtatuimus, vbi gloſ.61.diſt.l.1. §.
in ſententijs ff.de alb.ſcrib.l.2. ibi, decernendi,
loquendi facultas antiquior C.de Præfect.Præ-
tor.pro quo etiam cõfert doctrina Bald.in cap.
cum olim de conſuetud.num.1.vbi ſcribit anti-
16 quiores clericos, & Doctores debere habere
primum locum,& vocem,& deinde cæteri per
ordinem, vt etiam voluit gloſ. in cap.placuit in
verb.præponimus 16.diſt.cap.in Canonicis 19.
diſt. & ſequitur Afflict. in deciſ.1,nu.8. vnde
Dec.in cap.auaritiæ col.1.in fin.de præbẽd.me-
ritò dixit, quod Monachi Canonicis Regulari-
bus præſtant, quia antiquius Monachorum in-
17 ſtitutum eſt, quæ tamen doctrina Decij hodie
non procedit: nam Canonici Regulares Mona-
chos præcedunt, prout ex Bulla Pij IV. relata
à Nauar.comm.4.de Regular.nu.5.Præterea
ad hoc facit, quia quorũm eſt inſtitutio,& ordi-
natio prior, debet prior eſſe prælatio cap.Do-
minus 93.diſt.cap.1.de maior.& obed. cap.pla-
cuit,& cap.verum 18.diſt.Franc.Marc.in deciſ.
803. & ideò antiquior Religio præfertur alijs
eiuſdem conditionis d.cap. quorundam, Gãma
in deciſ.1.nu.57. Vrſill.in deciſ.1. nu. 15. & 16.
18 Nonius in conſ.71.nũ.35. vbi inquit illos Reli-
gioſos debere præcedere in proceſſionibus, &
alijs actibus, quorũ regula fuit prius approbatà
clem.1.de relig.domib.cap.cum ex eo de ſent.
19 excomm. & valde etiam confert, quod Reli-
gioſi in caſibus in quibus veniunt ad Synodum
ſedere debeant ſecũdum eorum antiquitatem,
Felyn.in cap.cum dilecta nu.5.de reſcript. cap.
accedentes de præſcript. Alex. Gemin.& Car-
din. in cap. Epiſcopos 17.diſt. vnde meritò, &
de iure deſcendit noſtra deciſio, vt in proceſ-
ſionibus Religioſorum illi debeant præcedere,
qui ſunt antiquiores in loco; ſed quia Sacra
Congregatio in anno 1593.fertur declaraſſe in
huiuſmodi præcedentijs ſeruandũ eſſe id, quod
in Vrbe ſeruatur, vt refert Quaranta verb.pre-
cedentia, & de mandato Domini Papæ fuiſſe
reuocatam dictam Bullam: propterea multæ
exortæ fuerunt controuerſiæ inter Regulares,
nouiſſimè autem die 4.Aprilis 1615.eadem Sa-
cr.Cõgreg.de ordine S.D.N.Papæ in vna Agri-
gentina mandauit ſeruari dictam Bullam Gre-
gor. XIII. prout ex originali ſubſcripto ab Illu-
ſtr. D.Cardin.Gallo, cuius copia authentica
ſeruatur in Cur.Archiepiſc.latius conſtat.

SVMMARIVM.

1 *In materia præcedentiarum, is qui poſſidet tem-*
pore litis motæ præcedat.
2 *In præcedentijs vltimus ſtatus attenditur.*
3 *Non debet quis adminiſtratione priuari, niſi cum*
cauſæ cognitione.
4 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel alius admi-*
niſtrator Hoſpitalis, non poteſt adminiſtratione
priuari, niſi eo citato, & iuris ordine ſeruato.
5 *Poſſeſſor ſpoliatus lite pendente poteſt petere re-*
ſtitutionem in integrum.
6 *Miſſio in poſſeſſionem contra poſſidentem de fa-*
cto facta, non valet abſque citatione.
7 *Rex, vel Cardinalis, ſi aliquid facit iure ſuperiori-*
tatis, inferior non amittit ſui iuris, niſi poſſeſ-
ſionem, quia non eſt actus derogatiuus, ſed præ-
rogatiuus cuiuſdam ſuperioritatis, aut potio-
ritatis.
8 *Manus Regia appoſita rei contentioſæ, non pri-*
uat aliquem poſſeſſione.
9 *Id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis au-*
ferri non poteſt.
10 *Poſſeſſor prima facie iniuſtus non debet ſua poſ-*
ſeſſione priuari, ſine cauſæ cognitione.
11 *Quis defendi debet in poſſeſſione ſua, donec alius*
doceat de iure ſuo.
12 *Fiſcus non poteſt lite pẽdente priuatum, cum quo*
contendit, re ipſa, de qua tractatur priuare.

In controuerſijs pręcedentiarum lite pendente, manuteneri debet qui tempore litis motæ reperitur poſſidere.

DECISIO CXXXII.

IN controuerſijs præcedentiarum vertenti-
bus in Cur. Archiepiſc. ſolet interponi de-
1 cretum, quod pendente lite nihil innouetur, &
conſequenter, quod is præcedat, qui tempore
litis

Digitized by Google

litis motæ poſſidet, quæ deciſio habet funda-
mentum ex cap. cum Eccleſia Sutrina de cau-
ſa poſſeſſion.& propriet. & ex latè traditis per
2 Ann.in allegat.131.vbi in præcedentijs vltimus
ſtatus attenditur, ſicut in terminis adminiſtra-
3 tionis, quod non debeat quis adminiſtratione
priuari,niſi cum cauſæ cognitione, probatur in
cap.qualiter, & quando il ſecondo in fin. cap.
pen. & fin. de accuſat. tradit Ferrett.conſ.184.
4 nu.7.dicens, quod Capitulum Eccleſiæ Cathe-
dralis, vel alius adminiſtrator Hoſpitalis non
poteſt à pacifica poſſeſſione adminiſtrationis
amoueri,niſi eo citato, & iuris ordine ſeruato,
& cap. licet Epiſcopus, vbi Doctores cap.in li-
teris de reſtit.ſpol.Lapus alleg.103. Achill.de
Graſſis deciſ.Rotæ 32. de appell.nu.4.alias poſ-
5 ſeſſor petere poteſt reſtitutionem in integrum
Biſign. deciſ.3. de reſtit.ſpol. Roman.conſ.69.
6 nu.12. dicens, quod non valet miſſio in poſſeſ-
ſionem facta, etiam contra poſſidentem de fa-
cto. ſi non fuit citatus l. ſi deſerta C. ſi propter
publ.penſit.iuncto cap.in literis de reſtit.ſpol.
& agere poteſt interdicto retinendæ, vt in ter-
minis probat Ruyn.conſ.128. nu.3. cum ſeqq.
lib.5.& facit doctrina Bald.nu.3.in cap.dilectus
per text.ibi de offic.deleg.dicẽtis,quod ſi Rex,
7 vel Cardinalis aliquid facit iure ſuperioritatis,
inferior non amittit ſui iuris niſi poſſeſſionem,
quia non eſt actus derogatiuus, ſed prærroga-
tiuus cuiuſdam ſuperioritatis, aut potioritatis,
voluit Cyn.in l.vnica nu.2.C.de prohib.ſeque-
ſtr.pecun.dicens manum regiam ſua poſſeſſio-
ne aliquem non priuare: eſto, quod eum de fa-
8 cto priuet, cuius etiam fuit ſententiæ Boich in
cap. examinata de iudic. vbi dicit, quod manus
regia appoſita rei contentioſæ non priuat ali-
quem poſſeſſione, tenet Felyn. in cap.illud de
præſcript.Gomez in regul.de annal.q.46. circa
fin.Chaſſan.conſ.45.nu.5. Selu.de beneſ. 2.par.
q.9. Rebuff.tom.3. ad l.Gall. tract.de ſequeſtr.
art.1.gloſ.1.nu.19.vbi aſſerit hoc firmum eſſe
in forenſi iudicio,& inter pragmaticos, quia
9 id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis
auferri non poteſt l.id quod ff. de regul. iur. &
quia manus Regia, quæ ad cõmodum partium
apponi ſolet, in eorum detrimentum non de-
bet tendere l.quod fauore ff.de legib.& ad hoc
facit optimus text.in l.creditores ff.ad l.Iul. de
vi priuat. ibi optimum eſt, vt ſi quas te putas
habere petitiones actionibus experiaris, inte-
rim ille in poſſeſſione morari debet,tu petitor
eſſe.Bald.in l.defenſionis facultas in princ.C.de
iur.fiſc. lib.10. nemini enim eſt auferenda poſ-
ſeſſio cap.1. vt lit.pend.cap.1. de ſequeſtr.poſ-
ſeſſ.q.1.nu.17.l.pen.ff.de aqu. quotid. & æſtiu.
l.Titia ff. de ſolut. de Amat.deciſ.Marchiæ 30.
nu.3.de Claper cauſ.fiſc.32.q.vnic.nu.6.Rebuf.
in cap.1.notab.7.de cauſ.poſſeſſ.& propr. & in
d.cap.cum Eccleſia Sutrina concl.3. dicens nõ
debere quem ſua poſſeſſione priuari,niſi fuerit
vocatus, etiam ſi nullum ius haberet, vel eſſet
violentus poſſeſſor l. meminerit C. vnde vi l.
fur C. ſi per vim, vel alio modo l. ſi pacto quo
penam C.de pact.ibi, more iudiciorum exiget:
nam bona aduerſarij tui in te transferri citra
ſolemnem ordinem fruſtra deprecaris cap.licet
de præbẽd.in ſexto ibi, cum tibi forſan ius poſ-
ſit competere retinendi, latè Ruyn. conſ. 128.
per tot.lib.5.Mandell.conſ.67.num.11. Ferrett.
10 conſ.339.num.7.tom.2.dicens, quod poſſeſſor
prima facie iniuſtus, non debet ſua poſſeſſione
priuari ſine cauſæ cognitione, etiam ſi fiat per
imperiale reſcriptum, vt ſunt iura clara cap.cõ-
querente de reſtit. ſpol. vbi notat Abb. & in
cap.cum cauſa, vbi idem Abb.& Felyn. de oſ-
fic.deleg.Franc.in d.cap.licet notab.3.& 4.Ale-
xand.conſ.209.nu.12.lib.2. Afflict.deciſ.167.nu.
2.Guttier.conſ.10.nu.15.Burg.de Paz conſ.25.
nu.4.Verall.in deciſ.121.par.1. & ex l.extat ff.
de eo, quod met.cauſ. l.ſi quis in tantam C.vn-
de vi l.fin. C.ſi per vim, vel alio modo cap.fin.
vt lit.pend. l.2. reſponſ.1. C. vt nemo priuatus
l.1.§.qui à me ff.de vi,& vi armat. Roman.ſin-
gul.773.incip.poſſeſſio, Fulgoſ.conſ.2.in fine,
Dec.conſ.400.nu.6. Caſſad.deciſ.4.de ſequeſtr.
poſſeſſ.Mandoſ.regul.16.Cancellar.q.22. nu.4.
& 5.Barbat.inter conſil.Alexand. conſ.123.col.
pen.in princ.lib.4. Ruyn.conſ.17.num.4. lib.5.
Aſin.in ſua prax.§.7.cap.5.nu.2.Valaſc.conſult.
191.nu.3.& 4. ex quo Burg.de Paz conſ.25. nu.
6.reſoluit,quod poſſeſſio alicui ablata per Prin-
cipem ſine ordine iudiciario, non acquiritur
Principi, qui non poteſt alium in ſua poſſeſſio-
ne turbare,niſi prius doceat de iure ſuo,argum.
eorum, quæ notantur in d.cap.cum Eccleſia
Sutrina de cauſ.poſſeſſ. & propr. cap. ad deci-
mas de reſtit.ſpol. in ſexto, reſoluit Zaſ. conſ.
11 16.nu.16.lib.2.Guid.Pap.conſ.92.nu.3. & hoc
generale eſt, quod quis defendi debeat in poſ-
ſeſſione ſua, donec alius doceat de ſuo iure,
Bald.conſ.442. Vldaric.Zaſ.conſ.7.nu.62. lib.2.
allegans cap.in primis 2.q.1. cap.appellatum 2.
q.6. cap.præſentium 7. q.1. eſſet enim petere
executionem ante ſententiam, quæ nimia pro-
peratio reprobatur in l.1. C. de execut. rei iu-
dic.Berou.q.57.nu.2.l.defenſionis facultas C.de
12 iur. fiſc. lib. 10. Imò nec fiſcus poteſt lite pen-
dente priuatum,cum quo contendit, re ipſa,de
qua tractatur priuare, optima gloſ.in l.res quæ
ff.de iur.fiſc.l.vlt.C.eod.tit.l.litibus C.de agri-
col.& cenſit.vbi Bart.Guid.Pap.deciſ.366.text.
in cap.1. ſi de inueſtit. inter Domin. & vaſſall.
oriat.cum alijs,quos adducit Couarr. lib.1. va-
riar.reſolut.cap.16.nu.6.verſ.2.

SVMMARIVM.

1 *Morum honeſtas neceſſaria eſt in diſtribuendis beneficijs.*
2 *Infamibus portæ dignitatum patere non debent.*
3 *Infamia impedit, quem conſequi beneficia.*
4 *Infamis tàm de iure, quàm de facto repellitur à promotione.*
5 *Accuſatus, pendente accuſatione promoueri non debet.*
6 *Collatio beneficij facta infami, eſt ipſo iure nulla, & nu.8.*
7 *Collatio beneficij facta aleatori non valet.*
9 *Periurus, ob non ſeruatam fidem eſt infamis, & inhabilis ad beneficia.*

10 Be-

10 *Beneficia non ſunt conferenda, niſi ei, qui ſcientia,& moribus commendandus exiſtit.*
11 *Clericus ſodomitatus efficitur infamis.*

Clericus ſodomitatus, an poſſit præſentari ad beneficium iuriſpatronatus.

DECISIO CXXXIII.

1 VLtra clericatum,legitimitatem,ætatem, &
ſcientiam, vitæ quoque, & morum hone-
ſtas in promouendo ad beneficium neceſſaria
eſt cap. cum in cunctis de elect. cap.graue ni-
mis de præbend.clem.1.de ætat.& qual.& Cō-
cil.Trident.ſeſſ.24.cap.12. de reformat. vnde
oportet promouendum, cuius opinio in nullo
vacillare debet cap.laici 33.diſt. nulla nota, vel
infamia verſum eſſe cap.fin.de furtis, Abb.in
cap.ſuper eo de elect.Corraſ.de benefic.5.par.
2 cap.6.nu.8.nam notatis, & infamibus portæ di-
gnitatum patere non debent l.vnic. C.de infa-
mibus lib.10. & l. 3. C. de dignit. lib. 12. cap.
inter dilectos de exceſſ. prælat. & reg. infami-
bus de regul. iur. lib. 6. Molin. de hiſpan. pri-
3 mog.lib.1.cap.13. nu.7. Et ſemper infamia im-
pedit habere beneficium, Duaren. de benefic.
lib.4.cap.1. Petr.Gregor.cap.37.nu.9. & quili-
4 bet infamis tàm de iure, quàm de facto repel-
litur à promotione, Candelab.aur.in append.
tract.ſeu cap.10.nu.3.& ideò accuſatus,ſeu de-
5 nunciatus de aliquo crimine interim pendente
accuſatione, ſeu denunciatione promoueri non
debet l. reus ff. de muneribus l. reum criminis
C. de Procurator. l. vnic. C. de reis poſtul.lib.
10. cap.fin.de teſtibus cap.omnipotens de accu-
ſat.& ibi Doctor.Abb.Anan.Felyn.& alij, Ro-
man.ſingul.438. Selua de benefic.3.par.q.5.nu.
31.Corraſ.d.cap.6.nu.9.& 10. Duaren.d.cap.1.
Pet.de Baiſio in direct.elect.cap.23. par.2. Na-
uarr.conſ.6.& 7.de accuſat.Zerola in praxi epi-
ſcopal. 2.par. verb.concurſus §.1. & verb.ordo
§.1. Rodriq.in quæſt.regul.1.tom.cap.105. nu.
6.volens ſupradicta procedere quando perſona
eſſet infamata apud bonos, & graues homines,
alias accuſatio non impediret promotionem,
6 & adeò infamis eſt inhabilis, & à iure exoſus,
quod collatio beneficij facta infami eſt ipſo iu-
re nulla.Abb.in cap querelam nu.3.& in d.cap.
ſuper eo de elect.nu.5.vbi ait, quod collatio fa-
cta notoriè infami, infamia etiam facti non te-
net, & in d.cap.inter dilectos de exceſſ.prælat.
7 nu.6.vbi ait, quod collatio facta clerico aleato-
ri eſt nulla,ſi de hoc conſtabat, tanquam facta
vili,& indigno,& ſi non conſtabat,quia erat oc-
cultus debet irritari,ſequitur Rot.Pampilonenſ.
Parochialis coram Sanctiſs. Clement.VIII. 21.
Maij 1574.quæ habetur in 1.par.diuerſor.deciſ.
426.nu.2. vbi dicitur, quod clericus aleator in-
dignus eſt,cui beneficium conferri debeat,& ſi
eſt publicus eſt ipſo iure nulla collatio,ſi occul-
tus irritanda non eſt, nec ratione conſuetudinis
eſt excuſandus,ex d.cap.inter dilectos,& refert
Pariſ.de reſignat.benefic.lib.4.q.3. ad fin. Ean-
dem ſententiam tenet Selua 2.par.q.2. & q 5.
nu.31.Lambert.de iurepatron.q.9.art.16.nu.3.
& 10.nu.5.& 15.nu.6. Caputaq.deciſ.219.nu.4.
par.3.Pariſ.d.q.3.à nu.2. Syluest.in ver.infamia
nu.15.& Armill.nu.4.& in fin.& Zechus de be-
nefic.& penſion.cap.3. verſ.ſecundo ſi collatio,
& Auila in tract. de cenſur. in diſput.4. dub.7.
qui ait collationem beneficij factam infami, in-
8 famia facti,vel iuris eſſe nullam, & Suar.de re-
lig.2.tom. tract.5.lib.3.cap.vlt.nu.4. 5. & 17. &
videtur tenere Pariſ.in conſ.88.nu.5.& 6. Cor-
raſ.de benefic.cap.6.nu.11. ibi: Obtinendorum
beneficiorum incapaces,& Couarr.variar.reſo-
lut.cap.8. nu.4.lib.2. quatenus ait,infamem in-
famia facti eſſe inhabilem ad obtinenda benefi-
cia eccleſiaſtica,& Rota apud Achill.de Graſſ.
9 deciſ.201.ſeu prima de iurepatron. vbi dicitur
periurum,nō obſeruatam fidem eſſe infamem,
& ideò inhabilem ad beneficia, quæ ſententia
confirmatur ex cap. cum in cūctis de elect.vo-
10 lenti beneficia non eſſe conferenda, niſi ei,qui
ſcientia,& moribus commēdabilis exiſtat, qua-
lis non eſt infamis, vnde cum quidam clericus
11 ſodomitatus contraxerit infamiam per dictum
crimen l.cū vir C.de adulter.cap.clerici de ex-
ceſſ.prælat.meritò cenſetur irregularis,& con-
ſequenter inhabilis ad obtinenda beneficia,
Specul.de diſpenſ.§.iuxta nu.18. Nauarr.in ſuo
manual.cap.27. nu.204. & hodiè ex conſtit.70.
Pij V. omnes clerici tàm dirum nefas exercen-
tes, priuilegio clericali, omniq; officio,dignita-
te,& beneficio eccleſiaſtico, præſentis Canonis
authoritate priuantur, ita quod per Iudicem
Eccleſiaſticum degradati, Iudici ſeculari tra-
dantur,& ſic ipſo iure priuantur beneficijs, of-
ficiorumq; executione, & ſunt ipſo iure depo-
ſiti,& in effectu irregulares, Nauarr.d.cap.27.
nu.249.& ex his fuit deciſum in Cur.Archiepi-
ſcop. dictum clericum ſodomitatum eſſe inca-
pacem à collatione beneficij, & propterea fuit
excluſus à quodam beneficio iuriſpatronatus,
ad quod fuerat præſentatus.

SVMMARIVM.

1 *Annui redditus habentur loco immobilium.*
2 *In alienatione annuorum redditum requiritur ſolemnitas extrauag.ambitioſæ, & vide nu.3.*
4 *Quando contractus non eſt reſciſſus,in minuendis annuis redditibus requiritur Pontificis aſſenſus.*
5 *Diminutio eſt ſpecies alienationis.*
6 *Impoſitio ſeruitutis eſt ſpecies alienationis, & idem in compromiſſis nu.7.*
8 *Species alienationis dicitur acquirere damnoſa Eccleſiæ.*
9 *Debitor qui poteſt acquirere,& non acquirit, videtur in fraudem creditorum facere.*
10 *Res acquiſita, & incorporata Eccleſiæ non alienatur abſque aſſenſu Apoſtolico.*
11 *Procurator prohibitus alienare, prohibitus cenſetur etiam diminuere.*
12 *Emphyteuticarius nedum prohibetur rem emphyteuticam alienare, verum etiam illam diminuere.*
13 *Res tantum valet,quantum vendi poteſt.*

Annui

Digitized by Google

Annui redditus Eccleſiaſtici, an poſſint diminui, vulgo *calare*, abſque aſſenſu Apoſtolico.

DECISIO CXXXIV.

1 ANnuos redditus haberi loco immobilium
probatur expreſsè in clem.exiui de paradi-
ſo verſ. cumq; annui redditus de verb.ſignific.
voluerunt Bart.in l.fin. ff.qui ſatiſd.cogant. Ia-
fred. in deciſ.9. Camer.Imper.deciſ.77. Myn-
ſing.cent.1. obſeruat.69. Theſaur.in deciſ.160.
Boer.deciſ.209. Faber in deciſ.49. C. de pœnis,
Coler.in deciſ.59.Thoming.in deciſ.39. par.1.
Gayl lib.2.obſeru.10.Ambroſin.in deciſ.Peru-
ſin.5. Guid.Pap.in deciſ.499. Viu.in deciſ.410.
Gaſp.Theſ.in deciſ.2.par.2.quos omnes refero
in mea praxi deciſ.44. & latè in collectan. meis
collect.668. & in præſatorum redditiuum alie-
2 natione requiri ſolemnitates extrauagant. am-
bitioſæ,non dubitatur ex cõmuni Doctor.ſen-
tẽtia,de qua in cap.ſine exceptione 12.q.2.Abb.
nu.7. Imol.nu.8. & Anchar.nu.16. in cap.nulli
de reb.eccl.non alien. Mynſing.cent.1. obſeru.
69.Mainard.in deciſ.7.Rebuff.in compend.alie-
nat.rer.eccl.q.16. & probatur expreſsè in l.iu-
3 bemus C.de ſacroſ.eccl. vbi annui redditus ec-
cleſiæ alienari non poſſunt abſque ſolemnita-
tibus.

Dubitatum tamen fuit in Cur. Archiepiſc. ſi
prædicti annui redditus,qui alienari abſque Põ-
tificis aſſenſu nequeunt, poſſint minui, & reſo-
4 lutum fuit cum diſtinctione, quod aut contra-
ctus non eſt reſciſſus,& ſtat in ſua firmitate, &
tunc in minuendis iſtis annuis redditibus,Põti-
ficis aſſenſus eſt de ſubſtantia, ex eo, quod di-
5 minutio eſt ſpecies alienationis l.fin. C.de reb.
alien.non alienand.l.1. C.de fundo dotali l.alie-
6 natum ff. de verb.ſignif. quemadmodum dici-
mus de impoſitione ſeruitutis d.l.fin.Rebuff.in
d.compend.num.4.& 6.in fin.Redoan.q.2.cap.
16.& cap.44.& q.14.nu.22.de reb.eccleſ. non
alien. Abb.cit.cap.nulli nu.10. Feder.de Sen.in
conſ.94.vbi idem cenſuit in compromiſſis,imò
7 nedum diminutio.verùm etiam non acquirere,
vel acquirere damnoſa eccleſiæ,ſpecies aliena-
8 tionis eſt, auth.ſicut C.de reb.alien. non alien.
Bald.conſ.116.vol.1.Turret.cõſ.93.nu.5.& ſeq.
Alb. conſ.129. & ad idem poteſt expendi text.
in l.qui autem ff. quæ in fraudem creditorum,
de cuius intellectu latè de Frãch.deciſ.101. vbi
9 debitor ſi potuit acquirere, & reſpuit acquire-
re, cenſetur facere in fraudem creditorum, &
in hoc caſu redditus dicitur incorporatus, &
acquiſitus Eccleſiæ,& conſequenter minui non
10 poſſe abſque ſolemnitate,ſcripſit Anchar.in
cap.vt ſuper de reb.eccl. non alien. & in cap.1.
eod.tit.in ſexto,Alex.in l.legatum, & ibi Iaſ.in
1.col.in princ.ff.de leg.1. Rip.in l.ſi vnquam q.
11.C.de reuoc.donat.Molin.de iuſtit.& iur. q.
465.& pro eadem ſententia facit, quod notabi-
liter voluit Bart.in l.ſi fraudator ff.quæ in frau-
dem creditorũ.quem refert, & ſequitur Feder.
11 de Sen. in conſ.194. vbi Procurator cui prohi-
betur alienare bona ſui principalis l. ignoranti
ff.de Procurat. cenſetur pariter prohibitus illa
diminuere, quia vt dixi diminutio eſt ſpecies
alienationis,ex quibus euidenter patet prohibi-
tum alienari, cenſeri etiam prohibitum dimi-
nuere, pro quo expenditur deciſ. Tholoſ.423.
12 vbi emphyteuticarius nedum prohibetur alie-
nare rem emphyteuticam, verùm etiam illam
diminuere, ſicut à ſimili de feudatario, voluit
text.in cap.1.de alien.feud.

Aut verò cõtractus eſt reſciſſus,& pecunia eſt
depoſitata penes cãpſorem, vel in publico ban-
co,& tunc cum dicatur nouus contractus,& ſit
in libera facultate Eccleſiæ, vel clericorum,
quem velint de dicta pecunia inueſtire: proin-
de ſi non inueniuntur tot redditus vti exſolue-
bantur per primum debitorem, poteſt dicta
pecunia inueſtiri pro quantitate redditus, quæ
reperitur,cum res tantum valet,quantum ven-
13 di poteſt l.pretia rerum ff.ad l.falcid. l. mortis
cauſa §.1. ff. de donat.cauſ.mort. Valaſc. deciſ.
67.& latiſſimè per Doctor.in l.2. C.de reſcind.
vendit. hoc enim caſu non cenſentur diminui
redditus Eccleſiaſtici,& proinde in inueſtiendo
dictam pecuniam eidem perſonæ,ſiuè alio, non
requiritur aſſenſus Apoſtolicus,cum tunc non
dicatur diminutio,ſiuè remiſſio,argum.text.in
l.alienationis verbum ff. de verb.ſignif. & cum
non dicatur redditus ille acquiſitus Eccleſiæ,
ſed acquirendus, poteſt Prælatus, ſeù Clericus
præiudicare dictæ Eccleſiæ.Iaſ.in l.ſi ſeruus nu.
2. C.de pact. Feder.de Sen.conſ.9. Lapus alleg.
25.Abb.in cap.tua nu.9.de his,quæ fiunt à Præ-
lat.ſine cõſenſu Cap.in cap.1. nu.21.de dolo,&
contum.in cap.potuit nu.17.de locat.& in cap.
quoniam de decim.Gemin.& Franch.in cap.1.
de reb.eccl.non alien.in ſexto,Soccin.in regul.
110.nu.6.& in l.legatum ff.de leg.1.Afflict.in
cap.vnico §.& iterum num.6. de capit.Corrad.
Rebuff.in d.compend.alien.ſub nu.30. Sylueſt.
in verb.alienatio nu.18.& Armill.nu.17. & hãc
eſſe magis cõmmunem opinionem, dicunt Iaſ.
& Rip.in d.l.legatum, Felyn.in cap.in præſen-
tia ſub nu.17.verſ.10.de probat.Roland.cõſ.17.
nu.23.Vinc.de Franch.deciſ.14.ſub nu.16.

SVMMARIVM.

1 *Notarius fabricans inſtrumentum falſum alias nullum,non punitur pœna falſi.*
2 *Commiſſi pœna ceſſat, quando fuit nulla alienatio.*
3 *Actus nullus non meretur nomen actus.*
4 *Sententia nulla,nec nomen, nec effectum ſententiæ habet.*
5 *Paria ſunt illegitimè aliquid fieri, vel non fieri, & nu.9.*
6 *Inſtrumentum nullum non dicitur inſtrumentum.*
7 *Vnio nulla non dicitur vnio.*
8 *Obligatio nulla non dicitur obligatio.*
10 *Ex contractu nullo non debetur gabella.*
11 *Pœna non incurritur ex alienatione nulla.*
12 *Appellatio venditionis eſt intelligenda de valida.*
13 *Venditio quando fuit nulla ceſſat crimen ſtellionatus.*

14 *Ex*

Digitized by Google

14 *Ex confeſſione inualida quis non poteſt damnum pati.*
15 *Quoties confeſſio emanat contra legis prohibitionem non habetur pro vera, ſed pro erronea reputatur.*
16 *Contractus validus non innouatur per nullum.*
17 *Referuntur laudes D.Io.Mariæ Nouarij.*
18 *Beneficij collatio notoriè nulla non dat colorem poſſidendi, nec aliquod poſſeſſorium dat.*
19 *Titulus inualidus non poteſt aliquem effectum validum operari.*
20 *Titulus nullus pro non titulo habetur.*
21 *Stante ſtatuto, vt inſtrumentum guarentigiatum habeat exequutionem paratam, non extenditur ad inſtrumentum inualidum.*
22 *Appellatione pendente nihil innouandum.*
23 *Appellatione declarata nulla, attentata non ſunt reuocanda.*
24 *Cancellationes inualidæ non derogant ſcripturæ.*
25 *Sententia cancellata probat.*
26 *Indebitè de matricula cancellatus, habetur pro non cancellato.*
27 *Citatus comparens videtur à iure monitus, ſed quomodo intelligatur, vide nu.28.*
29 *Atteſtatis publicationibus teſtes amplius non producuntur, ſed intellige, vt nu.30.*

Pœna ordinaria falſi, an poſſit puniri Notarius conficiens falſitatem in inſtrumento aliàs nullo.

DECISIO CXXXV.

NEgatiua prodijt articuli deciſ. in Cur.Ar-
1 chiepiſc. vt ſcilicet Notarius non ſit puniẽdus pœna falſi in tali caſu, vt in proprijs terminis docuerunt Bald.in l.1.C.de ſepulc.viol.& in l.ſi poteſt C.de iur.& fact.ignor. Gramm.in deciſ.74.nu.20.ex eo, quod pœna commiſſi ceſ-
2 ſat quando alienatio eſt nulla, Guid.Pap.in deciſ.590.Burſat.conſ.82.nu.7.lib.1.Felyn.in cap.tua nos nu.6.de iureiur. Iaſ.l.fin.nu.139. & ſeq. C. de iure emphyteut. Cremenſ.in ſingul.112.
3 Actus enim nullus non meretur nomen actus l.ſtatutis C.de ſentent. ex peric.recit. l.ſicut ff. de oper.libert. Vrſill.ad Afflict.in deciſ.21.nu.
4 19.& ſeq. Cæphal.conſ.109. vt videmus in ſententia nulla, quæ nec nomen, nec ſententiæ habet effectum l.4.§.condemnatum.vbi Ripa nu.24. de re iudic. l.prolatam C.de ſentent.interloc.omn.iudic.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.542. nu.16.cent.6.Afflict.deciſ.182.nu.4.Grammat.
5 deciſ.27.nu.6. Paria enim ſunt aliquid non fieri, vel illegitimè fieri l.2. C.de ſucceſſ.edict.l.1. §.1. ff.quod cuiuſq.vniuerſ.nom. Afflict. in de-
6 ciſ. 366. & hinc inſtrumentum nullum non dicitur inſtrumentum, Gramm.vot.25. nu.12. &
7 d.deciſ.27.nu.4.& vnio nulla non eſt vnio, Calderin.conſ.26.de præbend. Dec.conſ.126.nu.4. vol.1.& in cap.ex tenore nu.20. poſt Felyn.ibi-
8 dem num.2.de reſcript. & ita obligatio non eſt obligatio l.quoties ff.qui ſatiſd.cog. Marſil.in
9 ſingul.274.Cæphal.conſ.109.nu.1. & 2. dicens, quod paria ſunt aliquid non fieri, vel illegitimè fieri d.l.quoties ff. qui ſatiſd.cogant.l.2. C. de ſucceſſ.edict.Hern.& Afflict.in cap.1. §.præterea, quæ ſit prim.cauſ.amitt.benef.poſt Iaſ.in
10 auth.ex cauſa nu.18.C.de liber.præter.& hinc ex contractu nullo non debetur gabella, quæ à ſtatuto iubetur ſolui ex omni contractu, vt latè per Tiraqu. de retract.lignag.§.2. gloſ.2.nu.5. Rip.in d.l.4.§.condemnatum nu.6. ff. de re iudic.& in l.edita nu.42. C. de edend. Alex.conſ. 104. nu.5.lib.1. & Bald.in l.2.C.de epiſcop.au-
11 dient.inquit, quod pœna ex alienatione nulla non incurritur, Marc.in deciſ.395.nu.4.vol.2.
12 venditionis enim appellatio eſt intelligenda de valida, & non de inualida, vt ex l.non putauit §. non quæuis ff.de bon.poſſ. contr. tab. tradit Caſtrenſ.in conſ.74.vol.2.Cæpoll.in conſ.ciuil.
13 44.pro quo facit, quod quando vẽditio eſt nulla non incidit in crimen ſtellionatus vendens ſecundo, vt poſt Bald.in conſ.15. reſoluit Menoch.de arbitr.iudic.caſu 381. num.19. & ideò Bald.in l.vnica col.8. nu.18.& 44. C.de confeſſis, ſcripſit quod ex confeſſione inualida, cui nõ
14 creditur, non poteſt quis pati damnum, nec comprehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione, Cæphal.conſ.90.num.57. vol.1.Roland.à Vall.in conſ.31.nu.11.lib.1.Ludou. Meſſia ad l. Tolet. *de los terminos* part.2.
15 fundam.5.nu.27. dicens, quod quando confeſſio emanat contra legis prohibitionem non habetur pro vera, ſed pro erronea reputatur, ſi aliud non interueniat ſecundum; Alex. in conſ. 30.nu.4.vol.7. Caſſad.in deciſ.5.de iurepatron. Afflict.in deciſ.25.nu.5.& 6. hinc enim iuri cõſonum eſt, contractum validum non innouari
16 per contractum nullum, vt optimis fundamẽtis, & per text.in l.ex pretio C.ſi cert.pet.l.ſi id quod §.1.ff.de reſcind.vend.conſuluit nũquam
17 ſatis laudatus D.Io. Maria Nouarius à Piſticio Prouinciæ Baſilicatæ, & hinc beneficij collatio notoriè nulla non dat colorem poſſidendi, nec
18 aliquod poſſeſſorium, imò talis detinens poteſt priuari poſſeſſione non citatus, aut vocatus, vt conſuluit Roman.conſ.483. Lapus alleg.
19 103. quia titulus inualidus non poteſt aliquem effectum validum operari, teſte Guid.Pap.in
20 conſ.644.num.1.& quia titulus nullus pro non titulo eſt, ſecundum Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.3.nu.639.Gramm.deciſ.65.nu.4.Morotius in reſponſ.58. nu.9. & hinc etiam dixit notabiliter Bald.in l.etiam num.4. C.de exequut.
21 rei iudic.& in l.hac edictali nu.25. C.de ſecũd. nupt. quod ſtante ſtatuto, vt inſtrumentum guarẽtigiatum habeat exequutionem paratam, non extenditur ad caſum in quo inſtrumentum
22 eſt inualidum, vnde euenit, quod licet regulariter pendente appellatione à ſententia diffinitiua, nihil innouandum ſit, toto titulo ff.nihil innouari appellatione pendente: nam ſi ſecus fiat, per remedium attentatorum in primis debet reuocari cap. non ſolum de appellat. in ſexto, Caſſador.in deciſ.3 nu.6. de reſtit ſpol. Rot.in nouis in deciſ.4.vt lit.pend.& in deciſ.1.nu.4.de
23 appellat. tamen ſi appellatio ex poſt facto nulla declaretur, attentata minimè ſunt reuocanda, cum intelligi debeant de appellatione valida,

Digitized by Google

da,& legitima, & non de appellatione inualida,
& nulla.Bellamer.in deciſ.239. Rot.in antiquis
24 in deciſ. 75. de appellat. & hinc cancellationes
inualidæ factæ per Magiſtratus, vel Tabellio-
nes,non derogant ſcripturæ, vt poſt Bald.in l.ſi
præſes nu.6. C.quomodo,& quando Iudex. ſe-
25 quitur Iaſ.in conſ.47.dicens, etiam ſententiam
cancellatam probare,Bart.in l.acta nu.6.ff.de
re iudic. Bald.in l.emancipatione nu.4.& 5. C.
de fid.inſtrument. Rebuff.in praxi 2.par. tit.de
26 Procuratore ad reſignandum conſtituto n.35.
dicens ex eo,quod qui eſt indebitè de matricu-
la cācellatus habetur pro non cancellato, Bald.
in l.Scriniarios n.1.C.de teſtament.milit.Mar-
27 ſil.in ſuo tract.de fideiuſſ.nu.106.dicens, quod
licet citatus comparens videatur à iure moni-
tus, ne recedat illicentiatus,iuxta text.in cap.ſi
poſtquam de elect.in ſexto, hoc locum ſibi vē-
28 dicat, quoties citatio fuerit valida, nam alias
poterit impunè recedere quandocunque,vt ha-
betur per Sicul. in cap.cōſuluit de offic.deleg.
poſt Bald.in l.nam ita Diuus n.16. ff.de adopt.
29 vt dicimus, quod & ſi publicatis atteſtationi-
bus nequeant amplius teſtes produci cap. præ-
30 ſentium de teſtibus,hoc non procedit, quando
publicatio non fuiſſet facta ritè, & rectè; quia
cum ſit inualida poſt talem publicationem po-
terunt teſtes produci, gloſ. in clem.2. in verb.
ritè de teſtibus,Bald.in auth.at qui ſemel nu.5.
in fin.C.de probat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis non tranſit ad Eccleſiam,& aſſignatur duplex ratio,vt nu.2.*
3 *Eccleſia non poteſt alienare.*
4 *In alienatione rerum Eccleſiæ requiruntur ſolemnitas,& cauſa.*
5 *Emphyteuſis tranſiens in Collegium, ſiuè vniuerſitatem, dicitur tranſire ad manus mortuas.*
6 *Quoties venditio rei emphyteuticæ fuerit facta Ciuitati, tenetur Ciuitas propter laudemia, & alia iura directo Domino competentia ponere extra manus ipſius Ciuitatis.*
7 *Clauſula (pro te, tuiſq. hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque) operatur, vt poſſit emphyteuſis alienari ad manus mortuas.*
8 *Clauſula (pro te, tuiſq. hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque) æquipollet clauſulæ, (& quibus dederis.)*
9 *Clauſula (pro te,tuiſq. hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque) operatur,vt feudum,vel emphyteuſis tranſeat ad hæredes extraneos, & etiam ad ſucceſſores ſingulares nu.10.*
11 *Vis clauſulæ (pro te,tuiſq. hæredibus,&c.) operatur, vt emphyteuſis tranſeat ad omnes, ad quos de ſui natura non potuiſſet tranſire.*
12 *Vis clauſulæ (pro te,tuiſq. hæredibus, &c.) eſt, vt omnia,& ſingula ſimul veniant in diſpoſitione, & omnia ſingulariter comprehenſa cenſentur nu.13.*
14 *Vis dictæ clauſulæ (pro te, &c.) importat expreſſionem caſus ſpecialis,& operatur, vt feudum,& emphyteuſis veniant in reſtitutione fideicommiſſi,vt nu.15.*
16 *Dictio (quibuſcunque) vti vniuerſalis omnia comprehendit.*
17 *Vniuerſale ſignum operatur, vt omnia vniuerſaliter intelligantur.*

Emphyteuſis,quæ regulariter prohibetur transferri ad manus mortuas,an procedat vbi eius conceſſio facta eſſet cum clauſula (pro te,ſuiſq; hæredibus quibuſcunque.)

DECISIO CXXXVI.

1 LIcet aperta ſit iuris cōcluſio,emphyteuſim
prohibitam eſſe tranſire ad Eccleſiam, vt
tradūt Iaſ.in l.fin.nu.91. C.de iur.emphyteuti-
co,& in conſ.25.nu.6.Alex.conſ.60.num.7.Spe-
cul. in tit.de locato §.nunc, & aliqua num.143.
Bald.conſ.80.nu.4. & ſeq. amplè poſt alios de
Ponte de poteſt.Proreg. in tit. de aſſenſib. §.8.
num.8.cuius concluſionis ratio duplex aſſigna-
2 tur. Prima, quia non eſſet ſpes, quod res poſſit
redire ad Dominum, per mortem, cum Eccle-
ſia non moriatur cap.gratia de reſcriptis in ſex-
to. Secunda,quia Dominus directus multum
3 grauaretur, & fraudaretur iure ſuo, cum enim
Eccleſiæ prohibita ſit alienatio,& licet aliquan-
do poſſit,non tamen ſic de facili, vt poteſt pri-
uatus, quia requiritur, quod ſubſit cauſa, & in-
4 teruenIant ſolemnitates, iuxta mentem extra-
uag.ambitioſæ de reb. eccl. non alien. Cornaz.
deciſ.74. & deciſ.67. Farinacc.deciſ.206. deciſ.
210.& deciſ.196.Seraphin.deciſ.508. vnde non
ſic leuiter Dominus reciperet laudemium, ſi-
cuti quando emphyteuſis transfertur in priua-
tum,quæ concluſio ampliatur procedere etiam
quando emphyteuſis transfertur in collegium,
5 ſiuè vniuerſitatem,quia dicitur tranſire ad ma-
nus mortuas; & propterea Dominus directus
eſſet fraudatus, quia res de facili non incidit in
commiſſum, & conſequenter ceſſat ſpes cadu-
citatis, & tunc fuit deciſum in Sac.Conſ.Neap.
teſte de Franch. in deciſ. 659. quod ſi venditio
6 rei emphyteuticæ fuerit facta Ciuitati, tene-
tur Ciuitas propter laudemia, & alia iura dire-
cto Domino competentia ponere extra manus
ipſius Ciuitatis.& inquit Iaſ.loco ſuperius cita-
to,quod Eccleſia teneatur vendere intra annū,
allegando text.in cap.longinquitate 12.q.2.

Fuit dubitatum tamen in Cur. Archiepiſc. ſi
prædicta prohibitio procederet etiam exiſten-
7 te clauſula in conceſſione (pro te, tuiſq; hære-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque,) & fuit
8 negatiuè reſolutum ex vi dictæ clauſulæ, (&
quibus dederis) ſecundum Bald.in l.1.q.34. ff.
de rer.diuiſ. Pariſ.conſ.32.nu.12.vol.1. Rip.in
l.quæſitum §.ſi quis nu.5. ff.de priuil.credit.&
cenſuit Rot. in vna Firmana bonorum 7. Febr.
9 1582.coram Seraphino,& ideò operatur,vt feu-
dum, vel emphyteuſis tranſeat ad hæredes ex-
traneos,ſecundum Bald.in citata l.1.& etiam ad
10 ſucceſſores ſingulares, vt per eundem Bald.in
l.emptorem C. locati, Iaſ. in l.quædam §.nihil
nu.3.

Digitized by Google

nu.3.ff.de edend.Bertrand.conſ.64.vol.2. Rota
Auenion. in deciſ. 69. num.12. Imò ex vi dictæ
11 clauſulæ emphyteuſim tranſire ad omnes, ad
quos alias de ſui natura non potuiſſet tranſire,
notabiliter voluit Pariſ. conſ. præcitato nu. 11.
Curt.Iun.conſ.4. nu.4. Roland.conſ.34. nu.64.
vol.1. & fuit reſolutum in Rota in vna Ciuita-
tis Caſtellæ 18. Maij 1577. coram eodem Sera-
12 phino, virtus enim dictæ clauſulæ eſt, vt omnia
& ſingula ſimul veniant in diſpoſitione, vt dicit
Alex.conſ.17.vol.1. & omnia ſingulariter com-
13 prehenſa cenſeri, inquit Bald.in conſ.461.nu.6.
vol.1.ſequuntur Dec.conſ.512.nu.6.vol.2. De-
cian.conſ.34.nu.39.vol.2.Curt.Iun.conſ.74.nu.
3.& ſecundum Roland.conſ.1.num.3.importat
14 expreſſionem caſus ſpecialis, & continet ſpeci-
fice ea, quæ de iure communi vtique non veni-
rent, Aretin.conſ.114. Menoch.conſ.117.nu.7.
15 Item operatur, vt feudum & emphyteuſis ve-
niant in reſtitutione fideicommiſſi, Iaſ.in præ-
lud.feud.nu.45.Roland.conſ.96.nu.17.vol.1. &
cenſetur data facultas alienandi irrequiſito Do-
mino. Pariſ.conſ.3.nu.13.lib.1.Roland.conſ.54.
num.34.vol.3. quæ omnia locum ſibi vendicant
propter efficaciam dictionis illius (quibuſcun-
16 que,) quæ vti vniuerſalis, omnia comprehen-
dit. Gramm.deciſ.4.Randenſ.de analogi cap.12.
17 vniuerſale enim ſignum operatur, vt indiffe-
renter omnia comprehendantur, ita quod di-
ſpoſitio, quæ alias reſtrictionem reciperet, non
recipiat, Decian.conſ.358. Cacheran.deciſ.94.
nu.11.& in deciſ.100.nu.43. Boer.deciſ.158.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet cauſa, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta excuſat à dolo.*
2 *Credens viro digno excuſatur non tantum à dolo, ſed à culpa nu.3.*
4 *Excuſatur, qui dixit ſe ſcire, quod audiuit à fide digno, cui credidit.*
5 *Dictum teſtis non vitiatur, ſi dicat ſe ſcire id, quod deponit non per certam ſcientiam, ſed per auditum, vel famam.*
6 *Pro certo ſcire dicimus, quod à fide digno audiuimus.*
7 *Excuſatur volens præſcribere, ſi credidit viro fide digno aliquid aſſerenti, in quo fundabatur præſcriptio.*
8 *Emens ab aliquo, qui aſſerit ſe Procuratorem, excuſatur, ſi à fide dignis intellexerit illum habere mandatum, quod amplia, vt nu.9.*
10 *Excuſatur Custos Arcis, qui loco ſui virum alias probatæ conditionis ſubrogauit, ſi postea ſubrogatus prodiderit.*
11 *Refertur criminali deciſio.*
12 *Aſſertio in facto proprio non valet.*

Deponẽs ſcire id, quod audiuit à viro fide digno, an poſſit puniri pœna falſi.

DECISIO CXXXVII.

1 QVoniam vera eſt iuris cõcluſio, quod quę-
libet cauſa, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta excuſet
à dolo, vt probat text. in l.igitur §.1. ff.de libe-
ral.cauſ.& voluerunt gloſ. & Doctor.in l.plagij
in verb.iuſta C. ad l. Flauiam de plag. Felyn.in
cap.cum contingat col.3.de reſcript.Dec.conſ.
170.nu.2. Alex.conſ.160.col.1.vol.7. Ideò cum
in Cur. Archiepiſc. dubitatum fuiſſet ſi eſſent
puniendi pœna falſi quidam, qui cum audiſſent
à Parocho, ſibi fuiſſe factum legatum 50.duc. à
quodam ſuo pœnitente, eidem credentes, in iu-
dicio depoſuerunt ſe audiuiſſe teſtatorem hu-
iuſmodi legatum ad fauorem Parochi prædicti
feciſſe, & videbatur negatiuè decidendum, ex
2 quo viro digno credẽtem excuſari, voluit gloſ.
in l.Titio fundus in verb.actiones verſ.ſed quo-
modo ff.de condit. & demonſtr. Bart.in l.inte-
ſtata ff. de vſucap.pro empt. Bald. in cap.San-
ctorum verſ.ex dicto de præſcript. Boer.deciſ.
217.nu.9. Caſſador.in deciſ.19.nu.1. de Regul.
Cancell.Felyn.in conſ.2.nu.26. Alex.conſ.190.
num.7.vol.7 & in conſ.75.col.3.verſ.& faciunt
vol.5.vbi ait, nedum excuſari à dolo, ſed etiam
3 à culpa, vt ſequitur etiam Alber.in l.1.in fine
verſ.vnum etiam nota ff.de eo, per quem factũ
fuerit, & quod excuſetur à lata culpa, ſcripſit
Barbat.conſ.29. col.fin. verſ.quid autem non
fuerit in lata culpa vol. 2. & in proprijs termi-
4 nis, quod excuſetur, qui dixit ſe ſcire, quod au-
diuit à fide digno, cui credidit, ſequuntur An-
char.conſ.24 col.pen. Felyn.in cap. præterea in
1.notab. de teſtibus, Iaſ.in l.de pupillo §.ſi quis
ipſi Prætori col.8.verſ.tu adde ſingularius ff.de
oper.nou.nunc.& pro hac deciſione facit, quod
notat Butr.in cap.quoties col.fin.de teſtibus, &
5 in cap. per inquiſitionem in 5.notab. de elect.
vbi ait, non vitiari dictum teſtis, ſi dicat ſe ſcire
id, quod deponit non per certam ſcientiam, ſed
per auditum, vel famam, vel alia indicia, voluit
Archidiac.in cap.in domo col.1.de pœnit. diſt.
6 4.pro certo ſcire enim dicimus, quod à fide di-
gno audiuimus, cui credidimus, gloſ.in cap.cu-
piẽtes in verb.notitiam de elect.in ſexto ſequi-
tur Gemin. in cap.de capitulis verſ.nota, quod
quis 10.diſt. Felyn.in cap.præterea col.1.de te-
ſtibus.Barbat.in conſ.12.col.13. Marſil.in rubr.
7 de probat. col.57. & hinc infertur, quod volens
præſcribere excuſetur, ſi credidit viro fide di-
gno aliquid aſſerenti, in quo præſcriptio fun-
detur, & quidem Bart.in l.qui fundum §. Pro-
curator ff. de vſucap. pro empt. voluit, quod
8 emens ab aliquo, qui aſſerebat ſe Procuratorem
Domini, excuſetur ſi à fide dignis fuit ſibi rela-
tum illum habere mandatum, Bald.in l.1.col.1.
C.de reb.alien. non alien. qui ſequitur in exe-
cutore, Felyn.in cap.de quarta col.8. verſ.vnde
dicit Bart. de præſcript. Salyc.in d.l.1.circa fin.
verſ.hæc nota pro eo C.de reb.alien.non alien.
9 quod etiam procedit quando præſcribens acce-
pit à fide digno, qui habebat titulum, ex quo
potuit præſcriptio induci, Abb.in cap.cura col.
1.in fin.de iurepatron. Cyn.in l.1.nu.49.C.de
ſeruit & aqu.ex dicto enim vnius fide digni in-
ſurgit bona fides, vt dicit Bald.in cap.Sãctorum
verſ. ex dicto vnius de præſcript. Aretin. conſ.
10 102. col.pen. & hinc etiam euenit, quod excu-
ſetur Custos Arcis, qui loco ſui virũ alias pro-
batæ

Digitized by Google

batæ conditionis ſubrogauit, ſi poſtea ſubrogatus prodiderit Arcem, & perfidè egerit, Alber. in l.fin.ff.de cuſtod.& exhib.reor.col.1.Barbat. conſ.62. vol.4. Iaſ.in l.ſi pecuniam §. ſed ſi accepit in fin. ff. de condit. cauſ. dat. Boer.deciſ. 217.nu.9.

His licet veris exiſtentibus, contrarium ta-
11 men cenſuit Cur.Archiepiſc.ob ſequentes rationes. Primò, ex eo, quod dicta verba Parochi dictis teſtibus prolata, non fuerunt probata,
12 ſed tantum ipſi ad eorum excuſationem illa aſſerebant, quo caſu eorum aſſertio non valet, tanquam pro facto proprio, ad text.in l.omnes, & l.nullus C.de teſtibus, cap.in literis de teſtibus l.etiam C.eodem cap.1.2.& 4.& cap.accuſatores 3.q.5. Viu.deciſ.66.Benint.deciſ.70.Farinac.deciſ.354. Secundò, quia fuit probatum, vnum ex dictis teſtibus habuiſſe contrariam opinionem bonæ famæ, & integritatis dicti Parochi, quo caſu non veniebat excuſandus, ex eo, quod non habebat dictum Parochum tanquam fide dignum, & ſic fuit ei inflicta pœna extraordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitium religioſorum dicitur locus religioſus, & æquipollet Monaſterio.*

2 *Pro loci pij, clauſtri, & ſcholarum ædificatione, cogitur quis vendere rem ſuam, ſimiliter pro ornamento Reipublicæ.*

3 *Poteſt cogi vicinus ad vendendum ſeruitutem altius non tollendi, etiam via publica intermedia, ne in viridario inſpiciantur Monachi.*

An pro ampliatione hoſpitij religioſorum, compelli poteſt vicinus ad vẽdẽdam domum, ad ampliationem text. in l.nec emere C. de iur.deliber.

DECISIO CXXXVIII.

PLena, & copioſa eſt Religio Fratrum Diui Dominici in Ciuitate Neapolis, vnde cum fratribus eiuſdem Religionis Prouinciæ Siciliæ per priuilegium fuiſſet conceſſum, vt in dicta Ciuitate Neapolis habere valeant hoſpitium, ipſoque conſtructo auctus eſſet numerus Fratrum, ita vt propter anguſtiam dicti hoſpitij, non poſſent ibidem commodè permanere, iuxta decorem eiuſdem Religionis. Comparuerũt pro ampliatione dicti hoſpitij in Cur. Archiepiſc. petendo cogi quandam Religioſam habentem domum contiguam, vt ipſis venderet pro ampliatione dicti hoſpitij: quarè fuit dubitatum quid iuris, & dicebatur, quod licet regula ſit, neminem cogi vendere, quod ſuum eſt, ad text. l.inuitum l.dudum C.de cõtrah.empt.vbi Doctor. in l.nec emere C.de iur.deliber.etiam iuſto pretio, Boer.deciſ.312.num.2. Carp.ad Stat. Mediolan.433. nu.70. Menoch.de arbitr.iudic. caſ.462.num.12. Fab.de Ann.conſ.4.nu.41.Couarr.variar.reſolut.lib.3.cap.14. nu.7. Boer.deciſ. 321. num.2. etiam quod ſit conſanguineus, conſors, vel vicinus, niſi retractus ſtatutarius vel conuentionalis, vel conſuetudinarius hoc diſponat, vt tradunt Anchar.conſ.316. Caſtrẽſ. conſ.1.vol.2. Pariſ.conſ.38. vol.3. Ruyn. conſ. 70.vol.1.Fabian.de Mont.tract.de empt.& vendit.q.20 nu.41. Tiraqu.de retract.in præfat.nu. 15. Igneus ad l.dudum C. de contrahen.empt. Carp.ad ſtat.Mediol.par.1.concl.417.Honded. conſ.3.nu.13.& conſ.7.vol 1.

Quæ ſanè regula æquiſſima eſt, vt dicit Couarr.d.lib.3.variar.reſolut.cap.14.rationem habens ex iuris principijs petitam, quod in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, & de re propria Dominus, liberè, & abſolutè diſponit, Vaſqu.controu.illuſtr.q.17.nu.2.q.9. nu.18. emere namq. & vendere eſt actus naturalis libertatis, Menoch.lib.3.præſumpt.130.nu.54.Papp.conſ. 122. nu.10. Fab.de Ann.conſ.47.nu.41. adeò vt iniquum videatur quem compelli rem ſuam alteri vendere l.nec enim ff.rer.amot. Carp.ad ſtat.Mediol.71. nu.27. nec è contra emere quis cogitur, Iaſ.in l.fin.nu.27. C. de iuriſdict.omn. iudic.Gabr.tit.de leg.concluſ.3.nu.17. Carp.ad ſtat.Mediol.433.nu.91. Cauag.ad decret.Montisferr.18. §.1. nu.3. Ideò nec fiſcus compellit priuatos emere res confiſcatas per eum ſubhaſtandas l.licitatio §. ad conducendum ff. de public. Natt.conſ.500.nu.7. Peregr.de iur.fiſc. lib. 6.tit.4.nu.44. Grat.diſcept.149. nu.33. leuibus tantum caſibus exceptis, quos in tractat propediem edendo de Princip.poteſt. in actus humanos lib.2.cap.8. copioſius recenſuimus.

Tamen pro contraria opinione, quod ſcilicet compelli potuiſſet ſupradicta vicina ad vẽdendam domum, faciebant infraſcripta.

Primò quia hoſpitium Religioſorum dicitur
1 locus Religioſus, & Eccleſiaſticus, cap. ad hæc, & cap. de Xenodochijs de Religioſis domibus, & æquipollet Monaſterio, cum Monaſterium dicatur Monachorum ſtatio, ſecundum Archidiac.in clem.de Regular.de ſtatu Regularium, quem ſequitur Iaſ.l.2. §.appellata ff.ſi cert.pet. ſed vicinus Monaſterio, pro commoditate illius poterit ad vendendum compelli, vt latè decidit Gramm.deciſ.75.& voluit Roch.de Curt. in tract. de iurepatron. §.contraxit nu.19. Anton.Padill.in l.altius nu.21. C.de ſeruit. & in proprijs terminis hanc limitationem poſt Pariſ. Affli&. Gomez. & Gregor.Lopez nouiſſimè confirmat Petr.Auguſt.Morla Doctor Valentinus in ſuo Emptor.Iur.tit.9.q.1.nu.7. poſt Cuiac.lib.3.obſeru.cap.22. Rouard.lib.3.variar. cap.3. igitur, & pro ampliatione hoſpitij.

Tum ſecundò, quia ſi pro quauis loci pij re-
2 ædificatione cogitur quis ad vendendum, Franciſc.Marc.deciſ.536.par.1.Mar.Giurb deciſ.86. Gaſpar Theſaur.q.64.part.1. Coſta de remed. ſubſidiar. cap.65. quanto magis pro ampliatione hoſpitij, qui locus Religioſus nuncupatur, vt ſupra dixi.

Tertiò, quia cogitur quis vendere pro clauſtro, vel ſcholis fabricandis, idem Marc. deciſ. 534.nu.5.par.1.Scot.conſ.3. nu.19. Coſta de remed.ſubſidiar.remed.76.nu.9. Molin.diſp.341. nu.2.& pro dormitorio extendendo, Soccin.regul.

gul.435.fallent.8.Scot.d.conſ.3.nu.17. Gramm. deciſ.75. Ball.pragm.1.nu.4. & pro Monaſterij viridario,eiuſdemq; viridarij ampliatione,Coſt. d.remed.76. nu.9. Mar.Ant.Mac.lib.1. reſolut. 112.caſ.29.

Quartò, quia etiam pro ornamento Reipublicæ cogitur quis vẽdere domum ſuam,Gaſp. Theſaur. in d. q.64. & propterea officialis domum priuati poteſt deſtruere pro decore Ciuitatis, vt dicit Paris de Put.in tract.de ſyndic. §.iudicij ſuprema poteſtas nu.26. Roman ſing. 710.Rip.in rubr.de damn.infect. nu.5. & nobilis pauper habens palatium deſtructum, compellitur illud vendere diuiti volenti ædificare, vt dicit Thom. ad Alex. in d. l. nec emere. & Rip.in d.nu.5.qua propter in multis Italiæ Ciuitatibus extant ſtatuta diſponentia, quod habens rem paruam apud confinia illius, qui maiorem habet,tenetur vendere,quorum ſtatutorum validitatem defendit Iaſ.in d.l. nec emere nu.4. poſt Bald.& Io.de Plat.in l.2. C. de debit. ciuit. lib.12. & iſtis rationibus motus felic. record.Emanuel Philibertus Dux Sabaudię ſimile priuilegium conceſſit Ciuitati Taurinenſi ad inſtantiam Decurionum, ſecundum Theſaur. loco citato.

Tandem dicebatur, quod ſimiliter cogi po-
3 teſt vicinus ad vendendum ſeruitutem altius non tollendi,etiam via publica intermedia, Padill.in l.altius num.19. C.de ſeruit.Franc.deciſ. 223.nu.4.Ball.in pragm.1.nu.10. cui pro neceſſaria viridarij ſui clauſura palmum terræ vicinę licet capere,ne viridarium ipſum proſit omnibus,aut in eo inſpiciantur Monachi.vel quod tuti ſint, Scot.dicto conſ.3. num.20. atque pro omni eo, quod connexum eſſet Monaſterio, Mac.dicto caſ.29. quidquid ſit in Cappella,vel Oratorio,Carot.deciſ.26.nu.17. Tiraquel.de priuileg. piæ cauſæ priuil.67. Franch.deciſ.223, num.5.& Couarr.declarat d.cap.14. verſ.eſt,& tertius,dummodò Eccleſia id pro ſe petat,non vt alijs complaceat, Franch.deciſ.223.nu.7. ſic in directo, qui in alterius vtilitatem præferri vult,Rip.in l.1.col.2. de priuil.cred. Guid.Pap. deciſ.411.Cann.in cap.volentes fol.202. & in retrahente pro alio, ex Benedell. & Tiraquel. notat Rend.de iure prothom. §.cauſa verò nu. 22. Mota in rit.194.nu.18.& in eo, qui pro alio retrahit à vicino,vt ad ornatum vrbis ædificet, Verall. deciſ.143. par. 1. Supradictis tamen ſic diſcuſſis fuit reſolutum non potuiſſe compelli dictam vicinam ad vendendum, & conſequenter priuilegium conceſſum cogendi vicinos ad vendendum Eccleſijs, non extendi ad hoſpitia.

SVMMARIVM.

1 *Multa ratione qualitatis, & notorietatis perſonarum permittuntur,quæ alias denegarentur.*
2 *Examinati ab Vniuerſitatibus, & approbati, non debent iterum ab alijs examinari.*
3 *Perſonæ notæ,& alias approbatæ,non debent examinari pro ſuſceptione ordinum.*

Regula,quod præſentatus ad beneficium iuriſpatronatus debeat exhiberi perſonaliter, & ſenſibus corporeis coram Ordinario, an locum habeat in perſonis notis,& valdè qualificatis?

DECISIO CXXXIX.

REcepta,& indubitata eſt apud omnes concluſio illa: Præſentationem debere fieri præſentialiter,ideſt ſenſibus corporeis illius cui fit præſentatio, adeò vt præſentatus debeat exhiberi Ordinario perſonaliter, nec ſufficere Patrono mittere inſtrumentum præſentationis Ordinario, vt probant latiſſimè Burſat.in conſ. 29.vol.1.& Alciat.conſ.91.nu.10. & ſeq. cum alijs. quos probat Selua de benefic. part.3. q.1. nu.6. & idem in q.2. nu.45. & Rota in proprijs terminis in deciſ.3. de iurepatron. in nouis, & ex his dicebat Achill. de Graſſis in deciſ. 12. de iurepatronat.quod præſentatio intelligitur tantummodo quando fit perſonaliter Superiori, alioquin dicitur magis nominatio, quam præſentatio,quam opinionem ante eum tenuit Rota in deciſ.29.eod.tit.in nouis, Franch.in cap.1. §.verum in vltim.notab.de iurepatron.in ſexto. Roch. de Curt. in eodem tract.q.43. circa fin. Nicol. Milis in eius aureo repertorio verb. patronatus, & iuxta hanc opinionem cenſuit eadem Rota in vna Aſculana Parochiali 13. Ianuarij 1548.coram Auguſtino.

Qua concluſione ſic firmata,fuit dubitatum in Cur. Archiepiſc. an procederet in perſonis notis, & valdè qualificatis, vnus ex Dominis dicebat affirmatiuam opinionem, motus quod dicta exhibitio eſt forma, & de ſubſtantia præſentationis, & ideò eius omiſſio vitiat præſentationem, argum. text. in cap.quæritur §.Epiſcopus 22.q.2. Gramm.in deciſ.79.nu.14. Viu. deciſ.135.forma enim dat eſſe rei cap.quia propter de electione, & vbi deficit forma, deficit eſſe res l.non ſunt liberi ff.de ſtat. homin. Viu. deciſ. 336. Hinc eſt, quod quando examen eſt pro forma aſſignatum,nullatenus omitti poteſt, quamuis promouendus eſſet perſona nota, & valdè qualificata,Dec.conſ.90.nu.6.& conſ.262. nu.4.conſ.459.nu.5.Pariſ.conſ.12.nu.49. & in terminis Concil.Trid.ſeſſ.24.de reformat. cap. 18.cum agit de prouiſione Parochialium: nam cũ ibi requiratur examen prò forma,neceſſario fieri debet per concurſum,vt ſæpè cenſuit Sac. Congr.Gonzal.gloſ.4.nu.92.in 8.regul.cancell.

Sed contrarium fuit reſolutum, ex regula,
1 quod multa ratione notorietatis, & qualitatis perſonarum permittuntur, quæ alias denegarentur. Hinc eſt, quod examinari non debet, qui eſt notoriè literatus,& habilis, cap.qui Epiſcopus,iuncta gloſ.2.diſt.23. cap.nullus 24.diſt. & ibi gloſ.vnic. Felyn.poſt alios in cap.fin. nu. 28.plura cumulans de præſumpt.Dec.per text. ibi in cap.conſtitutis 46. nu.3.not.4. de appell. Lãbert.de iurepatr.par.1.q.fin.art.3.nu.1. Lup. in l.15. tit. 16.par.1. in gloſ.1.latè per Mandoſ.

in

Digitized by Google

in reg.24.de male promotis q.3.nu.4.cum plu-
2 rib. ſeq. & in graduatis, qui excuſantur ab exa-
mine,cum iam examinati ſint, & approbati ab
Vniuerſitatibus,ne fiat iniuria ipſis Vniuerſita-
tibus,tradit Rebuff.in 1.tit.de reſcript.in forma
pauperum pro graduatis nu.3.& 4.de priuileg.
ſcholar.priuil.86.per tot.

Hinc eſt,quod quando ordinandus eſt perſo-
3 na nota, & valdè qualificata, & approbata ab
Vniuerſitate,non debet examinari de nouo, vt
probat text. & quod ibi latè animaduertit Pa-
norm.in cap.fraternitatis de cler.non reſident.
Non obſtant contraria,quia procedunt quando
apparet fuiſſe certam formam aſſignatam, vt
tradunt Doctores ſupra citati.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius non poteſt dare conſenſum pro erectione iurispatronatus.*

2 *Vicarius non poteſt conferre beneficia.*

An Vicarius poſſit præſtare conſenſum ad fundandum iuſpatronatus.

DECISIO CXL.

1 FVit dubitatum,ſi Vicarius potuiſſet præſta-
re conſenſum ad fundandum iuſpatronatus
Epiſcopo abſente, & decreuimus non poſſe,
2 quia cum non poſſit conferre beneficia, ita nec
etiam poterit erigere cap.cum in generali de
offic.Vicar.in ſexto,Cardin.in clem.2.in 3.q.in
fin. de Procurat. Dec.in conſ.121. & conſ.224.
Bertachin.in vltim.par.repert.in verb.Vicarius
dicitur verſ.14.& 44. & idem Bertach.in tract.
de Epiſc.in 7.par.4.lib. in rubr.de Vicar.Epiſc.
nu.13.Lambert.in tract.de iurepatron.art.1. q.
princip.3.par.2.lib.fol.206. Roch.de Curt.in
verb.competens in eod.tract. nu.66. Calder.in
conſ.1.de offic.Vicar.Bellamer.in deciſ.93. Pa-
riſ.in conſ.80.num.12. & 17.vol.4. Berous in
conſ.83.nu.21.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudet, qui non reperitur expreſsè prohibitus.*

2 *Conſtitutio Gregorij XIV.de immunitate, non eſt extendenda ad caſus ſimiles propter dictionem taxatiuam tantum.*

3 *Poteſt concedi licentia patri, vt extrahatur eius filius ab Eccleſia,ad quam confugit,cum non ſit ad effectum puniendi.*

Filiusfamilias confugiens ad Eccleſiam,ne corrigatur à patre, an gaudeat immunitate eccleſiaſtica.

DECISIO CXLI.

IN anno 1616.in Cur.Illuſtriſs.Nuncij huius
Regni Neap. fuit dubitatũ ſi potuiſſet præ-
dictus Dominus concedere licentiam cuidam
patriſfamilias extrahendi ab Eccleſia filium,qui
ne corrigeretur ad eam confugerat, vnus ex
Dominis negabat, poſſe impartiri licentiam ad
extrahendum: nam ex regula iuris gaudet im-
1 munitate eccleſiaſtica,qui expreſsè non reperi-
tur prohibitus,vt latè tradit Villaut in tract.de
extenſione legum cap.135.in princ.& hanc eſ-
ſe communem Doctorum ſententiam, teſtatur
Clar.q.30. nu.8. & 9. de iure etiam gaudet tali
immunitate clericus, vt communiter teſtatur
Bernard. Diaz in pract.crimin.canon.cap.115.
relatus per Hiſpanum Villalob. in ſuo Ærario
mille commun.opinion. lit.P. nu.22. licet de
conſuetudine non ſeruetur,ſecundum eum ibi,
ſed ſeruatur opinio Anchar.imò relatorum per
Menchac.de ſucceſſ.creat.§.22.nu.54.& ex hac
communi, & regula generali infertur pro nul-
lo crimine,etiam grauiſſimo debere quem ex-
trahi ab Eccleſia, niſi ex cauſis expreſſis in iu-
re,ſecundum Couarr.cap.20.lib.2. variar.reſo-
lut.nu.6.verſ.ſeptimo deducitur, per legem ſe-
cundam expreſſam ad hoc, tit.11.par.1. Quid-
quid in contrarium, & malè voluerit Angel de
malefic.& eius additio in verb. quod fama pu-
blica nu.59.Auendan.cap.22.nu.9.in princ. lib.
1.de exequend. mandat. vnde cum ſupradictus
caſus non ſit in iure expreſſus videbatur dicen-
dum, ſupradictum debere gaudere immunita-
te, & conſequenter non poſſe licentiam extra-
hendi concedi. Item dicebatur in Bulla Gre-
gor.XIV. exceptuari aliquos caſus,quare in re-
liquis cenſetur facta omnium excluſio, per re-
gulam, quod exceptio firmat regulam in ca-
ſibus non exceptis l. nam quod liquidæ §. fin.
ff. de pen.legat. §. vt autem lex auth. de non
allen. aut permut. cap.domus 32.q.7. gloſ.in l.
in his ff.de legat.3. Doctor.in rubr. de reg. iur.
in ſexto,Dec.in l.1.nu.17.ibiq; Apoſt.ff.eodem
idem Dec.conſ.148.nu.5.& conſ.520. nu.9. Pa-
norm.in cap.2.nu.2 de coniug.leproſ.Felyn.la-
2 tiſſimè in cap.quoniam frequenter in princ. vt
lit. non conteſt. & conſtitutionem hanc non
eſſe extēdendam ad alios caſus, vltra exceptos
etiam ſimiles, comprobat Farinac.conſ.76. nu.
13. cui aſſentit Falcon. in ſua informatione in-
ſerta poſt dictum conſil. Farinac. nu. 16. ea ra-
tione,quia Pontifex Maximus, dum excipit ca-
ſus prædictos,apponit dictionem taxatiuam tā-
tum, cuius natura eſt impedire extenſionem,
iuribus per eum adductis ac etiam,quia in con-
ſtitutione noſtra exceptio fit per modum for-
mæ,vt patet ex illis verbis ibi ad vnam tantum
formam reducimus,ergo illi nihil addi,aut mi-
nui poteſt, ſed debet obſeruari ad vnguem, &
citat Pariſ.& Roland.quibus addo text.in l.1.§.
opus nouum ff. de nou.oper.nunc. & Bald.in l.
quoties circa princ.C.de ſuis,& legitimis,& in-
ſuper dicit Farinac.ibidem, quod in cōſtitutio-
ne hac adeſt clauſula, omnem prorſus extraneā
interpretationem excludens.per tradita à Dec.
conſ.50.nu.2. Aym.conſ.201. nu.43. & Puteus
deciſ.80.nu.5.lib.1.& vltra prædictos tenet hoc
idem expreſsè Io.Franc.Leo in theſaur.for. ec-
cleſ.cap.13.ſub nu.27.

Digitized by Google

Sed contrarium fuit reſolutum, nam huiuſ-
3 modi extractio non conceditur ad effectum, vt puniatur, ſed potius, vt paterno affectu, & amore corrigatur; Additur etiam, quod de iure validum eſt argumentum de filio ad ſeruum, gloſ. in l. liberi C. de liberali cauſa, & ſeruus confugiens ad Eccleſiam, poteſt à Domino extrahi l. ſi ſeruus C. de ijs, qui ad Eccleſiam confugiunt.

SVMMARIVM.

1 *Filius, ergo hæres, intelligitur quando filius agit.*
2 *Dicta regula non procedit quando filius agit pro ſucceſſione in bonis matris.*
3 *Dicta propoſitio filius, ergo hæres, non procedit in filio emancipato.*

Filius, ergo hæres, quomodo intelligitur procedere?

DECISIO CXLII.

PEtenti in Cur. Archiepiſc. Neapol. monitoria ſuper quadã hæreditate, opponebatur, quod cum non eſſet perſona, quæ pateretur intereſſe, non debebant eidem concedi, cumque replicaret ſe eſſe filium, & per conſequens eſſe hæredem, & ſic habebat intereſſe, ex regula iuris, filius ergo hæres agendo, Aretin. conſ. 136. in princ. Anguiſſol. conſ. 196. nu. 5. Simon de Prætis conſ. 141. nu. 28. Ludouic. concl. 16. col. 37. fol. mihi 49. Magon. deciſ. Rot. Lucenſ. in deciſ. 33. nu. 24. & 62. nu. 14. Carroc. deciſ. 43. Cartar. deciſ. 16. qui dicunt hanc conſequentiam, filium ergo hæredem, valere indiſtinctè de omni iure, tùm Diuino, vt teſtatur D. Paulus ad Galat. cap. 4. tàm canonico ex text. in cap. quicunque 17. q. 4. tùm etiam de iure naturali, & ciuili, text. in l. maximum vitium C. de liber. præter.

Declara primo ſupradictam regulam, & in-
1 tellige veram eſſe in filio agente; is enim non tenetur tunc probare aſſumptum tanquã fundamentum ſuæ intentionis, ſcilicet quod ſit hæres, prout eſt communis opinio, de qua teſtatur Imol. relatus à Roland. conſ. 20. nu. 17. lib. 1. vbi etiam dicit hanc eſſe magis communem, ſecundum Soccin. conſ. 60. col. 3 lib. 1.

Limita ſecundo, non procedere reſpectu ſuc-
2 ceſſionis matris, Rot. Lucenſ. d. deciſ. 62. nu. 14. ratio eſt, quia non habet ipſum in poteſtate, & ſic reputatur extraneus, Alex. conſ. 34. nu. 1. vol. 3. Corn. conſ. 185. nu. 12. vol 3. Carroc. loco ſupra citato.

Limita tertio, non procedere in filio eman-
3 cipato, vt probat Alex. conſ. 34 nu. 5. vol. 3. Magon. in d. deciſ. 33. nu. 24. Rot. Lucenſ.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix licet turpiter agat, non tamen turpiter accipit.*
2 *De rebus illicitè acquiſitis, non debet ſolui decima, intelligitur quando pro ijs competeret repetitio, & dominium non transfertur.*

Meretrix, an teneatur ſoluere decimas?

DECISIO CXLIII.

TRes meretrices recuſabant ſoluere decimas eorũ Parocho, & cum eas conueniſſet dictus Parochus, vt ſoluerent dictas decimas; fuit dubitatum, ſi de iure adſtringi potuiſſent, ad quod fuit dictũ, de hac materia latè tractare D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. art. 3. q. 3. Cyn. in l. 2. C. de condit. ob turp. cauſ. Iaſ. & Caſtr. in l. 4. §. ſed quod meretrici ff. eod. tit. & vltra notata per eos, dubitabatur pro opinione negatiua, per ea, quæ in text. in cap. ex tranſmiſſa de decimis, vbi quis de omnibus, quę licitè acquirit, decimas erogare tenetur, ergo à contrario videtur concludendum de illicitè acquiſitis, non debere decimas ſolui, argum. text. in cap. non eſt putanda 1. q. 1. & ſic meretrix de ſuo meretricio, non tenetur ſoluere decimam, iuxta illud, non accipies mercedem proſtibuli, & Eſai. Non accipias mercedem, nec pretium ſanguinis, de illo honorabis Dominum Deum tuum, nempè de iuſtis laboribus, vt in d. cap. nõ eſt putanda: illicitè enim acquiſita, non ſunt in bonis noſtris l. cum duobus §. fin. ff. pro ſocio, vnde gloſ. in cap. ex tranſmiſſa de decimis, tenet, de nullo illicitè acquiſito poſſe fieri eleemoſynam, vel etiam decimam ſolui, & ideò nec meretrix, nec aleator, nec ſimoniacus, nec hiſtrio poſſunt facere eleemoſynam, nec dare decimam de tali lucro propter dicta argumenta, hinc text. in cap. 1. diſt. 96. dixit Sacerdotem non debere recipere decimas à meretrice, ne videatur ei impunitatem præſtare, ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 3.

Contrarium tamen fuit reſolutum, ſcilicet meretrices teneri ad ſoluendum decimas, cuius deciſionis ratio fuit, nam in dubio, nemo cenſetur immunis à prædicta præſtatione, niſi expreſsè recipiat indultum, ita Caſtrenſ. in conſil. 190. vol. 1. Burſat. conſ. 17. vol. 1. Mandell. conſ.
1 322. vol. 2. & licet meretrix turpiter agat, vt meretrix, non tamẽ turpiter accipit l. 4. §. quoties ff. de condit. ob turpem cauſam, & latè Couarr. in repetitione regulæ peccatum de regul. iur. in ſexto. Item quia alias delictum præſtaret immunitatem l. relegatorum §. fin. ff. de interd. & releg. & in l. ſiue hæreditaria ff. de negot. geſt. vbi quis non debet reportare præmium de eo, ꝙ eſt puniendus: criminoſum enim non dimittas, ſed pęna cũ debet comitari l. comitare l. ne quis C. de decur. lib. 10. & ad hoc confert illud Euang. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt regiſtratur in cap. quia petis §. fi. 14. q. 5.

Non obſtant contraria, nam procedunt quã-
2 do de illis bonis competeret repetitio, & dominiũ non transfertur, quia tunc de illicitè acquiſitis non tenetur quis ſoluere decimas, ſecundũ gloſ. in cit. cap. ex tranſmiſſa in fin. & ratio eſt, quia aliena non poteſt quis concedere præter Domini voluntatem cap. tua nobis de decimis, vt in vſuris, & in ſimonia cap. debitores de iureiur. & text. in cap. veniẽs, & cap. de hoc de ſim.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ.*
2 *Quando cauſa eſt perſonalis Epiſcopi, non poteſt ipſemet Epiſcopus eſſe Iudex.*

Epiſcopus, an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ?

DECISIO CXLIV.

FVit dubitatum ſi Illuſtr. quidam Ordinarius potuiſſet aſſiſtere Cōgregationi Iudicantium, & dare votum in cauſa, vbi agebatur de intereſſe menſæ Archiepiſc.vnus ex Dominis negabat ex reg.iur.vulgata: neminem poſſe fieri Iudicem in cauſa propria l.1. C.ne quis in ſua cauſa,cum alijs, quos probat Bart.in l.1. C. quæ deſunt Aduocat.& innumeris,quos cumulat Iaſ. in §. ſi minus in 3. col. inſtit.de action. Item quia Epiſcopus dicitur ſponſus Eccleſiæ, cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop. & vt talis eſſet habendus ſuſpectus, argum.text.in cap.accedens,vt lit.pend. & in cap.cum ſpecialis de offic.deleg.Tandem,quia ſi Vicarius,tāquam habens intereſſe non poteſt eſſe Iudex in cauſa Epiſcopi,igitur nec Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ: imò quando Vicarius allegatur ſuſpectus non dantur arbitri,ſed ſtylo Signaturę, datur adiunctus. Addit.Rot.in decif.1.de offic. Vicar.in nouis,Felyn.in cap.cum veniſſent nu. 8.de iudic.poſt Panorm.in cap.ſuper §.quem verò de offic. deleg.

Sed fuit ſtantibus prædictis, reſolutum contrarium, videlicèt, poſſe Epiſcopum eſſe Iudi-
1 cem pro ſua Eccleſia, de qua deciſione non eſt mirandum,fulcitur enim authoritate,& ratione, authoritate probatur ex Bald.in cōſ.122. vol.1.Capyc.in deciſ.137.nu.1.& ſeq. Zerul.in praxi Epiſcop. verb.Epiſcopus par.2. Alciat.in conſ.67.ratione probatur, quia clerici non ſunt repellendi abſque rationabili cauſa à ferendo teſtimonio in cauſa Eccleſiæ ſuæ cap.cum Nūcius de teſtibus,imò ſunt admittendi cap.ſuper prudentia 14. q. 2. quanto magis Epiſcopi ob eius dignitatem, propter quam non præſumitur aliquod mali.Eſt tamen animaduertendum in hac quæſtione,quod aut cauſa eſt ſuæ Eccle-
2 ſiæ, & tunc reputatur legitimus Iudex, aut eſt perſonalis,& tunc nullo pacto poſſet Iudex fieri, ita Redoan. in tract. de reb.eccleſ. non alienand. q.78.cap.8.num.5. Nauar.conſ.20. de reſcript.& in conſ.28. de ſentent.excommun. Capyc.in deciſ.124.nu.11.& ſeq.Zerol.loco ſupra citato nu.33.Flores Diez q.13.num.6.& ſeq. & facit text. cum gloſ. in cap.ſi quis ergo in gloſ. vlt.2.q.7. & cap.qui prædia 12.q.12. & ita procedunt allegata pro prima opinione.

Non obſtat text.in cap. 1. de pœnis in ſexto, quia procedit in cauſis criminalibus, in quibus Epiſcopus pro offenſione ſibi facta,poteſt malefactores punire,Viu.deciſ.99.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt præcipi Parocho,vt habitet intra fines Parochiæ.*
2 *Parochus habitans extra Parochiam difficile poteſt curam animarum exercere.*

Epiſcopus an poſſit præcipere Parocho, vt inhabitet intra limites Parochiæ?

DECISIO CXLV.

INter cætera capita porrecta contra quēdam Parochum,coram D.Vicario vnum erat,q̄ non habitabat intra limites ſuæ Parochiæ; fuit igitur dubitatum,an potuiſſet de iure,Parocho eidem præcipi,vt in futurum ſe cōferre debeat ad inhabitandum intra limites prædictos? & dicebatur pro parte Parochi, quod cum de præterito adminiſtraſſet Sacramenta ſuis Parochianis rectè, & vt Sacri Canones iubent, & nunquam in ijs, quæ ſunt ſui muneris defeciſſet; ideò nihil intererat,an intra,vel extra Parochię limites inhabitaret.

Prædictis tamen non obſtātibus reſoluimus,
1 potuiſſe fieri præfatum præceptum. Parochus enim eſt redditurus rationem animarum ſibi commiſſarum, gloſ.in cap.fin.in fin. de pœnit. Monald.conſ.29.nu.6. & ſeq.vol.1. & ſic Parochia dicitur portio curę cap.1.de Eccleſijs Monach. & Rector Eccleſiæ curam habet animarum cap.Eccleſia 13.q.1. Idcircò ſi extra illam
2 inhabitat,difficilè eſſet habere curam animarū, Rub. conſ. 29. vol. 1. maximè cum Diœceſani audire debeāt ab eorum Parochis verbum Dei, & rudimenta fidei, clem.vnic.de baptiſm.cap. Cappellanus de ferijs,Concil.Tridēt.cap.1.ſeſſ. 24.de reform.matrim. & propterea Cōcil.Trident.ſeſſ.14.cap.9.de reformat.ait,iure optimo fuiſſe diſtinctas Parochias,vt quiſque ſuarum ouium curam haberet,& vt ordo Eccleſiaſticus non confunderetur. Omnia igitur quæ ſunt, à Deo ordinata ſunt.cap.1. 13.q.1. cap.Paſtoralis de ijs,quæ fiunt à Prælat.& cōuenit cum ethylogia.Parochia enim Græcè,Latinè portio nuncupatur, ſecundum Panorm. in rubr. de Parochijs in princ. Selu.in tract.de benefic.par.3.q. 42.num.3. Gemin.in cap.licet de elect.lib.6. & Roman.conſ.358. & hac ratione Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.13. §.in his præcipit, quod vbi Eccleſia Parochialis certos non habet fines, ſed promiſcuè, petentibus adminiſtrantur Sacramenta,vt diſtincto populo in certas, propriasq́; Parochias vnicuique ſuum perpetuum,peculiaremq́; Parochum aſſignent,qui eas cognoſcere valeat,& à quo licitè Sacramenta ſuſcipiant.

SVMMARIVM.

1 *Infames repelluntur à teſtificando, etiam ſi ſint infames infamia facti.*
2 *Teſtimonium meretricum ſimul cohabitantium contra clericum non probat.*

Digitized by Google

Depoſitiones duarum meretricum, an coniungatur?

DECISIO CXLVI.

FVit dictum in Cur. Archiepiſc depoſitiones duarum meretricum aſſerentium vidiſſe clericum exoneraſſe, ſeù exploſiſſe ſclopetum aduerſus aliquem, non conuincere clericum prædictum, ad finem probandi dictam exonerationem. In criminalibus enim, probationes debent eſſe luce meridiana clariores, ex l.fin.C. de probat. quæ nullatenus inducuntur ex talibus depoſitionibus, ſecundum Iaſ.communiter receptum in l.cunctos populos num.54.C.de ſumm.Trin.& fid.cath.& gloſ.in l.3.§.lege in verb.palam ff.de teſtib Atque hoc eſt adeò verum, vt mille depoſitiones prædictarum perſonarum non probent, dixit Alex.conſ.11. vol.1. Alb.conſ.17.nu.6 & ſeq. Mandell.conſ.29.vol.
1 1. In quo aſſerebatur ratio cur prædictæ perſonæ non conuincunt, & eſt, quia cum ſint infames, repelluntur à teſtificando, ita Innocent.in cap.cum primum de accuſat. Cardin. in clem. tanta nu.7.& ſeq.de ſimon.cum alijs, quos allegat Perrenot.in tract.de teſt.q.12. Alex.in cita-
2 to conſ.11. in princip.vol.1.qui voluit: Infames etiam ſola infamia facti, vt ſunt meretrices, ſecundum ſupradictos Doctores eſſe repellendos à teſtificando, & conſequenter non conuincere, per text. in l. ſciant cuncti C. de probat.& per cap.teſtimonium de teſtibus, vnde Rota Lucenſ.teſte Magon.in deciſ 89. vol.2. cenſuit meretricibus, & omnibus alijs ſimilibus perſonis, in quibus nulla fides, nullam etiam adhibendam eſſe fidem. Accedebat, quod ſupradictæ meretrices erant cohabitantes, quæ de iure, nec indicium, nec probationem faciunt, Pariſ. conſ.59.nu.74.vol.4. Barbat.conſ.3.nu.26. vol. 2.& Magon.citata deciſ.nu.4. Dicebatur tãdem repellendas eſſe, nam deponunt contra clericum, argum.text.in cap.de cætero de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Pro conſtructione cappellæ, poteſt cogi vicinus ad vendendam domum.*
2 *Cappella, & Eccleſia in multis æquiparantur.*
3 *Eccleſiæ appellatione continetur omnis locus pius.*
4 *Tempore interdicti quemadmodum in Eccleſia non poteſt celebrari, ita in cappella.*

An pro ampliatione Cappellæ, vicinus poſſit cogi ad vendendam domum ad intellectum text. in l. ſi quis ſepulchrum ff.de relig.& ſumpt. funer.

DECISIO CXLVII.

FVit dubitatum in Cur. Archiepiſc. an regula l.ſi quis ſepulchrum ff.de relig.& ſump. fun. quæ vult poſſe cogi vicinum ad ſuam domum vendendam pro Eccleſiæ ampliatione, procederet, etiam pro ampliatione alicuius
1 Cappellæ, vel Oratorij, & fuit reſolutum affirmatiuè, nam appellatione Eccleſiæ, venit quoque, & ipſa cappella, Rub.conſ.19.nu.6. & ſeq. Hinc eſt, quod cappella ſicut Eccleſia non poteſt fundari abſque conſenſu Epiſcopi, Concil. Trid.ſeſſ.23.cap.3.de reform. Item in cappella quemadmodum in Eccleſia nõ poteſt celebrari Miſſa, non præcedente Ordinarij authoritate cap.nemo de conſecr.diſt.1. & cap.vnicuique
2 eod.tit. & cappella ſicut Eccleſia ſubeſt viſitationi Epiſcopi cap.fin.de cenſib. & text.in cap. authoritate de priuileg.in ſexto. Item cappellis competit reſtitutio in integrum, quemadmodũ Eccleſijs, Abb.in cap.nulli nu.5.de reb.eccl.nõ alien.Felyn.in cap.fin.nu.6.de except.& conferunt latè tradita per Barz. in deciſ.Rot.Bonon. 64. & prohibitio alienationis, iuxta terminos extrauag. ambitioſæ de reb.eccl. non alien. extenditur quoque ad bona Cappellarum, & Oratoriorum Magon.in deciſ.Rotæ Florent.19. Benint.in deciſ.Bonon 13.latiſſimè Guttier.lib.1. Canonic.quæſt cap.9.& cappella habet etiam priuilegium immunitatis Eccleſiæ, Abb. in cap. inter alia, & in cap. Eccleſiæ de immunit. eccleſ.regul.4.limit.26. vide Anchar.in cap.authoritate de priuil.lib.6.

Accedat ſupradictis, quod cum priuilegium prædictum ampliationis ſit Eccleſijs conceſſũ,
3 congruum erit extendi quoque ad cappellam: Eccleſiæ enim appellatione continetur omnis locus pius, vt notabiliter voluit Io Andr.in cap. ſi aduerſus nu.1.de reſtit.in integr.lib.6.Roch. de Curt.de iurepatron. verb.Eccleſia nu.10. & proinde priuilegia conceſſa Eccleſijs in genere, competunt etiam cappellis, & ſic, quod poſſit cogi Dominus domus vendere pro earum ampliationẽ: Cappella enim, vt dixi, eſt locus Eccleſiaſticus, & pius erectus ad diuini cultus augmentum, & ſuffragia animarum facienda pro fidelibus defunctis, Roch.loc.cit. nu.13.cũ dicatur locus in Eccleſia, vel extra Deo conſecratus, cap. Eccleſia de conſecrat. diſt.1.cap. ad hæc de relig.dom.Paul.de Cittad.de iurepa-
4 tron.par.3.cauſ.1.nu.72. Vnde quemadmodum tempore interdicti non poteſt in Eccleſia celebrari cap.alma mater de ſentent. excomm. lib. 6. ita in cappella, gloſ.in clem.2.verb.cappellis de ſent. excomm. & ibidem Cardin.in opin.1. Io.Andr.in cap.cum 2.nu.5. de hæret.lib.6. facit etiam, quod quælibet cappella, vel altare dicitur etiam Eccleſia, & Eccleſiæ appellatione continetur cap.cum cappella de priuil.in ſexto, cap.1. de cappell. monach. Aufrer. in addit.ad deciſ.Cappell.Thol.57. Rebuff.de pacific poſſ. nu. 89. Vbi enim eſt eadem ratio ibidem debet eſſe eadem iuris diſpoſitio l.illud ff.ad l.Aquil. Alex.conſ.52.nu.3.vol.4. Cæphal.conſ.1.nu.33. vol.1. Cappella enim acceſſoria eſt Eccleſiæ, & proinde eius vti debet priuilegijs gloſ.in d.cap. cum cappella verſ. in primo caſu de priuil.in ſexto, quam ſequitur, & approbat Alex.conſ. 193.nu.5.vol.2.

Quarè cum ex ſupradictis euidenter appa-
ret

Digitized by Google

ret cappellam æquiparari Eccleſiæ, & iura loquentia de Eccleſia extendi ad cappellam, ſequitur neceſſario diſpoſitionem d. l. ſi quis ſepulchrum eſſe extendendam etiam ad cappellam, vt pro illius ampliatione poſſit adſtringi vicinus ad vendendam domum prædictam, & regulam prohibitiuam extenſionis limitari, vbi tractatur de fauore piæ cauſæ, ſeù Religionis, prout hic, ita Bald. in l. ſi verò §. de viro nu. 5. ff. ſolut. matrim. Bart. in l. 1. nu. 15. C. de ſacroſ. eccleſ. Afflict. deciſ. 23. circa fin. in dubio enim illa ſentētia præualet, quæ fauet pijs locis vt probatur in l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer. cap. ſi duobus de ſent. & re iudic.

Non obſtat deciſ. de Franch. 123. per quam fuit dictum non eſſe cogendum quendam vicinum vendere ſuam domum pro ampliatione cappellæ S. Mariæ de Pignatellis, & S. Sophiæ. Reſpond. enim fuiſſe hoc denegatum, quia apparebat dictas cappellas non pro ipſarum ampliatione, ſed vt alijs particularibus complacerent petijſſe dictam ampliationem, quo caſu eſt deneganda audientia petentibus dicto modo, ex notab. deciſ. Guid. Pap. 411.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis varius dicitur, qui contraria deponit, ſiuè in eodem examine, ſiuè in diuerſis, vel negat, quæ prius dixit, & alijs modis, prout in nu. 1.*

2 *Si corrigendo primum dictum teſtis tempus expoſtulet non eſt audiendus, nā præſumitur velle cum parte loqui, vel de mendacio cogitare.*

3 *Si teſtis dicat primo ſe nihil ſcire, & poſtea de facti veritate deponat, nihil probat.*

4 *Teſtis, qui vnum dicit in iudicio, & poſtea extra iudicium contrarium fatetur, debet ſtari dicto in iudicio.*

Teſtis varius quis dicatur?

DECISIO CXLVIII.

1 IN Cur. Archiepiſc. non rarò contingit dubitari de teſtibus varijs, ex quo eſt notandum, quod teſtis varius dicitur ille, qui vel contraria deponit, ſiuè in eodem examine, ſiuè in diuerſis, vel primo per verbum credo, & poſtea aſſertiuè teſtificatur, vel primo ſe nihil ſcire ait, poſtea de facti veritate dèponit, vel primo teſtimonium affert, deinde ſe ita depoſuiſſe negat, vel quod extra iudicium affirmat, poſtmodum contrarium, ſeù aliud in iudicio, deinde illud idem reuocat extra de his omnibus, quid veritatis, quidq; fidei habeant, quiduè operentur videndum eſt. Itaq; ſi teſtis in eodem examine contrarium deponat, nec contrarietatis cauſam iuſtam, ſeù rationabilem affert, minimè eſt credendum illi, argum. cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & propr. Alex. conſ. 20. nu. 3. lib. 4. Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 13. nu. 8. quod verum eſt ſi cōtrarium depoſuerit circa factum principale, aut circa qualitates ſubſtantiales reijciendus eſt, illiuſq; primo dicto credendum, ſi coram Tabellione ſolo depoſuit, non autē circa extrinſeca, Clar. q. 53. verſ. quartus eſt caſus, ſi autem in diuerſis iudicijs contraria dixerit, cum vtrunque dictum, adhibito iuramento depoſuerit, velut periurus, & falſus puniri poteſt, affirmant omnes Doctores, nemine contradicente, illiſq; non eſſe fidem adhibendam, ſed ſi in ſecundo examine primum dictum per ſe ipſum reuocauerit, ſecundo dicto ſtandum eſt, Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 29. nu. 7. quod intelligendum eſt, ſi ante triduum reuocauerit, nam poſt triduum, vltimo dicto illius non creditur, præſumitur enim ſubornatus, Cæſar de Graſſ. deciſ. 21. nu. 11.

Similiter dicendum erit, quod ſi primum examen nequaquam fuiſſet validum, ſecundum autem validum, tunc ſecundæ huiuſmodi teſtis depoſitioni vtique ſtandum erit, neque teſti nocere debet, quod contrarium in iudicio, (quod nullum erat) depoſuerit, gloſ. in cap. cum cauſam de conſtit. Clar. d. q. 53. verſ. tertius eſt caſus circa fin. ſed ſi in ſecundo examine non dicit ſe in primo erraſſe, ſi illa dicta poſſunt per Iudicem concordari, concordanda ſunt, Imol. in l. qui bona ff. ſi quis ſtipul. verſ. nota ex teſtib. Abb. in cap. cum tu de teſtibus, quod ſi concordari nequeant, & admonitus ipſe teſtis de huiuſmodi contrarietate dicat, ſe velle primum dictum corrigere, incontinentiq; corrigat, admittendus eſt, cap. præterea de teſtibus, illiq; credendum, Farinac. q. 66. nu. 227.

2 At ſi in corrigēdo primum dictum tempus expoſtulet, non eſt audiendus, Farinac. loc. citat. nu. 228. ſed vt falſus, ac periurus puniendus erit. Præſumitur enim illum velle, aut cum parte loqui, aut de mendacio cogitare, docet Couarr. loc. cit. & eius primo dicto ſtandum eſſe, tradit ibidem Farinac. vbi ſupra nu. 245. verùm teſtis huiuſce depoſitio, non ſufficit ad torturam, ſed tantummodo ad inquirēdum, & illius fides erit diminuta, Farinac. loc. cit. nu. 164. & 250. quod ſi teſtis primo deponat per verbum credo, deinde loquatur aſſertiuè, ſecundo dicto illius tribuetur fides, gloſ. l. de tutela verſ. probata C. de in integr. reſtit. minor.
3 Si autem ipſe teſtis dicat primo ſe nihil ſcire, poſteaq; de facti veritate deponat, nihil profecto probabit, Clar. d. q. 53. verſ. ſed quid ſi teſtis, Farinac. q. 66. num. 329. & ſeq. eo namq; caſu correctioni locus non eſt. At verò ſi teſtis in ſecundo examine dicat, ſe in primo non ita depoſuiſſe, vt in actis reperitur, licet hoc regulariter in iudicijs nequeat euenire, cum in eis nedum Notarius, verùm & Iudices adſint, & ipſe teſtis proprio ſubſcribat examini, tamen ſi tractatur de falſo teſte puniendo, tàm ipſi teſti, quàm Notario creditur, Specul. tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed pone, Clar. loc. cit. verſ. quintus eſt caſus, & eodem lib. 5. §. falſum verſ. pone teſtis, quod ſi agitur, cui credendum? reſponde, quod ſit credendum Notario magis, quam teſti, Clar. vbi ſupra, ſin autem aliquis di-
4 xerit extra iudicium vnum, & poſtea contrariū in iudicio fatetur, ſi id, quod extra iudicium dixit, non fuit iuramento firmatum, ſtandum eſt dicto poſteriori, quod depoſuit in iudicio, Fari-

nac.

Digitized by Google

nac.d.q.66.num.193. dictum enim iuramento, præfertur non iurato, Alex.conſ.74.nu.8.lib.1. conſ.222.nu.15.lib.2.& conſ.66.nu.20.lib.6.Felyn.in cap inquiſitionis §.tertiæ in fin. de accuſat.Couarr.lib.2.variar.reſolut.cap.13.nu.7.huius tamen teſtis fides debilitata eſt. Aretin.cõſ. 71.nu.1.in fin.Boſſ.tit.de oppoſit. contra teſtes nu.3.Farinac.loc.cit.nu.226. quare torquendus erit,& illi dicto credendũ, quod in tortura firmauerit.Clar.d.q.53. verſ.primus eſt caſus poſt medium. verùm ſi, quod extra iudicium effatus eſt,iuramento quoque firmauit, de periurio,& falſitate poterit condemnari,Boſſ.loc.citat.& nullo illius dicto fides adhibenda eſt,ſine tortura, ſi verò quod in iudicio affirmauit, & extra iudicium reuocauit,primo dicto illius iudiciali iuramento firmato, vbiq; ſtandum erit, Clar.loc.citat. verſ.ſecundus eſt caſus,licet huiuſmodi reuocationem in articulo mortis faceret,Bart.in l.ſi quis moriens in fin. ff.ad ſyllan. Couarr. & Clar. vbi ſupra, Cæſar de Graſſ.deciſ.21.nu.11.

Tamen generalis concluſio in hac materia illa eſt, quod teſti vario fides haud habeatur, cap.cum Eccleſia de cauſ.poſſeſſ.& propr. Farinac.vbi ſupra nu 13.quarè vt illi præſtetur fides, torquendus erit, Clar.q.25.verſ.item teſtis varius.Farinac.d.q.66.nu.98.& 100. Iudicis autem arbitrio,leuior, grauiorue tortura, iuxta perſonæ varietatem,ac qualitatem delicti adhibenda erit, punitur teſtis varius de falſo, Farinac.d.q.66 nu.55. & iuxta prædicta paſſim obſeruatur in Cur.Archiepiſc.

SVMMARIVM.

1 *Edicta ſunt temporanea,& expirant morte conditoris.*

2 *Ordinationes factæ in Synodo Diœceſana, ſiuè Prouinciali ſunt perpetuæ.*

Pœna inflicta per edictum Archiepiſcopi contra Clericos arma portantes, an poſſit ſede vacante executioni demandari.

DECISIO CXLIX.

FVit dubitatum, an edictum Illuſtr. Archiepiſc. in quo ſancitur pœna triremium per ſeptennium contra clericos arma portãtes, habeat locum ſede vacante,& ſic mortuo Archiepiſc.in quo articulo dicebatur,quod gloſ.in capit.2.§.ſtatuto de conſtit.in ſexto dicit Statuta, & Conſtitutiones Epiſcoporum eſſe perpetua, quemadmodum ſtatuta Legatorum, allegat text.in cap.vltimo, & ibi latiſſimè Panorm. & reliqui de offic.Legat.Bald.conſ.191.num.7. vol.1.Item dicebatur de natura legis,ſeù ſtatuti eſſe, quod ſit perpetuum, & omnes obligare cap cognoſcentes de conſtit. & text.in l.lex ſacratiſſima C de leg b.

Sed in hoc ſtandum eſt infra dicendis,nam fuit reſolutum contrarium,nempè ſupradictam pœnam non poſſe infligi, & ratio eſt, quia edi-

1 cta ſunt temporanea, & expirant morte conditoris,Bald.& Doctor.in l.5. ff.de verbor.ſignif. Firman. in tract. de Epiſcopo 2.par.lib.4. q.15. ſ l.26.Secus in ſtatutis Legatorum,quę sũt perpetua: ratio diuerſitatis eſt, quia quoad Legatum,reperitur in iure cautum,ſed in Epiſcopo nequaquam,fallit hoc in edictis, ſeù ordinatio-

2 nibus factis in Synodo Prouinciali,vel Diœceſana,quæ ſunt perpetua,& non expirant morte conditoris, Nauar.in manual.cap.27.nu.2. Ratio eſt, quia tunc illa edicta, ſeù conſtitutiones habent vim Legis, & Canonis, ac ita intelligitur de excommunicatione,& caſibus reſeruatis in Synodo Prouinciali,ſeù Diœceſana,nam sũt perpetua: imò Abb. in cap.à nobis de teſtibus nu.12. dicit eſſe perpetua facta à Capitulo ſede vacante,niſi reuocentur per Epiſcopum de nouo creatum, hoc intellige, exceptis Synodalibus,prout ſupra,ita Nicephor.in hiſtoria tripartita lib.1.cap.9. vbi inter cætera ab Imperatore Conſtantino ſancita in fauorẽ authoritatis Epiſcopalis aſſeruit, decreuiſſe inconuertibiles eſſe terminos Synodales, Hoſtienſ.in ſumma tit. de offic.Legat.§.quid pertinet num.7. cum alijs allegatis,& §.in quo loco.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrans Neapoli ſine licentia, eſt ſuſpenſus ipſo iure.*

2 *Amiſſio dimiſſoriarum poteſt probari per teſtes.*

Sacerdos celebrans abſque licentia Cur.Archiepiſc. qua pœna punitur?

DECISIO CL.

1 FVit pluries reſolutum in Cur. Archiepiſc. Neapol Sacerdotem Miſſam celebrantem in Ciuitate, & Diœceſi Neapolis abſque licentia Curiæ prædictæ,eſſe ipſo iure ſuſpenſum, pro qua deciſ.facit Concil.Trid. ſeſſ.22. cap.4. vbi quilibet peregrinus abſque dimiſſorijs ſui Ordinarij, non debet admitti ad Miſſarum celebrationem,prout etiam notatur in cap. vnico de clericis peregrinantibus.qđ adeò verum eſt,

2 vt amiſſis dimiſſorijs debent arceri à celebratione: licet per indicia, & teſtes poſſit probari amiſſio ipſa, & conſequenter qualitas Sacerdotis cap.2.& 3.de cleric.peregrin. cap.nullus 98. diſt.Guid.Pap.deciſ.445.& in deciſ.479.ex quibus omnibus poteſt argui ad licentiam celebrandi in Ciuitate: nam vt ſupra dixi,qui celebrauerit Miſſam abſque licentia erit ipſo facto excommunicatus,quę excommunicatio eſt impoſita in Synodo Diœceſana,vt teſtatur Afflict. in conſtit.Regni in principio præludij.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas, vel inhabilitas teſtium, conſideratur tempore eorum depoſitionis.*

2 Pubes

Digitized by Google

2 *Pubes teſtificari poteſt de eo, quod vidit in pupillari ætate, dummodò quando erat in dicta ætate pupillari cognoſceret, quod gerebatur.*

3 *Quando teſtis adhibetur ad ſolemnitatem actus, vt in teſtamento, vel inſtrumento, debet attendi conditio ipſius tempore actus, in alijs verò attenditur tempus depoſitionis.*

Duo teſtes, qui deponunt de his, quæ viderunt in minori ætate, an conuincant.

DECISIO CLI.

MAgna fuit controuerſia in Cur. Archiepiſc. inter Dominos Iudices ſi depoſitio duorum teſtium maiorum, teſtificantium de his, quæ viderunt in ætate minori probet, & conſequenter conuincant, & ex illis dicebant aliqui partem negatiuam, ex eo, quod teſtium depoſitio retrò trahitur, & regulatur iuxta têpus actus geſti, argum. text. in cap. forus, & eorum, quæ ibi latiſſimè notantur de verbor. ſignif. vnde cum tempore actus geſti, & ſic commiſſi delicti, reperirentur inhabiles, tanquam minores, l. inuiti ff. eod. tit. & l. de minore ff. de quæſtion. Propterea videbatur dicendum non probare, & conſequenter non conuincere.

Sed ego cum alijs contrarium dicebam: nam
1 habilitas, vel inhabilitas teſtium, conſideratur tempore ipſorum depoſitionis, prout eſt text. expreſſus in l. cum lege, & ibi Bart. ff. de teſtamentis, & hoc eſt generale in qualibet materia, prout in teſtamentis, in quibus inſpicimus conditionem teſtium tempore ipſius teſtamenti l. ad teſtium §. conditionem ff. citato titulo. Hinc eſt, ſi aliquis tempore depoſitionis erat bonæ famæ, licet amiſerit poſtea, redditur depoſitio inualida, ſecundum Bart. in citata l. ad teſtium ff. de teſtam. Bald. conſ. 62. vol. 1. & facit ad hoc text. in l. notionem §. inſtrumentum ff. de verbor. ſignif. & ex his colligitur, poſſe cœcum teſtificari de his, quæ in lumine viderat, ſecundum Specul. in tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed nunquid factus pubes, Bart. in citata l. ad teſtium num. 6. Accedebat quoque, quod voluit in proprijs terminis idem Specul. in ſupra cit. tit. verſ. ſed
2 nunquid, vbi afferit puberem poſſe teſtificari de eo, quod viderat in pupillari ætate, cuius opinionem referunt, & ſequuntur Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quod tamen intelligimus procedere ſolum, ſi quando viderat erat impubes talis ætatis, quod poterat cognoſcere, quod gerebatur, & probatur in l. excipitur §. 1. ff. ad Syllan. & Bart. in citata l. ad teſtium nu. 6.

Non obſtat text. in l. notionem §. inſtrumentum ff. de verbor. ſignif. vbi conditio teſtis in-
3 ſpicitur tempore actus, quo celebratur, nam intelligitur quando teſtis adhibetur ad ſolemnitatem actus, vt in teſtamento, vel in alio inſtrumento, ſecus quando non adhibetur ad ſolemnitatem actus, ſed aliter occurrit vidiſſe aliquid, vel audiuiſſe, nam tunc inſpici debet tempus depoſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Parochiani cogi non poſſunt ab Epiſcopo ad miſſam, concionemuè in Parochia audiendam, neque ad addiſcenda ibidem chriſtianæ pietatis rudimenta.*

An Epiſcopus poſſit interdicere, ne alibi quam in Parochia, Miſſa, ac Concio audiatur à Parochianis.

DECISIO CLII.

PArochiani cuiuſdam Parochiæ habuerunt recurſum ad Cur. Archiepiſc. de quadam prohibitione, & præcepto facto à quodam Ordinario, qui ſtatuerat, vt omnes Miſſam, & Cōcionem non alibi, quam in Parochia propria audirent, fuit dubitatum, ſi de iure fieri potuiſſet, dicebat vnus ex Dominis affirmando per text. expreſſum in cap. vt Dominicis de Paroch. vbi habetur Presbyteris Parochiarum Dominicis diebus, & feſtiuis Parochianos alienos ad Miſſam admittere non debere, ex quo patet poſſe cogi audire Miſſam in propria Parochia. Supradictis accedebat, quod in caſu abſentiæ licita eſt Miſſæ auditio in aliena Parochia, cap. Epiſcopi 7. q. 1. vbi ex iuſta cauſa abſens bene poteſt audire Diuina in Eccleſia ad quam venit cap. Primatus 9. q. 2. ergo regula videtur in contrarium; & pro hac eadem opinione adducitur text. in cap. nullus de Paroch. vbi Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentia ordinare non poteſt, ergo neque ad Miſſam alibi audiendam, quam in propria Parochia
1 debet admittere. Sed fuit reſolutum cōtrarium vigore declarationis Sac. Congreg. de qua per Victorell. ad Nauarr. cap. 25. cuius tenor eſt: Parochianos cogi non poſſe ab Epiſcopis ad Miſſam, Concionemuè in Parochia audiendam, neque ad addiſcenda ibidem chriſtianæ pietatis rudimenta.

SVMMARIVM.

1 *Itineris arreptio habet vim appellationis, dummodo itineris arreptio ſit infra decem dies, & ſeruentur alia neceſſaria ad appellationem.*

2 *Si arreptio itineris ad Papam fiat ante cauſam cæptam, ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis inferioris, quando cauſa eſt probabilis.*

Itineris arreptio, an obtineat vim appellationis.

DECISIO CLIII.

1 FVit pluries dictum in Cur. Archiepiſc. itineris arreptionem habere vim appellationis, quando ſit poſt cauſam cæptam, & grauamen illatum, vel ſaltem comminatum, ſiuè fiat in propria perſona, ſiuè non, aut per Nuncium, dumtamen ex cauſa apponatur, Io. Andr. de appell.

Digitized by Google

pell. cap. dilecti, quod procedit quando certum eſt, quod propter hoc adit ſuperiorem, vt de grauamine conqueratur, & proceſſum contra ſe habitum petat reuocari, & iter arripitur infra decem dies à die grauaminis, & omnia ſeruet, ſecundum naturam appellationis, quia iter arripiens, non poteſt de facili habere copiam Iudicis à quo appellat, alias itineris arreptio nō haberetur pro appellatione, niſi metu Iudicis quis non auderet appellare, vel eſſet tanta occupatio, quod non poſſet ſcribere appellationem, & formare, & tunc debet dicere hoc verbo in præſentia Iudicis, vel ſaltem Iudici, vel Aduerſario, ſeu eorum alteri, infra tempus appellandi intimare, alias itineris arreptio non haberet vim appellationis iudicialis, licet quandoq; poſſit valere vt extraiudicialis. Tu dic, qđ habet vim iudicialis, dummodò ſeruentur illa, quæ poſſunt interuenire ſecundum naturam appellationis. Dom. Anton. de appellationibus cap. vt debitus 7. col. verſ. appono ſecundum hoc, vbi autem itineris arreptio fit ad Papam
2 ante cauſam cœptam, tunc ſi ſit in propria perſona ſuſpendit iuriſdictionem inferiorem ſententiæ, ſiuè ſit Ordinarius ſiuè ſit Delegatus, & hoc per titulum de clericis peregrin. Non ex eo, quod habeat vim appellationis, ſed quia ex cauſa itinerantes ad Papam eximuntur ab inferioribus Iudicibus, quando cauſa eſt probabilis, qui autem ſine ea eunt, non gaudent hoc priuilegio, ſed poſſunt citari domi, & ferri ſententia contra eos, vt notatur in d. cap. vt debitus. Quod autem dicitur itineris arreptionem ſuſpendere ante cauſam inceptam iuriſdictionem, limita quando arripitur ante notitiam literarum, ſecus ſi poſt notitiam habitam, quia tunc dolosè facere videtur. Item ſecus quando iter arripitur, non in propria perſona, ſed per Nuncium, Anton. de appellat. cap meminimus, quod limita, quando Nuncius mittitur pro reſtitutione aduerſus ſententiam, quam non poteſt inferior concedere. Item habet vim ſuſpenſionis, & expectabitur Nuncius, ne prius mandetur ſententia executioni, & hoc maximè in ijs, quæ conſueuerunt impetrari per Nuncios, vt Collegia, magni Prælati, Principes, & Senatus. Item ſi Nuncius mittitur pro conſultando ſuper dubio noue occurrente, & non conſuetè, quo caſu debet expectari reſponſum, vt notat Anton. in d. cap. vt debitus de appellation.

SVMMARIVM.

1 *Noua indicia ſunt illa, quæ differunt à primis in ſpecie.*
2 *Si teſtes repetantur, non dicuntur noua adeſſe indicia.*
3 *Si noua indicia ſunt impertinentia, non debet repeti quæſtio.*

Indicia noua, quæ dicantur, vt tormenta iterari poſſint?

DECISIO CLIV.

IN Cur. Archiepiſc. fuit ſepè dubitatum, quæ dicantur noua indicia, vt poſſet iterari tortura, & fuit dictum, quod Angel. Aret. in tract. maleſic. in verb. ſama, in materia torturæ 3. q. princip. verſ. quæro quæ dicantur, tenet dici noua indicia, quæ differunt à primis in ſpecie, &
1 ſubſtantia, & ponit ibi exemplum ſicut de nouis capitulis cap. fraternitatis de teſtibus, & ideò
2 ſi teſtes prius examinati ſuper ſama, iterum fuerint repetiti ſuper eodem indicio, tunc non dicitur eſſe noua indicia, ſed potius noua probatio, ideò non poterit repeti ad tormentis, ſi
3 tamen noua indicia eſſent impertinentia, non propterea debet repeti quæſtio, ſecundum dictum Angel. in tract. maleſic. vbi ſupra, de quo etiam habetur per Brun. in tract. torturæ in 2. par. princip. q. vlt. circa finem, hæc ex Franc. Marc. deciſ. 250.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum quamuis generalia, non ligant in foro Eccleſiaſtico.*
2 *Ritus de liquidatione inſtrumentorum, fuit approbatus per Conſtit. Synodal. Neapol.*
3 *Clericus citatus ſuper tenore inſtrumenti, ſi comparet, & allegat ſolutionem, & offert cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, niſi oſtenderit ſatiſfactionem non carceratur.*

In liquidatione inſtrumenti contra clericum in Cur. Archiepiſc. an ſeruetur Rit. Mag. Cur. Vic. 166.

DECISIO CLV.

LIcet Bart. in l. cunctos populos C. de ſacroſ. eccleſ. velit, quod ſi ex ſtatuto laicorum, inſtrumenta habent exequutionem paratam, debet tale ſtatutum ſeruari, etiam in foro Eccleſiaſtico cōtra clericos: nihilominus hæc Bart. doctrina communiter reprobatur, nam ſtatuta
1 laicorum quantumcunque generalia, & rationabilia non debent ſeruari in foro Eccleſiæ, nec ligant clericos, vt tenet expreſsè Ant. de Butr. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. col. 5. Nauar. conſ. 4. num. 5. de conſtit. lib. 1. vbi annectit etiam, ſententiam Bart. communiter damnari per Canoniſtas, Felyn. Anchar. & alij concorditer ſequentes doctrinam Hoſtienſ. in cap. fin. extra de ſolution. & in ſumma in tit. de cōſuet. §. de veritate, eandemq. ſententiam Bart. damnauit Salyc. in auth. caſſa C. de ſacroſ. eccl. & reliqui communiter in cap. quod clerici de for. compet. poſt Bald in cap. cum cauſam de re iudic. Lapus allegat. 106. Soccin. conſ. 56. & conſ. 14. vol 4.

In Cur. tamen Archiepiſc. Neap. practicatur dictus Rit. Mag. Cur. Vic. quod inſtrumenta liquidantur, & habent exequutionem paratam contra clericos, ſeruata forma dicti Ritus, qui
2 eſt approbatus per conſtit. Synodalem 54. cuius appro-

Digitized by Google

approbationis ratio eſt, non ex eo, quod habeat aliquam vim obligandi Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, ſed quia cum contineat in ſe quid honeſtum, & conforme æquitati, rationabile fuit dictam æquitatem ab Eccleſia inter clericos ſtabiliri, & ideò ligat clericos, non quia ritus eſt, ſed quia lex Eccleſiaſtica ſit, & ad prędicta facit text. in cap. cum veniſſent de eo, qui mittitur in poſſeſſionem, ſequitur Couarr. practic. quæſtion. cap. 8. nu. 5. quem refert Galter. de liquidat. inſtrum. par. 2. 2. part. princip. nu. 4. & conferunt diſcuſſa per Carauit. in d. rit. 166. nu. 37. & 39. ex quibus omnibus concludo poſſe agi remedio dicti ritus in Cur. Archiepiſc. contra clericos, ſtante quod eſt approbatus à Synodo Diœceſana, maximè cum ſit clericus in dicta Cur. Archiepiſc. citatus ſuper tenore in-
3 ſtrumenti, ſi compareat, & allegat ſolutionem, & offert cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, caſu quo non oſtenderit ſatisfactionem, non carceratur, ſed cum cautione prædicta datur ei terminus, decem, viginti, aut etiam triginta dierum ad probandum ſolutionem, ſed ſi allegat alias exceptiones, quæ in promptu non impediunt liquidationem non auditur, niſi in vinculis, vel facto depoſito. & quoad hoc antiqua obſeruantia Curiæ derogauit dictam cõſtitutionem Synodalem 54. quæ concedit terminum comparenti, ad probandum quidquid voluerit contra inſtrumentum, & ita ſeruatur, tàm in clericis, qui erant clerici tempore inſtrumenti, quàm in laicis, qui poſtea fuerunt effecti clerici.

SVMMARIVM.

1 *Seruus ſi in fraudem, vt ſe ſeduceret à ſeruitio Domini, clericum percuſſit, debet ire Romam pro abſolutione.*

2 *Filiusfamilias ſi percuſſit clericum, & viuit ſeorſum à patre, debet adire Romam pro abſolutione, ſecus verò ſi eſt in familia paterna, niſi hoc feciſſet in fraudem patris.*

3 *Serui, qui non ſunt ſeruilis conditionis, percutientes clericos, tenentur ire Romam pro abſolutione.*

Filij familias, aut ſerui pro iniectione manuum in clericos, à quo abſolui debent?

DECISIO CLVI.

PLuries fuit dubitatum in Cur. Archiepiſc. de filio familias, aut ſeruo, qui non ſunt ſui iuris, an pro violenta manuum iniectione in clericum poſſint abſolui ab Epiſcopo, an verò
1 debeát accedere ad Romanam Curiam? & fuit dictum, quod in ſeruo, eſt diſtinguendum ſecũdum cap. relatum de ſentent. excomm. videlicèt, aut fecit hoc in fraudem, nempè vt ſe ſeduceret à ſeruitijs Domini ſui, aut non. Primo caſu poteſt abſolui ab Epiſcopo, & in recompenſationem laborum itineris debet eis alia ſatisfactio iniungi, & hoc verùm eſt, niſi exceſſus ſit grauis, & enormis. ſi verò alias euenit, debet accedere ad Romanã Curiam, cum ſit plus Deo quam hominibus deferendum d. cap. relatum de ſentent. excommun. Sed in filio familias aliter iudicabitur, nam debet mitti ad Curiam, niſi ſit infra pubertatem. ſecundum gloſ. & Innoc. in cap. Mulieres de ſentent. excomm. licet Hoſtienſ. ibidem teneat in filio familias, ſicut
2 in ſeruo, ſed Io. Andr. diſtinguit, aut filiusfamilias viuit ſeorſum à patre, & tunc debet accedere ad Curiam, aut eſt in familia paterna, & tunc procedit opinio Hoſtienſ. quia non debet iniqua conditio filij eſſe nocumento patri. Ant. de Butr. diſtinguit etiam, aut filiusfamilias habet aliquid ex ſuo proprio ære, & tunc tenetur ire alias ſecus, ſed Panorm. ibi tenet contra Butr. quia alias in homine ſui iuris, quando non haberet vnde expenderet, non teneretur adire Curiam cap. quamuis de ſentent. excomm. & pariter non procedit opinio. Io. Andr. quia filiusfamilias in delictis obligatur, ſicut ſi eſſet ſui iuris, cum in delictis non attendatur patria poteſtas l. tam ex contractibus ff. de iudic. iuxta notata per gl. ff. & Doctor. in l. cum non ſolum §. neceſſitatem C. de bon. quæ liber. quia ad id reſpondetur ſecundum Panorm. in d. cap. Mulieres, quod iſtud procedit in abſolutione ex benigna interpretatione, & conceſſione Papæ: nec obſtant iura, quæ excuſant ſolum pueros & non maiores, cap. quamuis cap. vltimo de ſentent. excomm. quia loquuntur, quando ſunt ſui iuris, ſecus ſi ſint in poteſtate alterius, ſecundum Panorm. ibi, Diuus Anton. in ſumma 3. par. tit. 24. cap. 1. §. 3. tenet in ſeruis debere intelligi, quando ſunt ſeruilis conditionis, ſecus de famulis ſeruientibus: iſti enim tenentur pe-
3 tere Romam, filij verò familias, ſi ſint impuberes, & doli capaces debent abſolui ab Epiſcopis. ſi verò ſint adulti debent adire Curiam, ſed Panorm. in d. cap. mulieres tenet contrarium, de quo ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Omnis conſtitutio de ſui natura eſt retractabilis, & mutabilis, habito reſpectu ad temporis mutationem.*

2 *Ceſſante cauſa, ceßat priuilegium.*

3 *Qui condit legem, poteſt eam deſtruere.*

Capitulum Eccleſiæ, an poſſit reuocare ſtatutum iuratum?

DECISIO CLVII.

SÆpè fuit dubitatum inter Dominos Canonicos Capituli Eccleſiæ Neapolitanæ, ſi potuiſſent reuocare quædam eorum ſtatuta facta pro ipſorum regimine iurata, & prima facie videbatur negatiuè concludendum, quia nemo poteſt in facto proprio diſponere, authorizando, clem. n. 2. de reb. eccl. non alien. & ſic debet eſſe diſtinctio inter agentem, & patientem cap. fin.

fin.de inſtit. & ibi Abb.Panorm.nu.4.notabiliter, vbi etiam alia adducit.

His non obſtantibus contrarium fuit dictum
1 ex infraſcriptis. Primò, quia omnis conſtitutio de ſui natura eſt retractabilis, & mutabilis, habito reſpectu ad temporis,& conditionis mutationem cap. non debet de conſanguin. & affin. cap.1. §. hæc ſancta de ſumm. Trinit. & iuramentum conſtitutioni adiectum,in tantum durare debet, in quantum natura conſtitutionis, tanquam principalis durat, nec debet durare vltra conſtitutionis tempus cap. ex literis de conſtit. cap.venerabilem in fin.de elect. & nec de tali tempore videtur cogitatum, & ſic non venit extendendum ad incognita, cap. Quintauallis, & cap.clerici de iureiur., ſicut etiam ceſ-
2 ſante cauſa, ceſſat priuilegium, cap. ad audientiam de eccleſ.ædific. cap.& hoc diximus 16.q.
3 7. Secundo facit, qui enim poteſt condere legem, poteſt eam deſtruere l.omni innouatione C. de ſacroſ. eccleſ. & ſic conſtitutio mutatur voluntate Conditoris cap.certè 12. q.1. Nam par eſt vis ligandi,atque ſoluendi, cap.verbum de pœnit. facit text.in cap.cum ex iniuncto de hæret.in fine.

Prædicta tamen intelligenda ſunt cum moderatione,videlicèt, ſi ſinguli Canonici iurauerunt, ita vt iuramentum concernat obſeruantiam ſingulorum, tunc enim collegialiter ſtatutum reuocari poteſt, & non peccant, ſi verò iuramentum ſtringit ſingulos collegialiter, tūc non poſſunt contrauenire, niſi ex cauſa, Abb. notabiliter cap.dilecti de præbend. à nu.17. vſque ad fin. Idq; etiam ampliatur,vt procedat in ſtatuto Canonicorum confirmato à Sede Apoſtolica,nam adhuc à Canonicis reuocari poteſt, dummodò concernat fauorem Canonicorum, & non fauorem publicum, Felyn.in cap.cum acceſſiſſent nu.4.de conſtit.& confirmatio non fuerit neceſſaria, Felyn.ibidem, limitatur tamē quando actus tenderet ad cultum diuinum, vel quando verba Domini Papæ confirmantis ſonarent in præceptum, tunc enim non poſſet reuocari, Creſcent.deciſ.1.de pact.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt cauſam pendentem coram ſuo Vicario ad ſe auocare.*
2 *Geſta à Vicario poſt auocationem cauſæ non valent.*
3 *Epiſcopus non poteſt ad ſe auocare cauſam pendentem coram Ordinario inferiore.*

An Epiſcopus cauſam pendentem coram eius Vicario, poſſit ad ſe auocare?

DECISIO CLVIII.

1 FVit dubitatum, an Epiſcopus poſſit cauſam coram eius Vicario pendentem ad ſe auocare,& prohibere illi, ne iudicet in ea cauſa, & fuit dictum poſſe,vt ſcribit Gemin.in cap.licet nu.11.de offic.Vicar.in ſexto,dicens, quod Vicarius non poteſt poſtea ſe intromittere, quia facultas cognoſcendi dictam cauſam habetur pro reuocata,& poſt Lapum ibi relatum ſequitur Franch.col.2.verſ.ſecundo limita, Calderin. conſ.2.de offic.Vicar.& Abb.cap.vt noſtrum nu.2.Franch,notab.3. Dec.in princ.extra de appell. Felyn.in cap.quoniam in fin. extra de offic. Ordin. dicens Epiſcopum habentem Vicarium non prohiberi cauſas per ſe cognoſcere. Marant.de ord.iud.par.4.diſt.16. Gaſp.Gaball. in addit.ad conſtit.Ægid.lib.3.cap.17.nu.4.poſt Rip.in cap.cum M. nu.195. extra de conſtitut. Couarr.lib.practic.quæſt.q.1.cap.9. Bero.conſ. 22 nu.34.col.1.moti ea ratione,quia Epiſcopus poteſt ex toto reuocare Vicarium ad libitum, ita etiam ex parte,prohibendo illi ne iudicet in cauſa l.quæ de toto ff.de re iudic.cap.paſtoralis §.item cum totum de offic. deleg. prout etiam quia quilibet inferior auocando ad ſe cauſam coram Vicario ſuo pendentem,videtur eius iuriſdictionem ſuſpendere quoad illam cauſam, Abb.d.cap.vt noſtrum nu.3. vbi etiam Dec. & alij,& notatur in c.fin.de offic.Ordin.in ſexto.

Ampliatur, vt non ſolum prohibere poſſit Vicario,ne procedat in cauſa,verùm etiam Delegato ſui eiuſdem Vicarij, Bertach. de Epiſc. lib.4.par.5.tit.de Poteſt. & Author.Epiſc.circa Iudic.nu.52. poſt Bart.in l.iudicium ſoluitur ff. de iudic.

Ampliatur ſecundo,vt geſta Vicarij in illa
2 cauſa poſt auocationem, vel prohibitionem ab Epiſcopo factam,non valeant, Cappell.Thol.q. 480.vbi etiam Aufrer.& Dec.d.cap.vt noſtrum in princ.vbi Franch.not.3.in verſ.vltimo.

Declaratur, vt non poſſit ad ſe auocare cau-
3 ſam vertentem coram alio inferiore Ordinario, vt Archidiacono,vel Abbate.Bertach.d.tractat. de Epiſc.lib 4.par.5.tit.de Epiſcop.circa iudic. nu.41.poſt Archidiac.in cap.de perſona 11.q.1. Io.de Imol. in cap.paſtoralis extra de offic.Ordin. Franch.in cap.vt noſtrum notab.3. verſ.vltimo de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Regularis ex decreto Gregor.XIII.& declaratione Sacræ Congregationis, non poteſt obtinere beneficia curata,etiā ad tempus abſque diſpenſatione Apoſtolica.*
2 *Regulares non poſſunt obtinere beneficia ſecularia nec etiam in commendam.*
3 *Capitulum, quod Dei timorem de ſtatu monachorum,hodie eſt correctum.*

Canonicum Regularem eſſe incapacem obtinendi beneficia curata, latè oſtēditur,ad limitationem text.in cap. quod Dei timorem de ſtat.monachor.

DECISIO CLIX.

FVit in Cur.Archiepiſc. incidenter reſolutū Canonicum Regularem eſſe incapacem obti-

obtinendi beneficium curatum, cuius deciſ.ra-
tio eſt,quia beneficia regularia,ſecularibus non
ſunt conferenda cap.cum de beneficio de præ-
bend.in ſexto, & expreſsè diſponitur per Con-
cil.Trid.ſeſſ.14.cap.10.& ſeſſ.25.cap.21.de Re-
gular. Hinc ſtatuitur, ſi beneficium regulare
impetratur à clerico ſeculari, non facta mētio-
ne de regularitate, erit gratia nulla. Felyn.in
cap.noſtra nu.41. de reſcript. Io.de Selu.de be-
neſ.par.3.q.11.nu.122.Caſſad.deciſ.4.à nu.1.de
præb.ſicut è cōtra nō teneret collatio facta mo-
nacho de beneficio ſeculari, non facta mētione
ſecularitatis,cū ſecularia beneficia ſecularibus,
regularia regularibus conferri debeant, vt pro-
batur in d.cap.cum de beneficio de præb.lib.6.
Bellam.deciſ.171.incip.collatio facta canonico,
3 & hodie nulli Regulares etiam ſi ſint Canoni-
ci, habere poſſunt beneficia curata abſque di-
ſpenſatione Apoſtolica,nec in perpetuum, nec
ad tempus,& ita obſeruari videmus, & inſuper
eſt quædam declaratio Sac.Congregat. Concil.
Trident.cuius verba ſunt hæc: Sāctiſſimus Do-
minus Gregorius XIII. noluit licere Canonicis
Regularibus Congregation. Lateranenſ. etiam
de licētia ſui Superioris abſque permiſſu Sum-
mi Pōtificis aſſumere curam animarum, etiam
ad tempus, multoq; minus beneficium cura-
tum ad tempus, dicit etiam Mandoſ. in praxi
Signaturæ gratiæ in tit.de diſpenſ.monach. pro
obtinendis beneficijs, quod licet olim daretur
monachis diſpenſatio ad vnum beneficium cu-
ratum, contra cap. monachi in princ. de ſtatu
monach. Hodie tamen non admittitur, nec di-
ſpenſatur, prout in Bulla Pauli IV. continetur,
quæ eſt conſtitut. 28. ipſius in Bullario, & in
conſtitut. incip. Poſtquam Diuina bonitas, ſub
datum 13.Kalend Auguſti ann.1558. vbi etiam
diſponitur priuari quibuſcumque beneficijs,
etiam curatis Regularem, qui abſque Apoſtoli-
cā diſpenſatione illa obtinuit. & licet dicta
conſtitutio Pauli IV. fuerit redacta ad viam
iuris communis per Pium IV. in ſua conſtit.8.
quæ incip.Sedis Apoſtolicæ ſolertia, ſub datum
3.nonis Aprilis anno 1560. Tamen praxis ſem-
per admittit, quod tamen ſine Apoſtolica di-
ſpenſatione Regulares talia beneficia obtinere
non valeant,ſtante decreto Gregor.XIII.& prę-
dicta declaratione Concil. Trident. necnon
Regula Cancellariæ 42. generaliter prohibēn-
te, nedum titulum, ſed etiam commendam
beneficiorum ſecularium Regularibus dari.
4 Non obſtat text. in cap. quod Dei timorem de
ſtatu monach. vbi Canonici Regulares dicun-
tur capaces obtinendi beneficia curata, quia
5 correctio expreſsè apparet ex ſupra citatis no-
uiſſimis iuribus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro debito ciuili non carcerantur, nec re-
conueniuntur,niſi in quantum facere poſſunt.*

2 *Clericus ſpoliator non conuenitur ſuper fructibus,
niſi in quantum facere poteſt, ſecus ſuper præ-
benda,qua alium ſpoliauit.*

3 *Pendente iudicio, num clericus debeat gaudere
beneficio cap.Odoardus, nec poteſt carcerari.*

De obſeruantia Curiæ Archiepiſco-
palis de non carcerando Clericos pro
debito ciuili.

DECISIO CLX.

PRacticatur in hac Cur. Archiepiſc. quod
1 clerici pro debitis ciuilibus non carceran-
tur, per text.in cap. Odoardus de ſolut. & cap.
peruenit de fideiuſſorib. Afflict. ſuper conſtit.
Regn. lib.1. rubr.66. de cler.conu.nu.6.gloſ.in
cap.dilectis de appell.& ex hoc oritur, clericos
habere priuilegium ne reconueniantur, niſi in
quantum facere poſſunt,Cappell. Tholoſ.deciſ.
245.vbi vide etiam Addent.Ann.in cōſ. 124.nu.
8.lib.2. quæ obſeruantia procedit tàm in cleri-
cis cōſtitutis in ſacris, quàm in minoribus, imò
etiam prima tonſura,dummodò deferant habi-
tum,& tonſuram,& inſeruient alicui Eccleſię,
ſecundum Sac.Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.6.de re-
form.Ann.conſ.124.nu.4.& 6.Menoch.de arbi-
tr.iudic.caſ.183. Immò habet locum in clericis
conuentis ratione gabellæ,caſu quo ad tales te-
nerentur, Ægid.Thom.in tract.de muner.ſect.
ſeù 9.incip.videndum nunc eſt num.15. Item
procedit in clerico ſpoliatore, qui ſi conueni-
2 tur pro fructibus rerum, quibus ſpoliauit, non
tenetur,niſi in quantum facere poteſt.Rot.Ro-
man.deciſ.21.de reſtit.ſpoliat in antiquis,quod
habet locum tantum in fructibus,non autem
præbendis, quibus ſpoliauit, Marcheſ.in pract.
commiſſ.lib.1.cap.8. num.60. & ceſſat quando
ſpoliator fuiſſet in dolo, idem Marcheſ. loc.cit.
& Rot. Roman. ibidem, extenditur etiam hæc
obſeruantia contra ſtatutum,Paris in tract.de
ſyndic.in verb.mandauit col.2.in fin. Imò gau-
det clericus hoc priuilegio, etiam pro debito
cenſus,& extenditur in clerico, qui voluntariè,
& nulla neceſſitate cogente, & cauſa lucri de-
bita contraxit,Ferret.conſ.145. & inſuper pro-
cedit dictum beneficium, etiam ſi eſſet obliga-
tus vigore inſtrumenti guarentigiati, Ann.in
conſ.124.num.13.lib.2.vbi num.12.dicit,vt nec
poſſit carcerari pendente iudicio,an debeat ad-
3 mitti ad beneficium d.cap. Odoardus, ad quod
comprobandum allegat text.in l.1. C. qui bon.
ceder poſſ.& quod ibi notāt Doctor.Bald.in §.
fi.nu.6.inſtit.de act. Panorm.in d.cap.Odoardus
nu.8.& in tantum ſupradicta ſunt vera, q pro-
cedit etiam in debito iurato, Truiſ.deciſ.8.lib.
1.Monald.conſ.28.nu.5.lib.2.Couarr.lib.2.var.
reſol.cap.1.nu.9.licet contrarium tueatur Fari-
nac.in q.27.nu.70. & Foller.ſuper cōſtit.Regn.
in tit.de Epiſc.& cler. & alij, quos ipſemet re-
cenſet,& etiam ampliatur,vt hoc beneficium
poſſit deducere clericos, & de eo opponere
tàm coram Iudice à quo, quàm coram Iudice
ad quem.Monald.d.conſ.28.nu.9. lib.2. & ratio
eſſe poteſt,quia hęc exceptio dicitur modiſica-
toria,ex quo reſpicit modum exequutionis,Re-
buff. de exception.nu.59. & 60. & ſic ſequitur,
quod poſſit opponi in qualibet parte iudicij. &
in exequutione ipſius ſententiæ, imò poſt ſen-
tentiam, ſecundum Doctores ſupra allegatos
vide quæ dixi ſupra in deciſ.59.

SVMMARIVM.

1 *In probatione iuriſpatronatus teſtes omnes in vniuerſum ſufficit teſtificari de requiſitis per gloſ. in cap. 1. de præſcript. lib. 6. & non eſt neceſſe, vt quilibet teſtis deponat de illis quatuor requiſitis.*

2 *In antiquis, teſtes coniunguntur ad probandum iuſpatronatus.*

3 *In probatione immemorabilis per teſtes in materia iuriſpatronatus ſufficiunt duo teſtes de viſu, & auditu, reliqui verò de alijs requiſitis.*

Teſtes de immemorabili deponentes an ſit neceſſe, quod deponant requiſiti ſinguli de ſingulis, an verò ſufficiat omnes in vniuerſum?

DECISIO CLXI.

PRacticatur quotidie in Cur. Archiepiſc. in
1 probãdis iuribus patronatus, iuxta formam
Concil. Trid. ſuper probatione immemorabilis
per teſtes, vt ſcilicet de omnibus illis requiſitis,
gloſ. in cap. 1. de præſcript. lib. 6. ſufficiat, vt omnes
teſtes in vniuerſum, teſtimonium reddant,
non autem ſit neceſſe, vt quilibet teſtis omnia
1 illa quatuor requiſita deponat, ex Zaſio, qui hãc
opinionem originaliter tenuit conſ. 6. vol. 2. quã
ſequitur de Franch. deciſ. 56. nu. 19. Ann. ſingul.
516. Fab. de Ann. conſ. 59. nu. 19. vol. 1. & in conſil.
111. nu. 64. vol. 2. cuius deciſionis ratio colligitur.
Primò, quia teſtes in antiquis coniungun-
2 tur ad probandum iuſpatronatus, Ann. citat. ſingul.
516. qui voluit omnes teſtes iniungi ad probandum
antiqua, & ſufficere omnes in vniuerſum
deponere illa quatuor, de quibus in cap. 1.
de præſcriptionibus in ſexto. Nec requiritur,
quod vnuſquiſque deponat omnia illa; & hanc
ſententiam ſequuti ſunt Crauett. conſ. 73. num.
20. vol. 1. Riminald. Iun. conſ. 23. nu. 133. vol. 1.
Tùm etiam quia, quando probatio eſt difficilis,
admittitur ſuppletio, ſecundum Bald. in l. 2.
C. de bonor. poſſeſſ. Butr. in cap. licet cauſam
de probat. ex quibus infertur ſecundum Dec.
conſ. 42. nu. 8. & in conſ. 145. nu. 6. vol. 1. ſufficere
in hac materia, vt duo teſtes de viſu, & audi-
2 tu: reliqui verò de alijs duobus deponant. Tùm
tandem, quia per regulam iuris reperitur cautum,
præſertim in materia probationis quod vbi
non proſunt ſingula, multa iuuant l. 1. ff. de probat.
gloſ. in cap. 1. de appell. & maximè vbi probationes
diuerſi generis tendunt ad idem totum
perficiendum, ſecundum Bart. in l. 1. C. quo numero
tutelæ, & hanc opinionem ſemper fuiſſe
veram & ſeruatam in Sac. Conſil. Neapol. teſtatur
vterque Ann. locis ſupra citatis, licet cõtrarium
ſeruauerit aliquando Reg. Cam. Summ.
nempè, quod ſinguli teſtes deponant omnia
requiſita, de quibus in cap. 1. de præſcriptionib.
in ſexto: cuius Regiæ Cameræ opinio limitari
poteſt non procedere quando ſumus in materia
fauorabili, vel non odioſa, vt ſunt paſcua, ſicut
etiam in materia non ſoluendi collectas,
tũc. n. non eſt neceſſarium ſingulos teſtes deponere
de omnibus requiſitis, ſecũdum Garſiam
in tract. de expenſ. & meliorationib. cap. 9. nu.
11. quem refert, & ſequitur Ann. conſ. 9. nu. 18.

SVMMARIVM.

1 *Tot abſolutiones ſunt concedendæ, quot iuramenta fuerunt emiſſa, quod ſi abſolutio ab vno iuramento impetratur, non ſufficit.*

2 *Tot requiruntur abſolutiones, quot promiſſiones cum iuramento reperiuntur.*

3 *Commiſſa cauſa cum facultate abſoluendi à iuramento, licet plura ſint iuramenta, poteſt ab omnibus abſolutio obtineri, quia vnum iuramentum eſt tranſlatum in aliud.*

Abſolutio à iuramento in contractu donationis appoſita, petita abſque vlla mentione alterius iuramenti appoſiti in ratificatione eiuſdem donationis, an dicatur ſubreptitia?

DECISIO CLXII.

ANceps fuit queſtio in hac Cur. Archiepiſc. Neap. an qui donaſſet certam pecuniarum quantitatem cum vallatione iuramenti, & poſt aliquod temporis ſpatium ratificaſſet dictum contractum, iterum interpoſito iuramento, ſi deinde donans ſe grauatum ſentiens, petat abſolutionem à iuramento, ſine vlla mentione alterius iuramenti appoſiti in ratificatione eiuſdem donationis, ſit illa abſolutio ſubreptitia? vnus ex Dominis dicebat, nõ eſſe ſubreptitiam, ex eo, quod licet duo videantur contractus, rei tamen veritate, vnicus cenſeri debet ob correſpectiuitatem prædictorum actuum, iuxta deciſ. Creſcent. 1. de ſimon. & Verall. in deciſ. 160. par. 1. qui voluit, quod ratione correſpectiuitatis, reſoluatur pluralitas actuum in ſingularitatem: Item quia omiſſio eius, quod ſi fuiſſet expreſſum, fuiſſet æquè conceſſum, non vitiat l. 1. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. cap. ſuper literis, & quod ibi communiter notatur de reſcriptis, & latè Mohed. in deciſ. 31. & 32. de conſtit.

His non obſtantibus, fuit reſolutum contrarium
in dicta Curia, videlicèt, quod abſolutio ſic
petita ſit ſubreptitia: nam euidenter cõſtat, plura
interueniſſe iuramenta, vnum ſcilicet in
contractu donationis, aliud in contractu ratifi-
1 cationis; & propterea erant tot abſolutiones
concedendæ, quot erant ipſa iuramenta, prout
ita tradunt Soccin. Sen in conſ. 58. col. 4. verſ. ſecundo
iſta concluſio lib. 3. Pariſ. conſ. 43. nu. 18.
& conſ. 96. nu. 92. lib. 1. & reliqui, quos cumulat
Roland. in conſ. 34. nu. 7. lib. 1. qui teſtatur, ita
procedere in praxi, Caſſan. in conſ. 21. nu. 16. &
cõiter teſtatur Couarr. lib. 1. variar. reſol. cap. 4.
n. 6. & ex hoc infertur, idem procedere debere
in excommunicato multiplici excõmunicatione:
non. n. ſufficit vnica abſolutio, vt etiam ſcribit
in bannito multiplici banno, Pariſienſ. in
conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. nu. 39. Hinc dicimus,

mus, vbi plura obſtant, non ſufficere ſimplicem cauſam derogatoriam, ita Bald. in l. 1. C. de inſtit. Caſtrẽſ. in l. humanum C. de leg. in 1. notab. Crauett. conſ. 241. col. 9. verſ. ſeptimo reſpõdeo, & in proprijs terminis huius quæſtionis dictum fuit, quod abſolutio vnica à iuramento non ſufficit, ſi in contractu plura pacta, & ratificationes adeſſent, Afflict. deciſ. 220. ſub nu. 15. & ſeq. Pariſ. conſ. 43. vol. 1. nu. 18. & 19. vbi ex mente aliorum Doctorum confirmat tot eſſe neceſſarias relaxationes, quot iuramenta fuerunt, Peregrin. deciſ. Paduæ 112. num. 21. quem refert Io. Bapt. Thoro in ſuo aureo compendio in verb. abſolutio, & facit etiam, quod ſcriptũ reliquit Soccin. in conſ. 59. vol. 3. vbi plenè concludit, quod tot requiruntur abſolutiones, quot promiſſio-
2 nes cum iuramento: quod ſi reperiatur facta habilitatio, ſeuè abſolutio à iuramentis, intelligatur à duobus tantum, & ſi reperiatur obtenta nimis properè, non valeat, & nonnulla alia circa ſubiectum iſtud ſubreptionũ ponit Grat. in conſ. 23. vol. 1. vbi etiam dicit, abſolutionem non prodeſſe, vbi ſunt plura iuramenta, & per Gramm. in conſ. ciuil. 25. ſi non vnum, ſed plura ſunt iuramenta narrata; & promiſſum contra ea non venire & abſolutionem à iuramento non petere, & impetrata non vti, & renunciatum exceptioni doli, & enormi læſioni, & cuiuis legis, & canonum auxilio: poſtmodum prætendens in eiuſmodi cõtractu ſe enormiter fore leſum, intendens agere ad illius reſciſſionem petit in primis abſolui à iuramento, dicas abſolutionem fore concedendam, & fore exprimẽda omnia iuramenta, ne tacitis his, abſolutio ſit ſubreptitia. Afflict. deciſ. 220. citat à Felyn. in cap. debitores nu. 9. de iurepatr. Natt. conſ. 144. lib. 1. inter clauſulas apponendas in abſolutione à iuramento eſt, vt dicatur à iuramentis, & maximè quando quis iurauerit non venire contra contractum, quia tunc ſunt duo iuramenta, vt patet ex ſupradictis, & ex deciſ. Afflict. 30. nu. 6. Obiter tamen eſt notandum, ſi commiſſa eſſet
3 cauſa ſimpliciter cum facultate abſoluendi à iuramento, licet plura ſint iuramenta, ſufficeret, vt ab omnibus abſolutio obtineretur, quia vnum dicitur in aliud eſſe tranſlatum, Capuaqu. deciſ. 3. q. 2. in fin. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus æquipollet non ſubdito.*
2 *In exempto non poteſt quidquam ſtatui.*
3 *Quilibet poteſt renunciare priuilegio fori ſibi à lege, vel Principe conceſſo, & adeò vt non requiratur conſenſus, vel licentia Iudicis, ſed partium nu. 4.*
5 *Priuati conſenſus facit Iudicem eum, qui iuriſdictioni præeſt.*
6 *Priuilegio fori renuncians non habet opus requirere licentiam Superioris, ſi tendat in eius fauorem, ſecus ſi tendat in fauorem Superioris, nam ſecundo caſu renunciatio non tenet.*
7 *Priuatio præſupponit habitum.*
8 *Vaſallus non poteſt in alterius iuriſdictionem expreſſè, vel tacitè inuito Domino conſentire, quod ſi fecerit, nullius eſt præiudicij prorogatio, ſed Dominus eum rectè auocare poterit.*
9 *Clericus non poteſt iuriſdictionem Iudicis laici prorogare.*
10 *Iuri publico, pactis priuatorum non derogatur.*
11 *Exemptus citatus, quãdo non tenetur comparere.*
12 *Exemptus citatus non efficitur contumax in non comparendo.*

An exemptus citatus, non comparẽdo ad allegãdum exemptionem, poſſit vti contumax puniri.

DECISIO CLXIII.

1 Exemptus æquipollet non ſubdito, vt voluerunt communiter Doctor. in l. extra territorium ff. de iuriſd. omn. iudic. cap. vt animarũ
2 de conſtit. lib. 6. & in eos non poſſe quidquam ſtatui, firmauit Alex. in conſ. 22. vol. 1. Dec. in conſ. 557. nu. 7. & ſeq. vol. 2. latiſſimè Rot. diuerſor. in deciſ. 207. par. 2. & ideò quamuis quilibet
3 priuilegio fori ſibi à lege, vel Principe conceſſo renunciare poſſit. text. in l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. l. 1. ff. ſi quis in ius voc. l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iudic. & in cap. ſignifica-
4 ſti de for. compet. adeò, vt non requiratur conſenſus, vel licentia Iudicis ordinarij, ſed partium ſufficiat, text. in l. 1. & 2. ff. de iudic. & in l. 1. §. & poſt operis ff. de nou. oper. nunciat. Iaſ. ibi num. 11. priuati enim conſenſus facit
5 Iudicem eum, qui iuriſdictioni præeſt, text. in l. 1. & in l. priuatorum C. de iuriſdict. omn. iudic. Tamen hoc eatenus procedit, ſi priuile-
6 gium fori principaliter concernat fauorem renunciantis, ſecus eſt, ſi etiam fauorem Superioris reſpiciat, quo caſu abſque eius conſenſu, & licentia, renunciatio facta non ſubſiſtit cap. cum tempore, vbi Panorm. nu. 2. de arbitr. Doctores communiter in d. l. ſi quis in conſcribendo, Soccin. in d. cap. ſignificaſti nu. 44. cum ſeq. de for. compet. Ratio autem cur exemptus non poſſit ſe alterius iuriſdictioni ſine conſenſu eximentis ſubijcere eſt, quia ipſius eximentis intereſt ne ſubditus ſuus ab alio iudicetur, intereſt ſua ne talem iuriſdictionem amittat, dùm enim ab alijs Iudicibus eum eximit, eo ipſo ſuę iuriſdictioni immediatè ſubijcit, Panorm. in d. cap. cum tempore, & ibidem communiter Ca-
7 noniſtæ, quia priuatio præſupponit habitum text. in l. decem ff. de verbor. obligat. & in l. 3.
8 §. 1. ff. de capit. dimin. ſic nec vaſallus poteſt in alterius iuriſdictionem expreſſè, vel tacitè inuito Domino conſentire, quod ſi fecerit nullius eſt præiudicij prorogatio, ſed Dominus eum rectè auocare poterit, per text. in cap. imperialem §. præterea, & ibidem gloſ. in verb. duos de prohibit. feud. alienat. per Federic. Afflict. pulchrè ibidem nu. 24. cum ſeq. Bart. in d. l. 1. §. & poſt operis nu. 7. Iaſon ibidem num. 11. in fine, Bald. in d. l. ſi quis in conſcribendo num. 2. Fallit tamen in multis caſibus, quos notat Felyn. in cap. cæterum num. 6. cum ſeq. de iudic. vbi 13. fallent. ponit, Soccin. in tractat. re-

Digitized by Google

gul.in verb.iuriſdictio, Curt.Iun.in tract.feud. par.7.q.5. num.19. Pari ratione, neque clericis
9 permiſſum eſt iuriſdictionem Iudicis tacitè, vel expreſsè prorogare ſine conſenſu Superioris, quia tale priuilegium fori non eſt perſonale, ſed toti ordini Eccleſiaſtico publicè indultum, per text. in cap.ſignificaſti, & in cap.ſi di-
10 ligenti §.final.de for.compet. gloſ.ibidem in verb.manifeſta, Abb. ſimiliter ibidem num.1. in fine, text.in cap.placuit 11. q.1. iuri publico enim pactis priuatorum non derogatur, text. in l.ius publicum ff.de pactis, cum ſimilibus.

Quibus ſic ſuppoſitis, cum ſic dubitaretur in Curia Archiepiſcopali, ſi exemptus non comparendò puniri potuiſſet; dicebatur, quod ſic, per text.in l.ſi quis ex aliena ff. de iudic. & in l.1.§.1.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit, in qui-
11 bus locis habetur ſi quis à Iudice etiam incompetenti citatus prætendat ſe ad comparendum non teneri, quod nihilominus venire debeat, & allegare ſuum priuilegium, & cauſas quare non teneatur, facit etiam, quod notabiliter voluit Bart.in l.non videtur ff.de iudic. quem refert, & ſequitur Alexand.de Neu.in cap.1. de reſcriptis, vbi in dubio debet quis comparere, quod ſi non comparet poteſt Iudex mulctare, ex quo arguitur neceſſarium eſſe exempto cōparere ad allegandum ſuæ exemptionis priuilegium, & propterea Afflict. in dec ſ.135. voluit priuilegiatum citatum non cōparendo, declinandi priuilegium amittere, quod ante eum voluit Innoc.in cap.præterea de dilationibus, & Florian.in cap.ſuper literis de reſcriptis.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus
12 contrarium fuit reſolutum ſcilicet exemptum citatum non effici contumacem non comparendo, quæ deciſ. fundatur ex l.contumacia, & ibi Doctor. ff. de re iudic. vbi habetur ſi notorium ſit aliquem citari à Iudice incompetenti non teneatur venire, nec per hoc incurret pœnam contumaciæ, & dicit ibidem Ludouic. Bologn. ſi quiſpiam ſit priuilegiatus ne coram tali, vel tali Iudice compareat, non eſſe neceſſarium, vt ſuum priuilegium exhibeat ſi ſit manifeſtum.

Non obſtant contraria, quia pro illorum diſſolutione diſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus eſt, ſi certum ſit citatum de iuriſdictione citantis eſſe, tunc meritò comparere debet ne reddatur contumax per d.l. contumacia in fin.cum ſimilib.

Secundus ſi manifeſtum ſit, & euidens, citantem non habere iuriſdictionem in perſonam citati, ſicut Iudex laicus, qui in clericum non habet iuriſdictionem, tunc non opus eſt, vel comparere, vel allegare priuilegium.

Imò Iudex incompetens excōmunicari poſſet quouſque deſiſteret cap.ſi Iudex laicus de ſentent.excomm.lib.6.

Tertius caſus eſt, ſi ſit probabile dubium, an vocatus eximi à Iudice citante, & excuſari poſſit, tunc vocatus comparere, & allegare debet ſuum priuilegium, vt notabiliter voluit Mynſinger. cent.6.obſeru.7.

SVMMARIVM.

1 *Periuro non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*
2 *Semel periurus, perdit officium probandi per iuramentum.*
3 *Non creditur teſti, qui alias perhibuit falſum teſtimonium.*
4 *Periurus non probat, etiam quod deponeret cum tortura.*
5 *In cauſa hæreſis periurus admittitur in teſtem, & in crimine laſæ maieſtatis.*
6 *In dubio periurium non præſumitur.*

Iuramētum ſuppletorium, an ſit præſtandum ei, qui alias peierauerit.

DECISIO CLXIV.

1 FVit reſolutum huiuſmodi iuramentum nō eſſe præſtandum ei, qui alias peierauerit, præſumitur enim de iure, vt qui ſemel fuit periurus, adhuc eſſe peieraturum 21.quæſt.5. cap.
2 paruuli cap.literas in fine eodem, vnde qui ſemel fuit periurus perdit officium probandi per iuramentum, ſecundum Roman.in repet. l.admonendi ff.de iureiurand.facit, quod notat Felyn.in cap.ex parte col.2.de teſtibus cap.ad reprimendum in 1.col. de offic.Ordinar. in cap. paſtoralis in verſ. ſecundo limita de exception. & faciunt ſimilia, de quibus per Bald. in authen. cui relictum in 3.col. verſ.attende C.de indic.viduit.toll. Angel. in l.qui iudicio ff. de accuſat. gloſ. & ibi Roman. in l.lex Cornelia ff.ad Syllanian. Caſtrenſ.in l.1.C.de probation. Hippolyt.de Marſil.in l.maritus penult.colum. ff. de quæſtionibus, qui ibi egregia ſimilia cumulat, & vide eundem latiſſimè ad vbertatem huius præſumptionis in rubric.de fideiuſſ.num. 167.vſque ad num.179.& in conſ.78. ſalus omnium col.antepenult. & ſingul.74. tu habes regulam, vbi multa cumulat, & aliqua per Felyn. in cap.per tuas col.final. extra de ſimon. & per Nicol.Euerard. Præſidem in centuria locorum legalium, in loco de tempore ad tempus, qui eſt locus 42. vnde ex hoc infertur, quod non
3 creditur teſti, qui alias perhibuit falſum teſtimonium, de quo in cap. teſtimonium, ſupra de teſtibus, & videtur, quod talis teſtis periurus, non facit indicium nedum ad torturam, ſed nec ad formandam inquiſitionem cap.ſicut nobis in fine, ſupra de teſtibus, & ita conſuluit Fulgoſ.conſ.173.& conſ.107. & Dec.conſ.189. & licet dictum ſocij criminis faciat indicium ad capturam, & ad formandam inquiſitionem, & in aliquibus caſibus ad torturam, vt habemus per Auguſtin. de Arimin. poſt alios in tract.malefic. Angel.in verb.fama publica in 5.col.tamen iſtud non eſt in periuris, in quibus deficit fundamētum teſtium, videlicet fides ipſa d.cap.teſtimonium, & d.cap.ſicut. Supradi-
4 ctis addo etiam, quod periurus nō probat etiam quod deponeret cum tortura, Ruyn.conſ.146. num.4.volum.4. Crauett.conſ.6. num.16. Cæphal.conſ.133.nu.7.& conſ.234.nu.1. & Viuiu.

com-

Digitized by Google

commun.opin. in verb. teſtis non poteſt eſſe
5 periurus num.3. niſi in negotio hæreſis,in quo
teſtis periurus admittitur, vt ibi nu.8. admitti-
tur etiam in crimine læſę Maieſtatis;vt per Gi-
gant.in tract prædicto in q.11.num.8.& in hoc
Clar. errauit, qui dictam quæſtionem in con-
trarium adduxit, & totam non vidit; Prædictis
tandem addo, quod ſemper in dubio facienda
eſt interpretatio, ne quis periurium incurriſſe
dicatur,Bero.conſ.149. nu.12. vol.1.& per Iu-
dicem laicum quis declarari poteſt incurriſſe
periurium, quando non eſt quæſtio iuris, ſed
facti,Roman.ſingul.425.incip. ego coram ma-
gnis,& Felyn.in cap.1.de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans tenetur verificare narrata.*
2 *Non tenetur quis verificare,niſi ea,quorum falſi-tas vitiat gratiam.*
3 *Falſa expreſſio, quæ non mouet ad facilius conce-dendum,non vitiat gratiam.*
4 *Subreptio vitiat gratiam,ne dum quando fuit cau-ſa inductiua, & finalis gratiæ, ſed etiam ſi fuit impulſiua.*
5 *Qualitas,quæ non mouet Papam ad non conceden-dum, vel ad difficilius concedendum, non eſt exprimenda.*
6 *Quælibet expreſſio falſi,vitiat gratiam.*

Pro correctione Bullarum Apoſtolicarum, quo caſu iterum ad Vrbem mittendum ſit.

DECISIO CLXV.

DVbitatur ſæpiſſimè in Cur.Archiepiſcop.
quando iterum mitti debeat ad Vrbem
pro correctione Bullarum Apoſtolicarum,in
1 quo articulo eſt ſupponendum,impetrantem à
Sede Apoſtolica teneri verificare narrata in
ſua gratia, quæ mouerunt Papam ad conceden-
dum, vel ad facilius concedendum, etiam
ſi non negentur ſecundum Bellamer. deciſ.
330. & iuncta ea, quæ ſæpius cenſuit Rota
præſertim in vna Pheſulana præceptoriæ 27.Ia-
nuarij 1563. coram Robuſterio, & in vna Sala-
mantina penſionis 18. Aprilis 1572. coram
Lancellotto,& in Cæſarauguſtana penſionis 20.
Decembris 1591.coram Pamphilio,& in Ferra-
rienſ.Parochialis 1.Aprilis 1596.coram eodem,
2 vnde Rot.in deciſ.4.de reſcript.in antiquis, vo-
luit nõ teneri quem verificare,niſi ea, quorum
falſitas vitiat gratiam, vel quorum expreſſio fa-
cilius mouet Papam ad concedendum,ſequitur
Bellam.deciſ.4.Caputaqu.deciſ.310.nu.5.par.1.
quod fit, vt alia præter illa enumerare ſit im-
pertinens,& propterea nec falſa expreſſio,quæ
3 non mouet ad facilius cõcedendum vitiat gra-
tiam,Rot.diuerſ.deciſ.591.Cęſar de Graſſis de-
ciſ.47.& ad hoc facit, quod voluit Abb.Panor-
mit.in cap.poſtulaſti num.1. de reſcript. quod
4 ſubreptio vitiat gratiam, nedum quando fuit
cauſa inductiua, & finalis gratiæ, ſed etiam ſi
fuit impulſiua, vt quia Princeps alias conceſſiſ-
ſet, ſed non ita de leui, ſeù faciliter, ſequitur
Creſcent.deciſ.8.nu.6.de præbend. Caputaqu.
deciſ.274.nu.8.par.1. vbi loquitur in materia
diſpenſationis, & eſt communis opinio, vt per
Nauarr.de except. num.3. Gutier.lib.1. cano-
nic.quæſtion.cap.15.nu.21. & procedit non ſo-
lum in beneficialibus,ſed etiam in cæteris om-
nibus generibus,Tiraqu.in tract.ceſſante cauſa
limit.1.nu.11.& ſeq.Menoch.lib.2.de arbit.iu-
dic.caſ.201.nu.22.Sanch.lib.8.diſput.21.nu.32.
de matrimon. ex quibus omnibus cum dubita-
retur, ſi Breue conceſſum ad petitionem quo-
rundam clericorum Turris Octauæ, ſi dicebat
5 Turris ſecundæ, fuiſſet ſubreptitium; fuit reſo-
lutum pro opinione negatiua, ex quo non erat
qualitas ſubſtantialis, quæ mouere potuiſſet
Papam ad non concedendum, vel ad difficilius
concedendum.

Non obſtat,quod quælibet expreſſio falſi vi-
6 tiet gratiam;vt per Caputaqu.deciſ.49.& deciſ.
254.Puteus deciſ.350.lib.1. Mohedan.deciſ.vlt.
de reſcript.Caſ.de Graſſ.deciſ.58. quia reſpon-
detur,hoc procedere quando eſſet talis,vt mo-
uere potuiſſet Principem ad concedendum,ſeù
facilius concedendum, & pro hac ſententia fa-
cit text. in cap.ſuper literis de reſcript. vbi ha-
betur,quod ſubreptio non doloſa,ſiue in tacen-
do,ſiuè in exprimẽdo falſum, non vitiat reſcri-
ptum,ſi aliàs Papa eſſet conceſſurus.

SVMMARIVM.

1 *Literæ cambij habent executionem paratam.*
2 *Dilationes in cauſis executiuis non dantur.*
3 *Terminus non eſt de iudicij ſubſtantia, ſed vide num.5.*
4 *Aduerſus literas cambij datur terminus.*
5 *In cauſis in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta,terminus eſt dandus.*
6 *In Regno Neapolitano,in quo cauſæ ſunt ſummariæ datur dilatio probatoria viginti dierum.*
7 *Cauſa alimentorum ſummariè eſt tractanda.*
8 *In cauſa alimentorum datur terminus, licet breuior.*
9 *Venter moram non patitur.*
10 *Termini,& dilationis materia, vt plurimum Iudici arbitraria eſt.*

Aduerſus literas cambij terminus, an ſit concedendus.

DECISIO CLXVI.

1 QVoniam literę cambij de iure habent exe-
quutionem paratam, & celerrimam, vt
cõſuluit Bero.in conſ.33.lib.3.Honded.
conſ.29.nu.7.vol.2.Rot.Genu.in deciſ.2. & de-
ciſ.9.Maſtrill.qui ſic deciſum teſtatur in deciſ.
9.num.7.vol.1.ideò aduerſus literas cambij ter-
minum non eſſe concedendum prima facie vi-
2 detur dicendum, vt in proprijs ferè terminis
docere videtur Verall.deciſ.62.lib.1. dum dicit
dilationes in cauſis executiuis non eſſe pręſtan-
3 das, eo magis, quod terminum non eſſe de iu-

dicij ſubſtantia, docet Bart.in l.prolatum in fin. C.de ſentent.Bald.in l.petendæ notab.3.C.de tempor. in integr.reſtit. ſequitur Alex.in conſ. 181. num.5. vol.6. Cartar. in deciſ.Rot.Genu. 22.num.2.

His tamen minimè obſtantibus contrarium reſolutum fuit in Cur.Archiepiſc.& ſic fuit,da-
4 tus terminus quatuor dierum aduerſus literas cambij, & hoc fuit in cauſa Sebaſtiani Cacacis:
5 & moti fuimus ex eo,quod etiam in cauſis in quibus proceditur,ſola facti veritate inſpecta, terminus probatorius eſt concedendus, & dandus, vt habetur per Rot. in antiquis in deciſ.
6 451. & deciſ.488. & hinc in hoc Regno,in quo cauſæ ſunt ſummariæ, datur dilatio probatoria viginti dierum. vt in pragmat.incip. poſt prædictas,Marant.in ſua practic.par.2.act.3.nu.13.& 14.Carauit.in rit.67.nu.3. ſequitur Caualc.in deciſ.46.nu.33.lib.1. vnde licet ſummariè tra-
7 ctanda ſit cauſa alimentorum,vt probatur in l.1.§.Iulianus, & in l.ſi quis à liberis §.ſi vel parens ff.de liber.agnoſc. gloſ.in l.3.§.ſciendum in verb.ſummatim ff. ad exhibend. Bart.in l.de alimentis nu.2. C.de tranſaction. Bald.& Iaſ.in l.ſi quis in ſuo C.de inoffic.teſtam. gloſ.fin.in
8 l.fin.C.de alend.liber.latè Surd.in tract.de aliment.tit.8.priuil.2.num.1.tamen adhuc terminus eſt concedendus, licet breuior, vt eſt text. in l.2.vbi Bart.col.pen.verſ.item eſt, & aliud ff. de iudicijs,Gigas de penſionib.q.51.nu.23.Cephal.in conſ.485.nu.85.Foller.in pract.cenſual. §.iuris moderando rigorem nu.85. Menoch.de arbitr.iudic.caſ.52.nu.12.& in tract.de adipiſc. poſſeſſ.remed.2.num.60.& alij penes Surd.vbi ſupra nu.6.& ſic eſt intelligenda opinio eorum,
9 qui voluerunt dilationem nullam dari in cauſa alimentorum, quia venter moram non patitur, vt ſequuti ſunt Sim.de Pret.de interpret.vltim. volunt.lib.4.dub.[illegible]nu.31. Barz.in deciſ.Bonon.86.nu.5.argum.text.in l.fin.ff.de appellat. recipiend. eo magis, quia termini, & dilationis
10 materia,vt plurimum Iudici arbitraria eſt,Bertazz.inter conſ.Burſat.74.num.133.vol.1. Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.caſu 52. nu.2. Viu.in deciſ.11.nu.9.

SVMMARIVM.

1 *A verbis edicti non eſt recedendum.*
2 *Verba legis ſunt ad vnguem ſeruanda.*
3 *Paria ſunt venire contra verba, & mentem legis.*
4 *Edictum per quod ius tertij læditur, ſtrictè eſt intelligendum.*
5 *Finalis cauſa prohibitionis edicti, eſt continua armorum aſportatio.*
6 *Statutum non extenditur de caſu ad caſum, etiam habentem eandem rationem.*
7 *Momentum temporis, non habetur in conſideratione.*
8 *Quis non dicitur ſpoliatus, cum in continenti reſtituitur.*
9 *Non dicitur ſoluere, qui ſic ſoluit, vt ſtatim repetat.*
10 *Fruſtrà petit ille id, quod ſtatim eſt reſtituturus.*
11 *Non dicitur alienare, qui ſtatim recuperat.*
12 *Quælibet cauſa, excuſat à dolo.*
13 *Dolus regulariter non præſumitur, niſi probetur.*

Edictũ Curiæ Archiepiſcopalis contra clericos arma portantes, an locum ſibi vendicet in clerico, qui accepit cultrum, vt ferret illum Magiſtro accommodandi gratia.

DECISIO CLXVII.

CLericus quidam fuit repertus à Curſoribus Curiæ aſportãs cultrum trium palmorum contra formam edicti,vnde captus, & carceratus in eadem Curia, pro eius defenſione dicebatur cultrum prædictum accepiſſe à quodam, vt illum ferret Magiſtro,gratia accommodãdi; quare fuit dubitatum an dicta cauſa ei ſuffragaretur. Prima facie videbatur quibuſdam mini-
1 mè ſufficere ad eius excuſationem, ſiquidem verba edicti ſunt clara,ibi,portare arma,& proinde non eſt recedendum ab eius verbis l. non aliter ff.de leg.3.Bald.conſ.91.nu.6.& ſeq. vol. 1. Alex.conſ.10.& in conſ.191. vol.2. Dec.in
2 conſ.559.vol.2. verba enim legis ſunt ad vnguẽ ſeruanda l.1.§.is,qui nauem, vbi Bart.latiſſimè ff.de exercitatoria actione, & cum in eius verbis nulla ſit ambiguitas, non eſt de eius mente diſputandum l.ille,aut ille ff.de leg.3. vbi enim verba ſtatuti ſunt clara, ceſſat illius interpretatio, Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſin.25. & in deciſ. 48.ſtatuti enim verba diligenter ſunt obſeruanda,Bart.in l.1.§.& parui num.5. ff.quod vi, aut clam, Iaſ.in l.filio patre ff.de leg.1. & his tenaciter eſt inhærendum, Oſaſc. in deciſ.59. licet duris,Bald.conſ.122. vol.1. Verall.in deciſ.215. par.2. vbi ſtatutum nil aliud diſponit, quam id, quod loquitur,Dec.in conſ.684.& 688.& quando ſtatutum nõ includit niſi caſum expreſſum, & non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus. & ſi nullum caſum excipit, neque Iudex excipere debet, Iaſ.in l.non dubium C.de legibus, cum eius verba neceſſario trahantur ad id, cui verba ipſa conueniunt, Ludou.deciſ.Lucan.12. & ſi fieret huiuſmodi interpretatio daretur materia delinquendi, Crauett.conſ.137.num.2. quod non eſt concedendum l. ſi conuenit ff.de
3 pactis dotalibus,paria enim ſunt venire contra verba,& mentem legis l.non dubium,vbi Bald. C.de legibus l.contra legem ff.eodem,latè Doctor.in cap.fraus de regul.iur. & cap. quia de priuilegijs.

Cæterùm ſupradictis non obſtantibus Cur. Archiepiſcop.ex cauſis bene viſis,& ponderatis
4 cenſuit contrarium:nam edictum per quod ius tertij læditur,ſtrictè,præciſè, & propriè eſt intelligendum, Rot.Peruſin.citat.deciſ.25.ita vt quanto minus fieri poſſit,lædat,Oſaſc.deciſ.21.
5 nu.11.deciſ.57.nu.3.& deciſ.59.nu.5.& cum finalis ratio prohibitionis edicti ſit continua armorum aſportatio, vt ex verbis eius patet, non debet extendi ad portantem per momentum
6 temporis,Cachen.in deciſ.4.nu.9.& in deciſ.21. & 22.

Digitized by Google

& 22. Rot. Genu. in deciſ. 20. Gayl lib. 2. obſ. ru.
33. Roiz in deciſ. Lituan. 2. poſt Bart. in l. 4. C.
de iur. fiſc. ex regula ſtatuti, quæ vult non eſſe
6 extendendum de caſu ad caſum, etiam haben-
tem ſimilem rationem, Bart. in l. ſi verò §. de
viro ff. ſolut. matrim. Iaſ. in §. omnium nu. 29. de
actionib. neque de caſu ad caſum non compre-
henſum. Cacher. in deciſ. 67. Ludou. in deciſ. Pe-
7 ruſin. 39. Afflict. in deciſ. 21. momentum enim
temporis non habetur in conſideratione l. fin. §.
fin. C. de bon. quæ liber. l. legatum C. de legat.
Gamma in deciſ. 258. facit text. in l. ſi pro patre
§. verſum ff. de in rem verſo, vbi non dicitur
verſum, quod non durat verſum, & non dicitur
amittere ille, qui ſtatim eſt recuperaturus l. nō
videtur ff. de acquir. poſſeſſ. ſicut non dicitur
8 ſpoliatus, cui incontinenti reſtituitur l. & ſi me
ff. de vi, & vi armat. latè Doctor. in l. ſi quis ad
ſe fundum C. ad l. Iul. de vi publ. & in cap. rein-
9 tegrandæ 4. q. 7. nec dicitur ſoluiſſe ille, qui ſic
ſoluit, vt ſtatim repetat l. qui ſic ff. de ſolution.
10 & fruſtra petit ille id, quod ſtatim eſt reſtitu-
turus cap. fruſtra de regul. iur. cap. dolo facit
11 eod. tit. Hinc eſt, quod non dicitur alienare
qui poſt alienationem incontinenti rem recu-
perauit, Camer. in cap. imperialem nu. 77. de
prohib. feud. alien. per Feder. quam notabis ad
limitationem extrauag. ambitioſæ de reb. eccl.
non alien. Addebatur etiam pro excuſatione
12 dicti clerici, ipſum non fuiſſe in dolo, cum de
iure quælibet cauſa, etiam minima iniuſta, at-
que temeraria, fatua, ſeu beſtialis excuſat à do-
lo ipſo præſumpto l. igitur §. poteſt ff. de libera-
li cauſa l. 2. ff. de plagiar. & l. 1. §. deinde ff. de
abig. Verall. in deciſ. 108. par. 2. Viu. in deciſ. 80.
poſt Bero. in conſ. 418. in fin. vol. 4. & in conſ.
13 146. eod. vol. & ſic dolus regulariter non præ-
ſumitur niſi probetur l. dolū C. de dolo l. quo-
ties §. qui dolo, vbi Doctores ff. de probat. &
edictum prædictum cōtra clericos arma aſpor-
tantes dolum requirere non dubitabatur ſtan-
te verbo illo, *che preſuma portar armi*, quod qui-
dem verbum ſecundum Nauarr. in conſ. 19. de
reb. eccl. non alien. non includit bonam fidem
habentem, ex quibus omnibus, & ex nonnullis
alijs per dictam Curiam optimè ponderatis,
fuit ſupradictus clericus excuſatus à pœna edi-
cti ordinaria, ſed fuit extraordinariè punitus,
vt exulet per ſeptennium.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium proditorium quid ſit.*
2 *Occidens amicum reconciliatum, non dicitur pro-
ditor.*
3 *Amicus reconciliatus æquipollet inimico.*
4 *Amicus reconciliatus eſt fugiendus vti peſtis.*
5 *Amicus reconciliatus repellitur à iudicando.*
6 *Amicus reconciliatus repellitur à teſtificando.*
7 *Pax ad euitandam qualitatem proditionis, debet
plenè & euidenter probari.*

Occidens amicum reconciliatum, an dicatur proditor.

DECISIO CLXVIII.

1 VEra, & indubitabilis eſt Iuriſperitorum
omnium concluſio homicidium prodito-
rium tunc dici, quoties ab amico nulla præce-
dente rixa perpatratur, vt dixit Bart. commu-
niter receptus in l. reſpiciendum §. delinquunt
ff. de pœnis, Io. Andr. in cap. 1. col. 5. de homi-
cid. in ſexto, quem ſequitur Bald. in auth. item
nulla C. de Epiſc. & cler. & Afflict. in deciſ. 265.
nu. 64. quo fit, vt ille, qui dederit potionem ve-
nenatam, cum fiat occultè, & non poteſt præ-
caueri, dicatur proditor, vt notabiliter voluit
Iac. Butric. in l. athletas §. calumniator ff. de in-
famib. Bald. in l. nemo clericus C. de ſumm. Tri-
nit. & fid. cathol. Add. ad Ang. l. de malefic. in
verb. inſultū col. 6. & Felyn. in cap. 1. de homic.
Burſat. conſ. 196. vol. 2. volens, cauſam præcipuā
prædicti criminis eſſe amicitiam, taliter quod
ſine ea amittit nomen proditionis, vt dixit Pla-
za in epit. delict. cap. 2. in princ. Couarr. lib. 2.
variar. reſol. cap. 10. nu. 7. Farinac. in quæſt. crim.
q. 18. num. 76. & 77. & propterea iure optimo
Bart. in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœ-
nis, cenſuit, occidentem inimicum retro non
eſſe proditorem, quia debebat præcauere ab
inimico ſuo, quem ſecuti fuere Gerard. ſing.
14. Angel. loc. cit. nu. 6. Gomez cap. 3. de homi-
cid. num. 5. Suarez recept. ſent. in verb. homici-
dium nu. 6. & hanc eſſe veram, indubitatam, &
ab omnibus receptam ſententiam, teſtatur Ba-
iard. §. homicidium nu. 22. & ſeq. Quibus ſupra
enarratis veris exiſtentibus, cum dubitaretur in
2 Cur. Archiepiſc. ſi occidens amicum reconci-
liatum dicatur proditor, fuit cōmuni omnium
voto concluſum minimè potuiſſe dici prodito-
rem, ex quo ſecūdum Rub. in deciſ. 91. amicus
3 reconciliatus æquipollet inimico, vnde dixit
Bart. in l. 1. ff. ad Syllan. inimicum reconciliatum
4 vti peſtem eſſe fugiendum; ſemper enim re-
manent reliquiæ inimicitiæ in amicis reconci-
liatis, Bald. conſ. 91. vol. 1. & proinde Iaſ. in leg.
apertiſſimi col. 2. C. de iudicijs notabiliter dixit,
tales perſonas habere iuſtam cauſam inimican-
di, & poſſent recuſari à iudicando, ex quo cen-
5 ſentur inimici præſumpti, Innoc. in cap. cum I.
& A. de ſentent. & re iudic. quem refert. & ſe-
quitur Bald. in l. præſcriptione C. ſi contra ius,
vel vtilitatem publicam, idem Bald. in authent.
teſtis C. de teſtib. & in l. 1. in princ. ff. eodem,
Roman. in repet. rubr. ff. de arbitris q. 5. immò
fortius tenet ſingulariter Bart. in l. 1. in fin. de
his quib. vt indig. quod etiam ſi ignorant com-
miſſam eſſe cauſam inimicitiæ, adhuc poſſunt
tanquam ſuſpecti repelli, & in proprijs termi-
nis quod ſingulariter voluit idem Iaſ. in citat. l.
apertiſſimi nu. 7. quod etiam amicus reconci-
6 liatus cum quo de recenti eſt facta pax poteſt
repelli vt ſuſpectus, cum ſit idoneus teſtis, alle-
gat text. in cap. accuſatore 7. q. 1. Innoc. in cap.
cum oporteat de accuſation. quod comprobatur
apertè ex Bart. in citato §. delinquunt, vbi ſem-
per in amicis aliquis rancor remanet, ſi inter
eos ſequatur homicidium non poteſt dici pro-
ditorium, quia rācor ille ſecundum eum inclu-
dit

Digitized by Google

dit inimicitiam, & excludit amicitiam, quæ vt ſupra dixi, eſt præcipua cauſa inducendi proditionem. Addebatur etiam ſupradictis, quod cũ
7 non conſtaret plenè de pace ipſa, quæ ad euitãdam qualitatem proditionis debet plenè, & euidenter probari, ſecundum Grat. in conſ. 47. nu. 18. vol. 2. Vulpell. in conſ. 85. nu. 6. Maſcard. concluſ. 1162. proinde debebat ſumi in dubio interpretatio, quæ delictum excludit, l. merito ff. pro ſocio.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Vbi agitur de peccato euitando, vt puta de probando impedimento matrimonij, ſtatur dicto vnius.*
3 *Fama impedit matrimonium contrahendum.*
4 *Plus facit fama, quam vnus teſtis, vbi iuramentum interuenit.*
5 *Dictum vnius, ſicut & fama impedit matrimonium.*
6 *Fama, vt concludat, debet probari ante litem motam ſuper eo, ſuper quo probatio famæ requiritur.*
7 *Fauore matrimonij, ſufficit qualibet famæ ſpecies.*
8 *Fama publica cum vno teſte de veritate non probat, ſed declara, vt nu. 9.*

Impedimentum affinitatis, qualiter, & ex quibus probatum cenſetur.

DECISIO CLXIX.

1 EManatis publicationibus per quendam Parochum cauſa celebrandi matrimonium inter quoſdam, iuxta terminos cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſat. & text. in cap. fin. qui matrimonia accuſare poſſunt, comparuit quidam coram eodem Parocho, aſſerens, impedimentum affinitatis inter prædictos, ex quo ſponſus cognouerat carnaliter matrem ſponſe, cumq; fuiſſet dicta cauſa deducta in Cur. Archiepiſc. fuit dubitatum quid iuris? & fuit reſolutum per eandem Curiam, quod dictus ſponſus procuraret diſpenſationem Apoſtolicam,
2 quæ deciſio habuit fundamentum: Primò, quia vbi agitur de peccato euitando, vt puta de probando impedimentum matrimonij contrahendi, ſtatur dicto vnius cap. ſuper eo de teſtibus cap. præterea, & quod ibi communiter notatur de ſponſalibus, Ant. de Butr. in cap. veniens il primo nu. 8. verſ. primo quando agitur de teſtibus, Iaſ. in l. admonendi num. 197. ff. de iureiur. Roman. ſingul. 622. Crot. & Campeg. in tract. de teſtibus ille nu. 112. iſte verò regula 197. nu. 212. Monticell. in repert. teſt. rubr. impugnatio teſtis, quia vnicus fol. 191. verſ. 1. & 2. Farinac. q. 63. in tract. de teſtibus, Corrad. in ſua pract. fol. 115. nu. 5. col. 2. in 13. ampliat. vnde cum in præſentiarum appareret de aſſertione vnius fide digni dicentis audiuiſſe ab eodem ſponſo ſe carnaliter cognouiſſe matrem puellæ: proinde non erat dubitandum, quin cenſeretur probatum dictum impedimentum per iura ſupra adducta. Reddebatur pariter ſecundo loco, clara & euidens probatio dicti impedimenti ex publica voce, & fama viciniæ, vnde ſuccedit regula iuris, quod fama impedit matrimonium cõtrahendum cap. cum in tua de ſponſalibus, &
3 plus facit fama, quam dictum vnius teſtis, vbi iuramentum interuenit d. cap. præterea de ſpõ-
4 ſalib. alias dictum vnius, ſicut & fama impediret matrimonium contrahendum cap. ſuper eo §.
5 1. de teſtibus, quod procedit etiam ſi non adeſſet fama, ſed ſimplex rumor, vt probat text. expreſſus in cap. ſuper eo de conſanguin. & affin. Tertiò pariter reddebatur probatio indubitabilis ex petitione diſpenſationis Apoſtolicæ factæ per dictam matrem puellæ, quo caſu arguitur contra eam, ad gloſ. in cap. exhibita de homicid.

Non obſtat, quod fama, vt concludat, debeat
6 probari ante litem motam ſuper facto, in quo probatio famæ requiritur cap. licet ex quadam ante litem motam de teſtibus, & ibidem Abb. nu. 3. Roman. ſingul. 775. Dec. in conſ. 82. nu. 1. Corn. conſ. 62. nu. 13. vol. 1. & in conſ. 146. nu. 1. Cæpoll. in ciuilibus conſ. 31. nu. 9. & Verall. in deciſ. 9. part. 2. qui modus probandi deficiebat
7 cum habuiſſet originem ex dicto patris puellæ hoc aſſerentis, quia reſpondetur fauore matrimonij ſufficere quamlibet famæ ſpeciem quomodocunque probatæ, Abb. & reliqui, qui communiter in d. cap. ſuper eo.

Non obſtat ſecundo, quod fama publica cum
8 vno teſte de veritate non probat, gloſ. in cap. veniens il primo de teſtibus, quia hæ duæ ſemiplenę probationes non coniunguntur, Alex. cõſ.
9 143. vol. 7. Dec. in conſ. 429. nu. 9. quia reſpondetur id verum eſſe in criminalibus, ſecus in ciuilibus, vt per Anan. in conſ. 9. Dec. in conſ. 59. & 210. Verall. in deciſ. 8. par. 2.

Non obſtat tertiò, quod teſtes de fama deponentes non dicant à quo audierint, quia hoc non eſt neceſſarium, famæ enim probatio fit, etiam ſi teſtes dicant, quod publicè dicitur, licet non ſpecificent à quibus audierint, nec alia requiſita poſita per Bartol. in l. de minore §. tormenta ff. de quæſt. & Rot. in hoc ſeruat dictum Bald. in cap. per tuas in princ. in verb. publicè de probat. & in cap. præterea col. 1. in princ. de teſtibus, de qua teſtatur Caſſad. in deciſ. 3. de probation.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Iudicis inducit plenam probationem.*
2 *In dubio ſemper præſumitur Iudicem omne, quod fecit, de iure feciſſe.*
3 *Vicarius quilibet non præſumitur, niſi probetur.*
4 *Vicariatus officium non confertur à natura.*
5 *Inſtrumentum confectum per Notariũ mortuum, debet probari per comparationem literarum.*
6 *Qui ſe fundat in tempore, neceſſe eſt, quod limitatè probet de tempore.*
7 *Scripturæ confectæ extra Regnum, non probant in Regno, niſi ſint ſigillatæ, & authenticatæ manu Officialis illius Ciuitatis, in qua confectæ ſunt.*

Sen-

Digitized by Google

Sententia Vicarij Vltramontani aſſerentis mulierem aliquam non habere maritum, an ſufficiat ad effectum, vt poſſit contrahere matrimonium in Ciuitate Neapolis.

DECISIO CLXX.

MVlier quædam Iberna moram Neapoli faciens, cum vellet matrimonium contrahere cum quadam perſona, & ad D. Vicariũ huius Ciuitatis pro obtinenda licentia acceſſiſſet, produxit ſcripturam, in qua Vicarius ſuæ Diœceſis decernebat matrimonium quoddam, quod ipſa contraxerat fuiſſe nullum, & attulit etiam teſtem aſſerentem dictam ſententiã eſſe à prædicto Vicario confirmatam. Quare dubitatum fuit in Cur. Archiepiſc. an dicta ſententia induceret plenam probationem, ad effectum probãdi, quod illa mulier non haberet maritum in ſuis partibus, & Vicarius illa ſola probatione poſſet illi licentiam impartiri, & videbatur dicendum prima facie, quod ſic, quia Iudicis ſẽ-
1 tentia inducit plenam probationem, Creſcent. in deciſ. 10. de pr bat. ex præſumptione, quam ſub ſe continet iudicialis authoritas, Menoch. conſ. 120. vol. 1. Turret. conſ. 60. nu. 6. & ſeq. Alban. conſ. 123. & in conſ. 13. num. 4. pro Iudice
2 enim ſemper præſumitur, vt quicquid fecit iure feciſſe dicatur in cap. præſentia de renunciatione, & latiſſimè omnes in l. pacta nouiſſima, & ibi Iaſ. in 3. col. C. de pact. & in l. Herennius 6. Caia ff. de euictionib. Curt. Iun. conſ. 23. & hoc maximè dicebatur procedere in caſu noſtro, cum dicta ſcriptura videretur authentica. Addebatur etiam, quod & ſi prædicta ſententia contineret exemplaſſonem, adhuc probat quando eſt ſolemne, auth. ſi quis in alio C. de edendo.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium cenſuit Cur. Archiepiſc. ſcilicet ſupradictam ſententiam non ſuffragari ad impetrationem licentiæ, & moti fuimus ex eo, quod debebat plenè, & ſufficienter probari, illam ſcripturam eſſe manu propria dicti Vicarij, ac etiam probari illum eſſe legitimum Vica-
3 rium: vera enim eſt iuris concluſio, quem non præſumi Vicarium niſi probetur, cum hæc qua-
4 litas, ſiuè officium Vicariatus non conferatur nobis à natura, Crauett. poſt alios in terminis conſ. 72. col. 2. & quod probari debeat quando opponitur, quem nõ eſſe Vicarium, voluit Specul. in tit. de inſtrum. edit. § reſtat, Doctor. in cap. 1. extra de fid. inſtrum. Crauett. d. conſ. 72. conſ. 122. nu. 16. conſ. 170. in princ. & in tract. de antiqu. tempor. in 3. par. in verb. videmus nu. 1. & ſeq. Roland. à Vall. conſ. 32. nu. 3. & ſeq. lib. 2. vbi nu. 6. dicit onus huius probationis incumbere producenti ſcripturam, & nu. 13. dicit debere probari illum Vicarium, ſicut in ſimili di-
5 cimus quãdo Notarius eſt mortuus debet probari per comparationem literarum, quod ſcriptura ex qua ſumitur inſtrumentum ſit manu talis Notarij l. ſi quis Decurio C. de falſ. gloſ. in auth. & ſi contractus C. de fid. inſtrum. Alex. conſ. 97. nu. 3. lib. 7. nec ſufficit probare quem eſſe Notarium niſi probetur fuiſſe Notarium tempore confecti inſtrumenti, Alex. conſ. 166. col. 2. lib. 2. & d. conſ. 97. nu. 4. Roland. à Vall. d. conſ. 32. num. 9. quia qui ſe fundat in tempore, oportet quod articulatè, & limitatè probet de tempore l. cum actum ff. de negot. geſt. nec ſequitur, hodie aliquis eſt Vicarius, ergo fuit heri, vel pridie, Bald. in l. ex perſonã col. 2. C. de probat. & in l. qui adulterij C. de adulter. Alex. conſ. 198. col. 2. lib. 2. Roland. d. conſ. 32. nu. 11. vbi nu. 12. poſt Io. Andr. Butr. & alios dicit eſſe capitulandum, & probandum, quod tempore quo fuit cõfecta talis ſcriptura, de quo eſt quæſtio, talis qui illam confecit fungebatur officio Vicariatus, argum. l. 3. ff. ad Macedon. & ponit Port. Imol. vbi teſtatur de communi lib. 2. commun. opin. concl. 11. in 3. limit. in fin. quæ obiecta maximè videntur in caſu noſtro, cum non ſimus in antiquis, Iaſ. poſt alios in l. Barbarius col. 2. verſ. tertio notabiliter limita ff. de offic. Prætor. & cumulatè Crauett. in tract. de antiq. tempor. in 3. par. d. nu. 2. 3. & 6. dicunt tunc pro-
6 bari quem Vicarium quotieſcunque cum antiquitate temporis concurrit communis opinio, & fama, quem eſſe Vicarium, Innoc. in cap. veniens de verb. ſignif. Bald. in d. l. Barbarius col. 9. verſ. qualiter autem probetur, Dec. conſ. 36. col. 2. poſt medium, & conſ. 47. col. 2. ſubdit, Crauett. vbi ſupra num. 9. poſt Iaſ. in d. l. Barbarius in 3. limit. quod ſupradicta procedunt, quãdo producuntur aliæ ſcripturæ Vicarij; Supra-
7 dictis addebatur, quod ſcripturis confectis extra Regnum, non creditur in Regno niſi aſſerantur literæ teſtimoniales Ciuitatis, vel Officialis illius ſigillatæ authentico ſigillo, & ita ſeruatur in practica quotidie in omnibus Curijs Regni, vt dicit Afflict. in conſtit. Regni inſtrumentorum robur q. 9. nu. 10. in fin. Carauit. rit. 188. Georg. alleg. 37. quod etiam cautum reperitur de iure communi, quod inſtrumenta de longinquis partibus non probant, niſi producẽs habeat literas teſtimoniales publico ſigillo ſigillatas, qualiter ille, qui ſcripſit ea, eſt publicus Notarius legalis, & fidelis, vt dicunt Bald. & Salyc. in l. comparationes ille nu. 14. verſ. Cynus format, & iſte nu. 17. verſ. iuxta vtilem C. de fid. inſtrum. Corn. conſ. 142. videtur vol. 3. Lãfranc. in cap. quoniam contra in ver. inſtrumentorum productiones col. 2. de probat. Angel. in auth. de tabellion. verſ. & ſis cautus, & Dec. in cap. 1. nu. 72. de fid. inſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ debent eſſe in maxima veneratione.*
2 *In Eccleſijs debet fieri humilis ingreſſus.*
3 *Executio, & quilibet ordo iudiciarius, eſt prohibitus fieri in Eccleſia.*
4 *Quæ Religioſis adhærent, religioſa ſunt.*
5 *Maius dignum, trahit ad ſe minus dignum.*
6 *Vbi eſt pars nobilior, cenſetur ibi eſſe totum.*
7 *Ex aditu, à quo habetur frequentior acceſſus, iudicatur*

Digitized by Google

dicatur de domo, cui nam cedat.

8 *Apotheca non deſeruiens Hoſpitali, non gaudet immunitate, qua gaudet Hoſpitale, redditur ratio nu. 9.*

Faciēs executionem in bonis ſui debitoris exiſtentibus in cameris Eccleſiæ, à quibus habetur aditus, tàm intus Eccleſiam, quàm per plateam publicam, an dicatur facere in Eccleſia.

DECISIO CLXXI.

FVit in Cur. Archiepiſc. inquiſitus quidam clericus, quod fuiſſet auctor, vt birroarij Curiæ ſecularis exequutionem feciſſent in bonis debitoris dicti clerici exiſtentibus in cameris ſupra Eccleſiam, à quibus habebatur porta, tàm per Eccleſiam, quàm per plateam publicam; quare fuit dubitatum, an ei veniret aliqua pœna infligenda, tanquam executio facta in
1 Eccleſia ipſa, & dicebatur Eccleſias in maxima debere eſſe veneratione l. nemo, vbi Bart. C. de ſacroſ. eccl. cap. 1. & quod ibi notatur de immunitate Eccleſiæ, Bald. in conſ. 29. volum. 1. facit
2 text. in cap. decet eod. tit. in ſexto, vbi in eis debet fieri humilis ingreſſus, & proinde executio,
3 & quilibet iudiciarius ordo prohibitus eſt, l. præſenti C. de ijs, qui ad eccleſ. confug. item dicebatur, quod & ſi in Eccleſia non fuiſſet facta executio, ſed in cameris exiſtentibus propè Eccleſiam; nihilominus iudicari poteſt, ac ſi in
4 Eccleſia ipſa facta eſſet: nam quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt l. quæ religioſis ff. de rei vendic. latè Aſin. in l. fin. nu. 61. & ſeq. ff. de relig. & ſumpt. funer. Bard. in ſuo tract. de tempore vtili, & continuo q. 13. num. 22. & ſeq. Alban. conſ. 12. nu. 7. & maius dignum trahit ad ſe mi-
5 nus dignum cap. quod in dubijs de conſecrat. eccl. l. ſi communem, vbi Bald. & reliqui ff. commun. prædior. latè Couarr. pract. quæſt. q. 13. & ad prædicta facit, quod notabiliter voluit Angel. ad Bart. in l. 1. ff. ad municip. quod ſi aditus eſt à parte anteriori in domo, & à parte poſteriori, & indifferenter ingreditur quis, quandoq; ab anteriori, quandoq; à poſteriori; nihilominus camera cenſetur de illo loco, à quo habetur aditus à parte anteriori, ex quo illa pars cē-
6 ſetur nobilior, & vbi eſt pars nobilior cenſetur eſſe totum l. cum in diuerſis ff. de relig. & ſūpt. funer. & ita etiam pulchrè notatur in cap. in Eccleſiaſtico 13. q. 2. ſequitur Gomez in §. ſi minus inſtit. de action. Calcan. conſ. 90. nu. 9. Tiraquell. de iure primogen. q. 17. 4. oppoſit. num. 17. Alciat. conſ. 55. nu. 7. conſ. 65. nu. 2. & in conſ. 460. nu. 1.

Ad defenſionem dicti clerici adducebatur, quod exequutio hábuit originem per ianuam extra Eccleſiam, & ab illa Birroarij habuerunt ingreſſum, & conſequenter iudicari debet, ac ſi extra Eccleſiam facta fuiſſet, vt notabiliter voluit Artaman. conſ. 91. Aditus enim magis frequentatus erat ille ex parte plateæ publicæ, & propterea ab eo debet ſumi denominatio ad text. in cap. Oſius de elect. l. 1. & ibidem Iaſ. ff. de verb. oblig. l. ius ciuile ff. de iuſtit. & iur. Bart. in l. 1. ff. de albo ſcribendo, ex aditu enim à quo
7 habetur frequentior acceſſus, iudicatur de domo, cui nam cedat l. ſi cui ædes ff. de legat. 3. l. prædijs §. balneas ff. eod. tit. vnde ſi domus ex vna parte eſt de domo Parochiæ S. Martini, & ab alia eſt de Parochia S. Mariæ, ſi quis habitet in prædicta domo cenſetur de illa Parochia, ex qua frequentiorem habet aditum, vt notabiliter voluit Bart. in l. quod conclaue nu. 6. ff. de damn. infect. ſequitur Farin. de carcerib. & carcer. q. 18.
8 de Pont. in deciſ. 35. & ex prædictis refert fuiſſe deciſum in Collater. Conſil. apothecam non deſeruientem ſoli Hoſpitali, ſed communem omnibus in qua publicè emunt, & vēdunt omnes de populo, non comprehēdi ſub priuilegio, & immunitate Hoſpitali conceſſa, ſed eſſe locum merè prophanum, allegat Caſtrēſ. & Alex. quos ſequitur Iaſ. in l. plerique nu. 17. ff. de in
9 ius voc. qui volunt immunitatem conceſſam domui Eccleſię, vel Hoſpitali, non comprehendere ipſius apothecam, etiam quod ab ea haberetur ad domum Eccleſię, ſeu Hoſpitalis, cumq; porta ſpecialis apothecæ eſſet in via publica, per quam publicum commercium exercebatur, iudicāda propterea erat vti publica, & prophana, publico ſeruitio deſeruiēs, maximè cum locata reperiretur ab Hoſpitali pro annua penſione ad publicum mercimonium exercendū, ſicut dicimus de Eccleſia, quæ habet duas portas in diuerſis Parochijs, vt ea iudicetur de Parochia in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus, deciſ. eſt Bart. communiter recepta in l. prædijs §. qui domum ff. de legat. 3. qui allegat bona iura hoc probantia, & ſic limitatur doctrina eiuſdem Bart. in l. quod conclaue ff. de damn. infect. tradentis, domum exiſtentem in duabus Parochijs eſſe illius Parochiæ, per quam habetur ad domum aditus, vt demum non procedat quando adeſt alius principalis, & magis frequentatus, de quo etiam per Felyn. latius in cap. omnes de maior. & obediēt. cauſa aliter non fuit deciſa, ſed dictus clericus fuit aggratiatus, per Illuſtr. D. Archiepiſcopum in viſitatione gratioſa ſtante eius probabili ignorantia, & alias in hac Curia declaratum fuit ædificia gaudere immunitate, præſertim reſpectu furni in Seminario exiſtentis.

SVMMARIVM.

1 *Nulla maior eſt probatio, quam proprij oris confeſſio.*

2. *Confeſſus habetur pro iudicato, & in eum nullæ ſunt Iudicis partes.*

3. *Contra propriam confeſſionem, non eſt quis audiendus.*

4 *Confeſſio eſt tantæ efficaciæ, vt nunquam intelligatur reiecta.*

5 *Confeſſio eſt maior quocunque inſtrumento publico.*

6 *Teſtes, & inſtrumenta cedunt confeſſioni.*

7 *Creditur confitenti in ſui præiudicium.*

8 *Con-*

Digitized by Google

8 Confeſſio facta Deo, non probat in foro exteriori.
9 Reuelatio confeſſionis condemnati ad mortem facta à Confeſſore, de licentia ipſius condemnati, non valet.
10 Confeſſio, eſt de iure Diuino.
11 Papa ſuper iure diuino diſpenſare non poteſt.
12 Sacerdos inductus ad deponẽdum ſuper eo, quod habuit in confeſſione, non probat.
13 Confeſſio facta non coram Iudice in figura Iudicij, ſed coram Notario cauſæ, non præiudicat.

An ex cartula peccatorum reperta penes aliquem delinquentem, poſſit ſumi indicium contra ipſum ad pœnam infligendam.

DECISIO CLXXII.

CApto, & carcerato quodam clerico ob præſumptionem delictorum, & eo perquiſito, fuit reperta penes ipſum quædam cartula ſuorum peccatorum per ipſum ſcripta, vt melius ſua peccata confiteretur, & inter cætera facinora repertum fuit ſcriptum ſe pluries commiſiſſe peccatum contra naturam; quare fuit dubitatum ſi potuiſſet procedi contra ipſum de ſu-
1 pradicto crimine ibidem ſcripto. Et prima facie videbatur affirmandum, nulla enim eſt maior probatio quam proprij oris confeſſio l.1. ff. de confeſſis, Rot. Genuæ in deciſ.28. l.certum
2 ff. eodem, vbi confeſſus habetur pro iudicato, & dicit text. in l.quia proinde §.1.ff.ad l.Aquil. in confeſſum nullas eſſe Iudicis partes, ſequitur Bald. in conſ.29.vol.1. Alex. in conſ.73. nu.6. &
3 ſeq. Alciat. in conſ.63.num.10.& 22.& contra propriam confeſſionem non eſt quis audiendus dicit Iureconſult. in l. contra C. de non numer. pecun. quicquid dicat Magon. in deciſ. Rotæ
4 Florent.26.nu.22. confeſſio enim eſt tantæ efficaciæ, vt nunquam intelligatur reiecta, & ideò ſemper opponi poteſt, etiam contra præſumptionem iuris, & de iure, auth. & ſi, vbi Bald. & reliqui C. de donat. ante nupt. nam confeſſio partis elidit iuris præſumptionem, Ioſeph. Ludouic. in deciſ.5. Rot. Lucenſ. & eſt maior quo-
5 cunque inſtrumento publico, & quibuſcunque teſtium depoſitionibus, Balb. in deciſ.91. Rubin. in deciſ.77. & vbi eſt confeſſio, ibidem eſt reuelatio oneris probationis, Alciat. conſ. 10. nu. 4. nec Iudex poteſt iudicare confeſſionem nullam eſſe, Alban. conſ.71. & eſt excellentior omni probatione, idem Rot. Lucenſ. citata deciſ.5. Crauett. conſ.6 nu.3. conſ.175. & in conſ.
6 272.nu.15.& teſtes, & inſtrumenta cedunt confeſſioni, idem Crauett. conſ.3. num.42. & facit text. in l.cum te C. de tranſact. vbi idem operatur confeſſio, quod publicum inſtrumentum: confeſſionem enim debere interpretari contra confitentem, Rot Genuæ in deciſ.60. nu.8. &
7 Verall. in deciſ.189. part.1. & confeſſio præiudicat confitenti quoad omnes, Rot. Genu. deciſ.172. num.8. Hinc eſt, quod creditur confitenti in ſui præiudicium, non autem commodum, Franc. Marc. in deciſ.695.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit reſolutum in dicta Curia: non eſſe ſcilicet procedendum contra dictum clericum, cuius deciſionis fundamentum fuit, ex
8 eo, quod illa cartula cenſetur facta Deo, & non homini, & conſequenter non probat in foro exteriori, tanquam emanata in diuerſo iudicio, argum. text. in cap. cauſam quæ de teſtibus. Farinac. in deciſ.19. facit etiam text. in cap.& ſi clerici de iudic. confeſſio enim facta Sacerdoti non probat in iudicio cap. ſi Sacerdos de offic. Iudic. ordin. quia talis confeſſio fuit facta in pœnitentia, & propterea non probat, Ioan. de Anan. in d.cap. ſi Sacerdos nu.6. & latè Bald. in l.Archigeruntes C. de Epiſcop. audient. num.2. Thom. Triuiſ. in deciſ. Rot. Venetæ 3.par. 1. vnde Carocc. in tractat. de reuelat. confeſſ. q.6. dubitat, quid ſi Sacerdos de licentia pœnitentis reuelauerit in iudicio aliquid in confeſſione
9 auditum, quam fidem faciat? occurrit enim ſæpe in facto, quod condemnati ad mortem confitentur eorum peccata, poſtea confeſſor pro ſalute condemnati dicit Iudici innocentiam ſuam, vtique nullam fidem faciet, quia ſciuit dictus confeſſor, vt Dei miniſter d.cap. ſi Sacerdos de offic. Ordin. & ita tenet Bald. & ibi ſequitur Paul. Caſtrenſ. in d. l. Archigeruntes C. de Epiſcop. audient. Felyn. in cap.1. col. 1. de except. Rip. de remed. ad curand. peſtem in fine operis nu.104. Abb. in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat. Addit. ad Papienſ. in prima for. action. in verb. compellatis nu.5. Maſcard. concluſ.387. in princip. quod ampliatur, vt procedat, etiam ſi talis reuelatio eſſet à teſtibus idem deponentibus adiuuata, Io. Andr. in cap. fin. de tempor. ordin. Tindar. de teſtibus nu.20. Fuſc. in ſingularibus ſuis in verb. confeſſio nu.176. licet in probanda emendatione peccatoris probet, Conſilia matrimonial. diuerſ. in conſ.47. Item dicebatur prædictam cartulam ſcriptam fuiſſe gratia confeſſionis ſacramentalis ſub ſequendæ, & pro-
10 inde publicari non debet in iudicio, confeſſio enim eſt de iure Diuino, ſuper quo, nec Papa
11 diſpenſare poteſt, Ricard. in 4.diſt.21. art.4. q.1. vbi S.Thom. q. vlt. art.1. Neuiz. in Sylu. nupt. lib.3. in verb. monitoriæ ampliat.5. Summ. Angel. in verb. confeſſio vlt. num.3. Berou. q. familiar.12. Viuiu. in Sylu. variar. opinion. opin.143. num.3. Cardin. in clem. fin. de celebrat. miſſar. Bellon. in §. nihil inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur, hinc eſt, quod Sacerdos indu-
12 ctus ad deponendum ſuper eo, quod habuit in confeſſione, non probat, Hippolyt. ſingul.424. Carroc. in tract. de iuramento litis deciſorio q.4. q.8. princip. & hoc locum ſibi vẽdicat, etiam in crimine ſimoniæ, & criminis læſæ Maieſtatis, Gabr. de maleſ. concl. vlt. Angel. de maleſ. in verb. *che hai adulterato la mia donna* num. 18. Marſil. in l.vtrum nu.5. ff. de quæſt. Gig. de crimin. læſ. maieſt. tit. qui accuſ. poſſ. q. 18. Decian. in tract. crim. tom.2. lib.10. cap.34. nu.19. Tandem dicebatur ſupradictam confeſſionem vti incidenter factam, nullum grauamen inducere, ex latè traditis per Afflict. in deciſ.107.

Non

Digitized by Google

Non obſtant contraria, & præſertim illud de confeſſione, quia procedit generaliter in alijs caſibus,vt voluit Bald.in conſ.91.vol.1.confeſ-
13 ſio enim facta non coram Iudice in figura iudicij,ſed coram Notario cauſæ,non præiudicat, Guid.Pap.in ſingul.573.Rauenn.ſingul.94.Gerard.ſingul.76. & ante omnes Bart. in l. cum ſcimus C.de agricol.& cenſit.lib.12.& licet regulariter quis contra ſuam propriam confeſſionem venire non poteſt,fallit quando per Iudicem fuit confeſſio impetrata,vel non per partem expreſſè acceptata, Mynſinger. obſeruat. 51.centur.4.

SVMMARIVM.

1 *Homicida in dubio præſumitur feciſſe delictum cum dolo, & ex propoſito, niſi contrarium probetur.*

2 *Occidens aliquem ſine armis, vt puta manu ipſum ſtrangulando, tenetur pœna homicidij ordinaria.*

3 *Percutiens aliquem manu armata in capite, cenſetur percutere animo occidendi.*

4 *Occidens aliquem manu vacua, punitur itidem, ac ſi gladio occidiſſet.*

5 *Animus delinquentis præſumitur ex qualitate inſtrumenti, armorumq. delatione.*

6 *Animus delinquentis præſumitur proijciendo lanceam, & ſagittas, ſecus ſi pugno, vel calce.*

7 *Animus, & mens delinquentis, inſpicienda ſunt in criminalibus.*

8 *Animus delinquendi ex coniecturis, & præſumtionibus probatur.*

Homicidium ſequutum ex appoſitione manuum ad guttur, an ducatur caſuale.

DECISIO CLXXIII.

QVidam clerici dum ligulas, quas vulgò *ſtringas* appellant, emere vellent à quodam mercatore,orta inter eos & venditorem altercatione impoſitis in ipſius venditoris guttur manibus ex faucium ſuffocatione dictum venditorem occiderunt; quare fuit dubitatum an huiuſmodi delictum ſit cenſendum caſuale,an verò deliberatum;& prima conſideratione videbatur dicendum, fuiſſe delibera-
1 tum, ex eo, quod in dubio præſumitur, quod homicida fecerit delictum cum dolo, & ex propoſito, niſi contrarium probetur Gomez de delict.cap.3.num.17.& Blanch.de indic.homicid.tenet,quod dolus præſumitur in actu delicti, non autem ex propoſito, & ſic, quod animus deliberatus non præſumatur, & ita declarat ibi nu.54.& 56.& quando dubium eſt, an quis interfecerit animo occidendi, an non, ſi conſtat,quod alias aliquem occiderit,præſumptio reſultat, quod animo deliberato illum occiderit, Gand.in tract.de malefic.ſub rubr de homicid.col.final. Marſil.in l.1.§.Diuus Adrianus nu.39.ff.de ſicar. & Foller.in pract.in verſ. recipiantur defenſiones nu.29. Tiraqu.de pœn. temper.cauſ.10.nu.6. quibus adde videndum Menoch.de arbitr.iudic.caſ.361. vbi enumerauit viginti coniecturas, quibus animus iſte deliberatus,& penitus occidendi conijcitur,& ibi nu.36.opinion.Caſon.conciliat cum Clar.& ad hoc vide etiam Bertazz.conſ.85.& Maſcard.de probat.concl.98.& 864. ſed fiſcus tenetur probare coniecturas, Boſſ.tit.de homicid.nu.46.& erit locus torturæ ſuper hac qualitate animi deliberati, Carrer.in practic.in §.homicidij nu.34. hoc latè proſequitur Burſat. conſ.271. num.36. cum ſequ. in tantum, quod perſtringendo ſer-
2 monem noſtrum, vno verbo concludendum eſt,quod occidens aliquem etiam manu,videlicet ſi fortè illum manibus ipſis ſtrangulauit, tenetur pœna homicidij ordinaria l. qua actione poſt princ. ff. ad l. Aquil. prout percutiens
3 manu armata aliquem in capite cenſetur etiam percutere animo occidendi, & puniendus eſt tunc lege Cornel.de ſicar. ſecuto homicidio,vt per Franc. Aret. conſ.146. viſa conſultatione nu.9. & ſeq. ſicuti ad pœnam hanc condemnauit quendam Ruſticum Regia Audientia Capitanatæ, Apuliæ, Comitatuſq; Moliſij in anno 1583. qui tunc percuſſerat ſuum inimicum cum manopola, quam ſecum deferebat pluribus percuſſionibus in capite illum vulnerando, ex quibus diem ſuum clauſerat extremum, vt ſcribit Viuiu.in deciſ.75. imò ſecundum eū-
4 dem dicto loco,occidens aliquem manu vacua, punitur itidem,ac ſi gladio occidiſſet, cum doloſè hoc fecerit,ita Bald.in cap.1. §.iniuria in fin. de pac. iur. firm. ſed non punitur profectò tunc occidens pœna homicidij ordinaria, vt conſuluit Fulgoſ. conſ.134. viſis denunciationibus,Dec conſ.9.& pro tenui facultate mea ſub nu.1.& ſeq. Signor. l.de Honded.conſ.50. verſ. hinc deduci videtur, & in facti contingentia ſe vidiſſe obſeruatum Peruſij ſuperioribus annis,dùm ibidem ſtuderet,quod extitit condemnatus quidam iuuenis, qui tunc Magiſtrum Octauianum Piſtorem vno ſolummodo illato pugno in eius perſonam interfecerat.

Cæterùm ſupradictis non obſtantibus, contrarium cenſuit Cur.Archiepiſc. ſcilicet ſupra-
5 dictum homicidiū fuiſſe caſuale, animus enim delinquentis præſumitur ex qualitate inſtrumenti,armorumq; delatione, vt per gloſ.Bald. Præpoſit.& alios omnes in cap.1.§.mercator de pac.tenend. Bertrand.conſ.112.pro faciliori demonſtratione num.2. vol.8. & tandem animus præſumitur ex armis, & loco percuſſionis.
6 Rimin.Iun. conſ.88.num 42. lib.1. proijciendo enim lanceas,& ſagittas,præſumitur animus occidendi,ſecus ſi pugno, vel calce l.Diuus ff.de ſicar.& l.ſi non conuicij C.de iniur.cap.ſignificaſti il ſecondo de homicid. Io.de Amic. conſ.23.nu.13. & conſequenter animum percutientis arma demonſtrant l.1. ff. ad l.Cornel. de ſicar.Bald.& alij omnes in l.1.C.de emend.ſeru. Marſil.conſ.7.nu.44.cum animus, & mens ipſa
7 hominis inſpicienda ſint in criminalibus l. qui iniuriæ ff.de furt.Dec.conſ.487.nu.13. Cephal. conſ.76.nu.28.vol.1. Nauarr.conſ.38.nu.3. de

temp.

Digitized by Google

temp. ordin.lib.1.& hinc eſt, quod iniuria non dicitur aliter fieri, niſi animus, atque conſiliũ dehoneſtandi hominem, vel in euidentem infamiam eius adducendi interuenerit l.illud, vbi Doctor. omnes ff.de iniurijs, & l.ſi non conuicij C.eodem, Ruyn.conſ.145.nu.10.vol.5. & Dec.conſ. 478.nu.13.& 15.& ſic denique animus ex con-
2 iecturis, & præſumptionibus etiam probatur, vt per Petr.de Baiſio in tract. de election. in 3. par.cap.35.nu.9.Innocent.& alios omnes in cap. Eccleſia il ſecondo de election.Menoch.in conſil.334.cum cauſæ num.62.cum alijs ſeq. vol.4. Taliter, quod aduertẽdum eſt, quod ex ſequentibus colligitur, qualis fuerit animus in præcedentibus l. ſed & Iulianus §. proinde ff. ad Macedon. §.Pauonum inſtit. de rer.diuiſ. Quintil. Mandoſ.conſ.76.ſpectabilis num.7.vol.1. Dec. conſ.336.Bart.& alij in l.cætera §.fin. ff.de leg. 1. Rimin.Iun. conſ.254. Prima nu.28.vol.3. & conſ.496.Dicendum num.23.vol.5. Gabr.conſ. 32.Ad deciſionem nu.15.& conſ.172.Puto ſententiam nu.11.vol.2. Tiber.Dec.conſ.104.circa primum nu.14.& 16.vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria, in exequutione ſententiæ opponi non poteſt.*
2 *Priuilegiũ immunitatis eccleſiaſticæ, eſt miſtum.*
3 *Eccleſia ſpoliata, ante omnia eſt reſtituenda.*
4 *Extractus ab Eccleſia blandis verbis, vel minis Iudicis, eſt reſtituendus.*

An exceptio immunitatis Eccleſiæ; poſſit opponi in qualibet parte iudicij.

DECISIO CLXXIV.

CONdemnatis ad pœnam mortis quibuſdam delinquentibus per Magnam Curiam Vicariæ, & cum in exequutione ipſius ſententiæ oppoſuiſſent exceptionem immunitatis Eccleſiæ, allegantes fuiſſe captos intus quandam Eccleſiam, fuit dubitatum an ob id, quod prædictam exceptionem non propoſuerunt in principio eorum captura, & fuerunt paſſi ſe iudicari, poſſint ad præſens illam opponere, & dice-
1 batur, quod exceptio oppoſita erat peremptoria, quæ aliter admitti non pôterat in exequutione ſententiæ, ad text.in l.peremptorias C. ſent. reſcind. non poſſ. Marant. in ſuo ſpecul. part.6.membr.9. nu.11. cum ſimilibus, & maximè vbi ante ſententiam fuerat huiuſmodi exceptio oppoſita, & diſcuſſa, vt dixit gloſ. in l. Neſennius §.vltim. ff.de re iudicat. Bart. Bald. & Imol. in l. ex diuerſo §. vltim. ff. ſolut.matrimon. Iaſ.in l.1.ſub num.19. C.de iur.& fact. ignor. Roland.à Vall. de inuentar. part.5. verſ. exceptio inuentarij nu.7.fol.mihi 173. Phanut. de inuentar.§.8.nu.2.

Cæterum ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit reſolutum in noſtra Curia, ex eo, quod immunitas eccleſiaſtica fuit conceſſa locis ſacris cap.inter alia de immunit.eccleſ. & proinde licet extractus paſſus fuerit condemnari, nihilominus cum iniuria ſit illata Eccleſiæ, non poteſt afferre præiudicium per ipſius taciturnitatem eidem Eccleſiæ, vt voluit Anchar. cap.fin.de immun.eccl.Villagut de extenſione
2 legum cap. fin. nu.4. & ſeq. Priuilegium enim prędictum cum ſit miſtum Eccleſiæ nimirum, & perſonæ conceſſum, ob id minimè poterat renunciari in præiudicium Eccleſiæ, vt concludit, licet inuolutè Tiber. Decian. reprobando Ioan. Viſc. in tract.crim.lib.6.cap.26. num.12. Petr.Pech.in tract.de arreſt. & iur.ſiſtẽd.cap.9. nu.3.in fin. verſ.ego verò, vbi ait hanc eſſe veriſſimam opinionẽ, Bobadill.in Polit.lib.2.cap. 14.nu.79.qui adducit in argumentum, quod ſicut clericus non poteſt renũciare beneficio fori, quia priuilegium illud datum eſt ordini, & nõ perſonæ tantum, ad text.in cap.ſi diligenti de for.comp.Bart.in cõſ.225.quem ſequitur Socc. in cap.1.nu.23.in fin.de for.comp. & poſt alios tradit Alex.Ambroſin.in tract.de immun.eccl. cap.16.nu.13. ita & pariter dicẽdum videbatur in caſu iſto, quia Eccleſia ſpoliata ante omnia eſt reſtituenda cap.quærente, & cap.item cum quis de reſtit.ſpoliat. Remig.de immun.eccleſ. q.fin. Suarez de Paz in ſua prax. 1. par. tom.1. cap.3.§.3.nu.16.Genuenſ.in prax.Neap.cap.21. ſub num.6. & maximè ſi per ſatellites ſeculares
4 blandis verbis, vel impunitate promiſſa etiam cum iuramẽto, vel minis Iudicis ductus, ab Eccleſia exierit, quia tunc reſtituendus eſt Eccleſiæ, cum corruptiones, & violentiæ ſint factæ Eccleſiæ cap.conſtituimus 17. q.4. ibi, & ipſe reus auctus timore de Eccleſia diſceſſerit, Ign. in l.1.nu.4.ff.ad ſyllan.Remig.in d.tract.de immun.eccl.q.15.& in fallent.26.in fin.verſ.vnde, qui ad hoc allegat Sylueſt. in ſumma in verb. immunitas 3. q. 6. Burgos Suar.de Paz in loco præallegato nu.166. & 167. Gomez in 3. tom. de delict.cap.12.nu.7. Couarr.variar.reſol. lib. 1. cap.20. num.16. Plaz.lib.1.de delict. cap.17. Clar.in §.fin.q.55.nu.6. circa princ. Azeued.in l.3.nu.13. & ſeq. recopilat. Bobadill.in Polit.d. cap.14.nu.79.

SVMMARIVM.

1 *Votum ſolemne impedit, & dirimit matrimonium.*
2 *Quoad Deum, par virtus eſt voti ſimplicis, & ſolemnis.*
3 *Promiſſio de ingrediẽdo religionem, etiam ſi quis habitũ non ſuſcepit impedit matrimonium contrahendum, licet non dirimat iam contractum.*
4 *Suſceptio habitus profeſſorum à non habente poteſtatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum.*
5 *Sub voto Religionis, tacitè continetur votum caſtitatis.*
6 *Votum caſtitatis de præſenti, impedit matrimonium contrahendum.*
7 *Vouens ingredi certum monaſterium, ſi ibi non recipiatur, excuſatur à voto, ſecus ſi vouit in genere.*
8 *Vouens non obligatur ad plura, quam ſua verba,*

& intentio ſe extendunt.
9 *Obligatio eſt reſtringenda.*
10 *Actus agentium, non operatur vltra eorum intentionem.*

Vouens certũ Monaſterium, ſeù certam Religionem intrare, ſi ibi non recipiatur, an liber manet, ita quod poſſit contrahere matrimonium.

DECISIO CLXXV.

EMiſerat quidam votum ingrediendi certum Monaſterium cuiuſdam arctæ Religionis, & cum à Capitulo, & Priore eiuſdem
Monaſterij reiectus fuiſſet, ex eo, quod non erat
aptus ſeruitio eiuſdem Religionis ob eius corporis
gracilitatem, cumq; cuperet contrahere
matrimonium, & iam publicationes factæ fuiſſent
per Parochum, comparuit quidam proponens
impedimentum dicti voti; quare cauſa delata
ad Cur. Archiepiſc. fuit dubitatum ſi potuiſſet
dictus contrahere matrimonium, dice-
1 batur, quod non, ex eo, quod votum Religionis
iſtud, impedit matrimonium cap. meminimus,
qui cler. vel vouen. cap. vnico de voto in ſexto,
& nouiſſimè Concil. Trident. ſeſſ. 24. de matrimonio
cap. 9. Sanchez de matrimonio lib. 7. diſp.
2 27. nu. 2. Imò quo ad Deum par virtus eſt voti
ſimplicis, & ſolemnis cap. rurſus cit. tit. qui clerici
vel vouentes, Monald. conſ. 27. Turrecr. conſil.
90. nu. 7. & ſeq. Enriqu. conſ. 13. nu. 6. Imò dicit
text. in cap. meminimus ſæpius citat. tit. l.
3 quod etiam promiſſio de ingrediendo Religionem,
quamuis ſi habitus non ſit ſuſceptus, impedit
matrimonium contrahendum, & in cap.
4 conſuluit habetur, quod ſuſceptio habitus profeſſorum
à non habente poteſtatem incorporandi
Religioni, impedit in dubio matrimoniũ
5 contrahendum; inſuper dicebatur, quod ſub
prædicto voto Religionis tacitè continebatur
votum caſtitatis, ad latè tradita in cap. vnico de
voto in ſexto: proinde licet excuſaretur ab illo
ob difficilem eius receptionem in dicto Monaſterio,
non propterea reddebatur liber à voto
caſtitatis, & conſequenter poſſe matrimonium
6 contrahere, vt probatur expreſsè in cap. veniẽs,
qui clerici, vel vouentes, vbi votum caſtitatis
de præſenti impedit matrimonium contrahendum,
Eccleſia tamen, ex cauſa matrimonium
contrahi quandoq; permittit.

Ceterùm prædictis nihil in præſenti caſu obſtantibus
Cur. Archiepiſc. cenſuit contrarium,
poſſe ſcilicet ſupradictum admitti ad matri-
7 monium contrahendum, quæ deciſio recipit
fundamentum, ex eo, quod vouens ingredi Religionem
in certo Monaſterio, ſi dictum Monaſterium
non vult eum recipere, poteſt declarari
abſolutus à voto, iuxta communem ſententiam,
quam refert, & ſequitur Nauarr. in
manual. confeſſ. cap. 12. nu. 43. & in conſ. 2. vol.
1. in tit. de voto, qui etiam dicit ſecus eſſe in eo,
qui vouit Religionem in genere, vel in ſpecie,
non ſe reſtringendo ad aliquod Monaſterium,
quia tunc obligatur quærere alias Religiones,
vel alia Monaſteria eiuſdem Religionis, licet ab
aliqua, vel ab aliquibus repudietur, vt notabiliter
voluit Caiet. 2. 2. q. 188. art. 3. volum. 3. verſ.
in eadem reſponſione, facit text. in cap. porrectum
de Regular. & idem Nauarr. in conſ. 21.
de voto in nouis, quem refert, & ſequitur Sayr.
in deciſ. 40. eodem titulo, quorum ratio com-
8 munis eſt, quia vouens non obligatur ad plura,
quam ſua verba, & intentio ſe extendunt, vt
colligitur ex D. Thom. in 2. 2. q. 189. art. 3. & 4.
idem Nauarr. loc. citat. Roland. conſ. 27. Alban.
9 conſ. 16. & probatur ea ratione, quia obligatio
eſt reſtringenda l. quicquid adſtringendæ ff. de
10 verbor. obligat. & cap. cum iura de regul. iur. in
ſexto, vnde actus agentium non operatur vltra
intentionem eorum l. non omnis ff. ſi cert. pet.
cap. fin. de præbend.

Ad ſupradicta confirmanda faciebat etiam
refutatio Prioris, & Conuentus dictæ Religionis,
quæ ſufficit ad ipſum excuſandum cap. fin.
de Regular. vbi Archidiac. acceptatio enim, &
admiſſio volentis ingredi Religionem, pertinet
ad Prælatum, & Conuentum gloſ. communiter
recepta in cap. fin. de Regular. in ſexto, & conſequenter
refutatio eiuſdem debet pertinere
ad eoſdem. vt dixit Nauarr. loc. cit.

Nec obſtant allegata in contrarium, quia intelliguntur
de voto ſolemni, vel de voto Religionis
in genere, vel quando quis vouit Religionem
in ſpecie, ſed non quando fuit ob eius
inhabilitatem excluſus.

SVMMARIVM.

1 *Per proceſſum ad vlteriora cenſentur reiectæ exceptiones propoſitæ, quando adeſt incompatibilitas.*
2 *Per proceſſum ad vlteriora cenſetur reiecta exceptio propoſita, quando de ea fuit cognitum.*

Per proceſſum ad vlteriora, quando Iudex cenſeatur reieciſſe exceptiones propoſitas?

DECISIO CLXXVI.

FVit pluries dictum in Cur. Archiepiſc. per
proceſſum ad vlteriora intelligi reiectas
exceptiones, quod intelligitur in duobus tan-
1 tummodo caſibus. Primò, quando proceſſus ad
vlteriora non potuiſſet ſtare abſque deciſione
incidentis, eſſetq; incompatibile, ſed quãdo potuiſſet
procedi abſque deciſione, ſeù reiectione
incidentis, tunc illud nunquam intelligitur reiectum,
nec deciſum; hæc eſt communis ſchola
Doctorum, poſita per gloſ. Bart. Odoffred.
Alberic. & omnes in l. ſi Iudex ff. de his, qui ſunt
ſui, vel alieni iuris, Paul. de Caſtr. in l. 1. col. 3. C.
de ordin. Iudic. cum alijs innumeris, quos adducit
Ant. Gabr. in tract. commun. concluſ. lib. 2.
in tit. de except. concl. 1. nu. 23. vbi dat hanc pro
communi limitatione regulam.

Secundò, quando fuit cognitum de ea: nam
dixit

Digitized by Google

dixit Bald. in l. receptitia C. de conſtit. pecun. non poſſe dici determinatum id, quod non fuit deciſum, & propterea fit diſtinctio, quod quando proceſſus ad vlteriora procedere non poſſet ſine cognitione incidentis, tunc quia oporteret eſſe cognitum, quod dicitur eſſe reiectũ, & deciſum, & tunc ſi non apparet cognitum de eo, non intelligitur tacitè reiectũ per proceſſũ ad vlteriora, ita Bart. in d.l. ſi Iudex ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, ſecus verò quando procedere poteſt, licet alij dicant, quod quando eſt ſummatim cognitum, non intelligitur reiectum, vt tradit Io. Andr. in cap. inter Monaſterium col. pen. in fin. de re iudic. idq; latè declarat Felyn. ibidem limit. 3. nu. 24. & quando Iudex cauſa non cognita procedit ad vlteriora, ille actus non nocet opponenti exceptionem rei iudicatæ, ſecus vbi cauſa cognita, & ad hoc adducit innumeras deciſiones dictas per Gabriel. in dicto loco 1. limit. ex quibus apparet hanc eſſe communem, & licet referat alios cenſuiſſe contrarium, tamen non reſpondent rationibus adductis pro hac opinione communi, & præſertim quod ſi non eſt cognitum, nec diſcuſſum, non poteſt vllo pacto præſumi iudicatum: nam omnis huius articuli diſceptatio conſiſtit in præſumendo, an Iudex cognouerit procedendo ad vlteriora: hinc aliqui Doctores voluerunt concordando opiniones, quas refert prædictus Anton. Gabr. quando proceſſerit tantum temporis ſpatium, infra quod potuerit Iudex cognoſcere de exceptione, tunc cenſeatur reiecta ex eo, quia præſumitur cognitum, alias ſecus; & hoc eſt quod tradit Felyn. in cap. ſuborta in 1. limit. de re iudic. ergo tota vis conſiſtit in præſumptione cognitionis, & conſequẽter dum non eſt certum eſſe cognitum, non poteſt dici tacitè, quod iudicatum, aut reiectum eſt, ſi Iudex non cognouit, non poteſt præſumi factum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, cui nondum res eſt tradita, non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, & impedire, ne tertius in poſſeſſionem mittatur.*
2 *In Eccleſiam transfertur dominium ipſo iure ſine traditione.*
3 *Eccleſia non fouet fraudem in ſuis contractibus.*
4 *Spiritualis conſenſus, eſt fortior, quam laicalis.*

Text. in l. quoties C. de rei vendic. an procedat Eccleſia vendente?

DECISIO CLXXVII.

Diſpoſitio iſtius textus eſt, quando eadem res venditur, vel donatur in ſolidum, ille præfertur in dominio, cui prius res fuit tradita, non attento, cui prius fuit vendita, vel donata, concordat text. in l. ſiuè autem §. ſi duobus ff. de publican. & ad ampliationem ſupradictorum adde, quod emptor, cui nondum eſt res
1 tradita, non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, ac impedire ne tertius in poſſeſſionem mittatur, doctrina eſt Bald. in cap. 1. in 1. col. per illum text. in tit. quid ſit inueſtitura quoad iura feudorum, & conſequenter emptor, cui non eſt res tradita, non poteſt per Iudicem petere inhabilitari, quominus alteri vendat, & tradat, poſſet tamen dari cautela ad hoc euitandum, & eſt, vt emptor prius appellet à venditione facienda, dumtamen in appellatione inſerat cauſam talem, qua neceſſariò concludat venditorem alteri vendere non poſſe, vt per Innoc. in cap. bonæ de appellat. & poteſt poni exemplum, quando creditor iurauit, iuxta tradita per gloſ. in l. ſi pecunia in princ. in verb. neceſſe habeas ff. de condit. ob cauſ.

Fallit tamen huius text. concluſio in hoc caſu noſtro, prout fuit reſolutum in Cur. Archie-
2 piſc. Neapol. & ratio deciſ. eſt, quia in Eccleſia transfertur dominium ipſo iure, ſine traditione, prout vult text. in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & idem procedit in perſonis Eccleſiaſticis vendentibus, quia tunc erit ſemper potior primus emptor, licet ſecundo fuerit tradita res, prout concludunt Hoſtienſ. & Io. Andr. in cap. continebatur de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, per text. in cap. cum inter
3 Canonicos de electiõ. Item quia Eccleſia non dicitur fouere fraudem in ſuis contractibus, cap. per tuas de donation. neque alicui laqueum inijcere, ſed ſecus eſt in laicis, quibus permiſſum eſt ſe inuicem decipere l. in cauſæ 2. §. penult. ff. de minor. l. cum venderem, & l. ſi item ſi pretio ff. locat. gloſ. pulchra in cap. etenim §. hoc ius ponit 10. q. 2. quæ dicit, quod licet laicis ſe inuicem decipere in contractibus, tamen iſtud idem non licet Eccleſiaſticis perſonis; quam gloſ. allegat, & ſequitur Anton. & Abb. in
4 cap. 1. de vſuris. Item moueor, nam ſpiritualis conſenſus fortior eſt, quam laicalis, vt patet in cap. vltim. de ſponſalibus facit etiam, nam licet perſonis laicis concedatur tali modo variare, vni vendẽdo, deinde alteri, iſtud tamen eſt prohibitum Eccleſiaſticis, vt probat text. in cap. cũ autem de iurepatron. vbi dicit Papa, quod licet ſit permiſſum patrono laico plures præſentare, & ille præfertur, qui primus eſt in poſſeſſione, tamen in perſonis Eccleſiaſticis, quæ ſunt patroni, qui primo eſt præſentatus, potior eſt in iure. Item in perſonis Eccleſiaſticis abominabilis, & improbata eſt variatio, clem. bona illuſio de renunc. vbi etiam Io. de Imol. Ludouic. Roman. in conſ. 293.

SVMMARIVM.

1 *Subcollectores ad hoc, vt gaudeant priuilegio fori, debent eſſe vnici in Ciuitate, vel Dioceſi.*
2 *Exemptus in vno loco, non eſt exemptus in alio.*
3 *Exemptus ratione certæ rei, & loci, non eſt exemptus ratione alterius rei, & loci.*
4 *Subiectus ratione rei, eſt ſubiectus etiam ratione beneficij.*

M 2 An

Digitized by Google

An Subcollector deputatus in vna Diœceſi delinquens in alia, ſit exemptus à iuriſdictione Ordinarij?

DECISIO CLXXVIII.

CApto,& carcerato Clerico ſubcollectore in Cur.Archiepiſc.ſub prætextu tonſionis monetæ; fuit pro eius parte petita remiſſio ad Illuſtriſſimum Nuncium huius Regni, ſtante quod erat Subcollector Apoſtolicus: quarè fuit dubitatum, an eſſet remittendus, & dictum fuit, quod cùm circa Commiſſarios, vel Subcollectores Illuſtriſſimi Nuncij in hoc Regno Neapolitano,exemptio nō ſit generalis, ex quo
1 gaudeant exemptione ab Ordinarijs tantum
ſinguli, & vnici in ſingulis Diœceſibus conſtituti, & conſequenter cum dictus Subcollector reperiretur eſſe alterius Diœceſis, quam Neapolitanæ, propterea hic delinquens non debeat
2 gaudere beneficio remiſſionis, ex iuris concluſione:exemptus enim in vno,non eſt exemptus in alio loco cap.1.de priuileg.in ſexto,Abb.nu. 8.& Butr.nu.19.cap.tuarum de priuilegijs, latè Couar.practic.queſt.cap.11.nu.5.& ſīn Soccin. in cap. cum Cappella per illum text. de priuilegijs,exemptus ratione certæ rei,& loci,non
3 dicitur exemptus ratione alterius rei,& loci,ſequitur Io. Andr. in cap. per exemptionem cit. tit. Rot.diuerſ.in deciſ.744. num.2.& 3. par.1. Marta in deciſ.159.nu.11. niſi ex proprietate vocabuli alter locus, vel res contineretur, puta ſi exemptio eſſet facta bonis, quia eorum nomine venit quoque beneficium cap. 1. de præbend. Rebuff.in prax. in tit. de ſimoniaca reſignat.nu.31.ſicut exemptus,vel ſubiectus ratio-
4 ne rei,dicitur exemptus, vel ſubiectus ratione beneficij, Gemin.in cap.2. num.25. de conſtit. Rot.in deciſ.54.par.2.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Iudex, eſt ſuſpectus in cauſa ſui Concanonici, quia ſunt fratres.*
2 *Canonici habent inter ſe ſocietatem, & familiaritatem.*

Canonicus, an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſui Concanonici.

DECISIO CLXXIX.

FVit pluries reſolutum in Cur. Archiepiſc. Neap.Canonicos Iudices Curiæ,eſſe ſuſpectos in cauſis tangentibus Concanonicos, per text.expreſſum in cap.cum Reu.Canonicus de offic.delegat.vbi habetur,quod Canonicus in cauſa Concanonici delegatus poſſit recuſari,vt
1 ſuſpectus, cuiùs deciſionis ratio videtur illa, quia Canonici dicuntur fratres, cap. quanta, & cap. nouit de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli,cap.accedens,vt lit.non conteſt. & de iure clarum eſt fratrē repelli à iudicando in cauſa ſui fratris,ſecundum Iaſ.in l.apertiſſimi C.de iudicijs, aliam rationem tradit gloſ. in d. cap.cum Reu.Canonicus,aſſerens,hoc euenire
2 propter ſocietatem, quam inter ſe obtinēt Canonici: item propter familiaritatem, quæ aliquando ſolet impedire veritatem cap. accuſatores 3. q. 5. ad confirmationem prædictorum videatur Ioan.Bapt. Thoro in ſuo aureo Compend.verb.ſuſpitio.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati poſſunt examinari ad probandum aliquod factum.*
2 *Teſtes de vniuerſitate admittuntur ad aliquid probandum contra,vel pro vniuerſitate.*

Carcerati, an admittantur in teſtes pro altero carcerato?

DECISIO CLXXX.

AGebatur in Cur.Archiepiſc. Neapol. de probando quādam promiſſionem factam per carceratum cuidam Presbytero exiſtenti extra carceres, per quem cum fuiſſet inſtatum examinari carceratos, qui hoc audierunt; fuit dubitatum,an de iure ſint admittendi; prima facie dicebatur,quod non,ex eo, quod carceratis,& criminoſis perſonis, nulla fides eſt adhibenda cap.teſtimonium de teſtibus l.quoniam, cum ibi notatis C.eodem, latè Farinac.de teſtibus q.22.

Ceterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus, contrarium fuit reſolutum in quadam cauſa in eadem Curia,in qua certi carcerati intendendo
1 velle probare certam ſuam actionem, induxerunt in teſtes nonnullos ex ipſiſmet carceratis, qui iurati,& examinati depoſuerunt,& concludenter probauerunt intētionem, vel actionem eorum, & ſic eorum depoſitiones fuerunt admiſſæ per regulam iuris,quod edictum de teſtibus eſt generale l. 1.& ibi Bald. ff.de accuſat.& ideò quilibet admittitur in teſtem, niſi expreſſè reperiatur prohibitus l. 1. ff. de teſtib. Dec. in conſ.163.in fin.Alex.in conſ.22.vol.1.Alber. in l.teſtimoniū ff. de teſtib.Igneus in l.2. §.hoc autem nu.32. ff.ad ſyllan. faciebat etiam,quod
2 teſtes de vniuerſitate admittuntur ad probandum pro, vel contra vniuerſitatem, ſecundum Bald.in l.parentes C.de teſtib.nu.4.& in cap.cū veniſſent de conſtit.nu.12.& conſ.438.lib.1.nu. 2.Abb.in cap.ſuper de teſtib.nu.2. & in cap.1. de Procur.nu.4.Cuman.conſ.69.per tot. Sicul. conſ.51.nu.1. vol.2. Luc.de Pen.in l.1.nu.8. C. de Decurion.lib.10. Afflict.deciſ.400.nu.1.

SVMMARIVM.

1 *Regula illa, antiquus conductor præfertur nouo pro eodē pretio, limitatur in prædijs Eccleſiæ.*
2 *Dominus poteſt rem ſuam,cui vult locare.*
3 *Si primus conductor prætendit relocationem, debet eam probare per ſcripturam.*
4 *Text.in l.congruit C.de locat.prædior.lib.11. procedit in prædijs fiſcalibus.*

Text.

Digitized by Google

Text. in l. congruit C. de locatione prædiorum lib. 11. an procedat in prædijs Eccleſiæ.

DECISIO CLXXXI.

CApitulū Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanę locauit quodam territorium per triennium quibuſdam perſonis ruſticis, quo tempore elapſo, fuit per idem Capitulum, territoriū prædictum locatum quibuſdam alijs perſonis: Mox comparuerunt veteres conductores allegantes ipſos eſſe præferendos nouis conductoribus pro eodem pretio, quare fuit dubitatum quid iuris, & dicebatur de hoc eſſe text. expreſſum, & particularem in l. congruit C. de locat. prædior. ciu. l. lib. 11. vbi cautum reperitur, veteres conductores eſſe nouiſſimis preferendos, & hanc opinionem amplectuntur Calcan. conſ. 8. num. 56. Afflict. in conſtit. ſancimus in princ. Cott. in memoral. verb. conductor, & tenuit Sacr. Conſil. Neapol. teſte Afflict. in deciſ. 238. itē dicebatur in Colono Eccleſiæ, text. in terminis in cap. ad aures extra de reb. eccleſ. non alien. vbi antiquus conductor pro eodem pretio, præfertur ſecundo.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus
1 contrarium fuit reſolutum, poſſe ſcilicet Capitulum affictare dictum territorium, cui voluerit: nam fuit dictum regulam illam, ſcilicet veterem conductorem eſſe nouo præferendum, non procedere in prædijs Eccleſiæ, ne alias Eccleſia per indirectum priuaretur dominio, & poteſtate liberè diſponendi de re ſua, vt tradit de Pont. in conſ. 23. vol. 1. & Ann. conſ. 76. vol. 1. & pro ſecundo cōductore allegabatur etiam text. in l. ne cui C. locati, vbi Dominus poteſt
2 rem ſuam, cui vult locare, concordat l. conductores C. eod. tit. ita vt primus conductor præferri nō debebat, vt tradunt Boer. in deciſ. 107. Mynſing. cent. 4. obſeru. 25. Gomez variar. re-
3 ſol. tit. de contract. cap. 3. num. 5. imò ſi primus conductor prætendit relocationem, debet eam per ſcripturam probare, de Franch. in deciſ. 277. & tandem dicebatur, quod ſi hæc practica prælationis introduceretur: Prælati, & omnes alij quaſi priuarentur rebus ſemel locatis: nam qui videt primum conductorem habere prælationem, non accederet ad conducendum, & ſic viliſſimo pretio res conductæ ſemper remanerent penes primum conductorem, & propterea iure optimo dicebat de Franch. in deciſ. 406. eſſe maximum onus in re Eccleſiæ, quod ſemel locando nunquam poſſet expellere Colonum offerendo tantundem, & quando vellet expellere, quod Eccleſia, vel clerici cogerentur colere, & domos inhabitare, & quod inter laicos maxima poſſet eſſe colluſio.

Non obſtat text. in l. cōgruit C. de locat. præ-
4 dior. ciuil. quia eſt caſus ſpecialis in prædijs fiſcalibus, in quibus præfertur primus conductor, & ea ratione, vt Cyn. & Bald. in d. l. ne cui, tradunt, & poſt eos alij infra allegandi, quia aliquando ijdem conductores detinentur inuiti in conductione l. cotem ferro §. qui maximo ff. de publican. & eſſe caſum ſpecialem tradunt gloſ. & Doctor. in d. l. ne cui, Boer. in d. deciſ. 107. Mynſing. cent. 4. obſeru. 23. de Franch. in d. deciſ. 406. & de Pont. d. conſ. 23. quæ ratio non militat in prædijs Eccleſiæ, in quibus inuitus conductor in conductione perſiſtere non tenetur tempore finito l. inuitus C. locati, & ſic nec Eccleſia inuita eſt cogenda ratione æqualitatis ſeruandæ, vt tradit idem de Franch. citata deciſ. nu. 6. ex quibus liquet opinionem Luc. de Pen. in d. l. congruit, qui tenuit contrarium eſſe penitus falſam, & contra text. in l. ne cui, vt apertè tradunt vltra alios, prædicti de Franch. & de Pont. loc. ſupra allegat.

Non obſtat deciſ. Afflict. 238. vbi tenuit in prædio ruſtico præferri veterem conductorem, quia ſua opinio eſt contra text. in d. l. ne cui. & contradicit omnibus ſupra allegatis, & ipſam non procedere de iure, tradit de Franch. d. deciſ. 406. & Anna citat. conſil.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio ipſo iure nulla ex legitimis cauſis, non ratificatur, niſi data ſcientia nullitatis profeſſionis.*

2 *Profeſſio inualida, non ratificatur, ex eo, quod taliter profeſſus, admiſſus fuerit ad actus profeſſorum in conuentu.*

3 *Teſtes affines, & conſanguinei debent admitti in cauſa nullitatis profeſſionis, ſicuti & in matrimonio.*

4 *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de Regularib. videtur tollere viam ordinariam dicendi de nullitate profeſſionis, non tamen viam extraordinariam.*

De intellectu Bullæ annullationis profeſſionis, in qua apponitur clauſula (dummodò expreſsè, vel tacitè non ratificauerit profeſſionem.)

DECISIO CLXXXII.

QVotidie cōtingit dubitari in Cur. Archiepiſc. Neapol. ſuper intellectu Bullæ commiſſionis annullationum profeſſionum Religioſorū, in quibus adijcitur clauſula (dummodò non ratificauerit expreſsè, vel tacitè profeſſionem.) & dubitatio verſatur præſertim in eo, qualiter inducatur ratificatio prædicta. In qua dubitatione animaduertendum eſt primo,
1 profeſſionem ipſo iure nullā, & legitimis cauſis non ratificari, niſi data ſcientia nullitatis profeſſionis, ex eo, quod de iure eſt expeditum, ratificationem nullum operari effectum, non data vera ſcientia actus ratificati, ſecundum Menoch. in conſ. 439. nu. 56. & ſeq. vol. 5 & in cōſ. 562. num. 19. vol. 6. adeò quod procedit etiam ſi per dictum profeſſum reciperetur aliquod officiū in Religione conferri ſolitum ſolis profeſſis, quia ex hoc non inducitur ratificatio non con-

ſtito de prædicta ſcientia, cum omnibus eius qualitatibus, vt in terminis dixit Crauett.conſ. 197.Natt.conſ.162.lib.1.Bald.conſ.329.col.vlt. lib.3. Ruyn.conſ.48.nu.12.lib.1. Pariſ.conſ.47. nu.97.lib.1. Menoch.d.conſ.439.nu.41. & ſeq. lib.5.& conſ.822.num.75.lib.9. vbi plures alios adducit, nec ſufficiebat ſcientia illa per relationem ad alium actum enunciatum, Menoch.d. conſ.439.nu.43.Rebuff.in proœm.conſtit.gloſ. vlt.nu.73.vbi refert ita iudicatum,Vrſill.ad Afflict.deciſ.299.niſi fieret mentio de die,menſe, & anno, Mandell.conſ.130.num.4.lib.2. item quando actus eſt nullus, vt erat in caſu iſto, oportebat, quod ratificans eſſet certioratus de nullitate,capite,& cauſa nullitatis,Bellamer.deciſ.798.Corn.conſ.207.propè fin.lib.3.Maſtrill. deciſ. 121. & Rot.diuerſ. Bonon. deciſ.64. nec cenſetur ratificata dicta profeſſio, ex eo, quod Religioſus remanſit in Religione per plures annos, Cardin.Caiet.2.2.q. 189.art.5. Nauarr.in manual.cap.12.num.71.& conſ.23.de Regular.

2 vol.1.nu.2. Secundò, profeſſio inualida non ratificatur,nec fit valida,ex eo,quod admiſſus fuit à Conuentu ad actus ſolis profeſſis conuenientes,cum id nullo iure, vel efficaci ratione probetur, cum admiſſio ad illos actus poſſit fieri alia ratione, quam animo ratificandi, puta per reuerentiam,& verecundiam,& alijs de cauſis, vt per Caiet. ad S.Thom.2.2.q.189. art. 5. hoc confirmatur, quia dictus Religioſus per tempus, quo ſtetit in Religione durauit impedimentum, & ideò tales actus profeſſionem non indicant,Caiet.d.loco, Nauar.in conſ.4. de Regular.& quando defectus conſenſus, qui interuenit à principio annullat profeſſionem expreſſam,debet etiam annullare tacitam,argum. l.1. §.fin. l.Labeo ff. de pactis, in contractibus enim par virtus eſt expreſſi, & taciti l.cũ quod ff.ſi cért.petat.gloſ.in l.expreſſa ff.de reg.iur.& defectus conſenſus interueniens vigore profeſſionis,non validatur per geſtationem habitus, quia profeſſio ſine animo eſt nulla cap. humana 22.q.2.nec profeſſio expreſſa valet ſine animo profitendi,argum.cap.cuncta per mundum 9.q.3. cap.propoſuit de conceſſ.præbend.

Tertiò, valde notandum eſt, declarationem cõtinuam per ipſum Religioſum factam, quod non intendebat profeſſionem facere, nec eam approbare,quæ eſt declaratiua animi. & operatur, vt actus ſequentes intelligantur ſecundum illam, iuxta communem omnium in cap. cum M.de conſtit.& in l.non ſolum ff.de nou.oper. nunc. & omnes actus per ipſum Religioſum facti, videlicèt, quod immiſcuit ſe in actibus profeſſorum,& quod obtinuit Guardianias, & ſimilia, ſunt ſequentes dictam proteſtationem, ergò debent intelligi ſecundum dictam proteſtationem,& per conſequens ſunt nulli,Nauar. de Regular.conſ.34. vol.1. proteſtatio enim, quod nolit eſſe profeſſus,eneruat profeſſionẽ, & tacitam,cum conſtat de eius animo,Nauarr. conſ.20.de Regular. vol.1.

Quartò,animus prædicti Religioſi ſatis clarè patet ex dicta proteſtatione,ac etiam ex depoſitione per eum iurata,in qua declarauit ſe nunquam habuiſſe animum emittendi votum, & ſtandum eſt aſſertioni iuratæ, ex traditis per Abb.cap.pen.nu.7.de raptorib.gloſ.ſolemnis §. ſi vis te,inſtit.de act.cap.ſignificaſti de homic.

3 Tandem dicendum,teſtes affines, & conſanguineos in iſto caſu admitti, ſicut in cauſa matrimonij,& in terminis text.in cap.videtur de his,qui matr.accuſ.poſſ.imò teſtes prædicti de auditu probant in deciſ.Rot.1119. par.3.

Conſiderandum eſt etiam profeſſionem per dictum Religioſum factam ante ætatem legitimam,& annũ probationis,cum adſit vnus teſtis de viſu, & alius de auditu, prout ex dicta deciſ.Rotæ alleg.1119.par.3.lib.3.in nouis, & fuit deciſum ſatis clarè prædicto modo probari, & loquitur in terminis nullitatis profeſſionis.

Item nec videtur obſtare, quod Religioſus prædictus ſteterit per triginta, & plures annos in dicta Religione, & ſic, ꝙ procedat diſpoſitio Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.19.de Regular. ex allegatis per Sanchez de matrim.lib.7. diſp. 37.nu.21. ad text.in cap.ad id de ſponſ. Conſiderandum eſt enim,quòd Sanchez nu.22.& 29. reſpondet dicens, ex prædictis eſſe ſublatum remedium ordinarium, non autem extraordinarium,& allegat.Alex.in l.ſi inter ſtipulantem §.1.ff.de verb.obligat.& alios, quòd remedium extraordinarium competit ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, ita quoque Concil.

4 Trident.ſeſſ.25.cap.19.de Regular.videtur tollere viam ordinariam,ea forte de cauſa,vt præcluderet viam litibus,noluit autem præcludere viam ordinariam,ne profeſſum omni remedio deſtitutum in deſperationem induceret.

Accedat,quod ex breui particulari Sanctiſſimi Papæ videtur derogatum dictis iuribus,Archidiac.in cap.1.diſt.27. & ibi Bellamer.nu.4.& Præpoſit. nu.33.

Quod quidem remedium competit tranſactis 100. annis, durante tamen impedimento, Nauarr.tom.4.de Regular.nu.31.verſ.2. Azor. lib.12.inſtit.moral.cap.4.q.vlt. allegat.per Sanchez ibid.num.26.impedimentum autem dicti Religioſi durauit vſque ad preſens tempus,quæ fuit paupertas,vt per teſtes plenè probatur.

Neque obſtat, quòd neceſſariò admittenda ſit, niſi fuerit ratificata tacitè, vel expreſsè, ex allegat.per Sanchez d.q.nu.24.quia ni fallor,dicit contrarium per hæc formalia verba, videlicèt. Hoc tamen intelligendum niſi, ſiuè maiores,ſiuè minores intra illud quinquennium ratificauerint legitimè profeſſionem ceſſante metu,vel alio impedimento, quòd eam irritatabat,conſentiendo interiùs,& exercendo actus animo ex tunc ratum habendi priorem profeſſionem,quam irritam fuiſſe notant,& ſic ad ratificationem, ſeù conualidationem dicitur requiri animus conſentiendo interiùs, & admiſſio ad actus exteriores, quod non eſt in caſu noſtro.

Teſtes etiam conſanguinei, & affines in hoc caſu admittuntur,vt latius alibi fuit dictum; declaratio enim fuit declaratiua eius voluntatis coactè, & non poteſt dici contraria facto: imò fuit facta per verba generalia recipiendo tempus

pus

Digitized by Google

pus futurum, & ideò porrigitur ad omnes actus futuros argum. l. ſi ita ſtipulatus la ſecunda ff. de fideicommiſſ.

SUMMARIUM.

1 *Enarratur praxis circa recognitionem apochæ.*
2 *Aduerſus recognitionem, non datur reconuentio.*

Praxis ſuper recognitione apocharum, quæ nam ſit.

DECISIO CLXXXIII.

MVltoties occurrit dubitari in Cur. Archiepiſc. ſuper recognitione apocharum, ideò aliqua practicabilia hic adnotare placuit, & in primis eſt animaduertendum, quod quando creditor exhibet apocham debitoris, fit præceptum principali, ſeù eius Procuratori, cũ ſpeciali mandato, vt recognoſcat dictam apocham, & compareat ad faciendam dictam recognitionem, alias condemnatur; verùm Procurator principalis ex æquitate ſolet habilitari,
1 quod ſi ad primam, vel infra tantum terminum comparuerit legitimè, & recognouerit, deleatur, & ſi principalis, vel eius Procurator cum mãdato, vt ſupra comparet, & recognoſcit ſcripturam, & allegat remiſſionem. Curia antiquitus, & ſimiliter præeminentia Mag. Cur. Vicar. nunquam conſueuit remittere, verùm aliquãdo à paucis annis facta recognitione, Curia remiſit habenti priuilegium petẽdi remiſſionem vaſſalli, ſeù ſubditi, & ſi nihil opponitur, & eſt liquida ſcriptura datur terminus ad ſoluendũ, & ſi allegatur ſatisfactio datur certus terminus iuris ad probandum, & ſub iſto verbo non retineri poteſt, & ſolet probari ſolutio, vel aliquid æquipollens excludens intentionem agentis, & ſi dicatur, quod eſt illiquida, & lecta, appareat de illiquidatione, datur terminus iuris ad probandum incumbentia iuxta quantitatem debiti, & diſtantiam loci contractus, vel originis debitoris diſtantis à Ciuitate Neapolis, & ſi recognita fuerit infra ſex vncias, actore petente poteſt, & debet committi, alias non committitur.

Et nota, quòd nulla exceptio impedit recognitionem ſcripturæ, verùm facta recognitione prouidetur ſuper exceptionibus, iuxta earũ naturam, & Procurator aſſerens habere poteſtatem recognoſcẽdi, ſi inſtat in eius exceptionibus, & recuſat recognoſcere Curia decernit, vt recognoſcat citra præiudicium oppoſitarum, & facta recognitione prouidebitur ſuper eis, & ſi eſt renitens in recognoſcendo, fiunt debita mandata pœnalia, quod reſpondeat, & ſic cogitur ad recognoſcendum, & facta recognitione Curia prouidet ſuper eius exceptionibus, vt iuris eſt, & parte audita, &c.

Et nota etiam, quòd aduerſus recognitio-
2 nem non datur reconuentio, niſi reſultans ex eadem ſcriptura, & quando eſt datus terminus ad probandum, alias ad ſoluendum, & nihil ponit, nec probat, eo elapſo fit condemnatio ſeruata iuris forma, & ſi producuntur teſtes, examinantur, vel ſi producuntur ſcripturę, & tunc Iudicis eſt videre depoſitiones teſtium, & ſcripturas, quod ſi producentem non releuant antiquitus abſque decreto de exequendo fiebat condemnatio ſeruata forma iuris, ſed nunc fit decretum de exequendo, vt ſupra, verùm quãdo Iudici videbitur, vel partes velint percuntari teſtium depoſitiones, & ſcripturas præſentatas, ipſis petentibus datur facultas infra breuem terminum ad percuntandum, & poſtea ſi nihil aliud opponitur, ſi reus eſt in probatis dicitur, quòd nõ moleſtetur, & abſoluitur, ſi verò non, decernitur fore exequendum, & fit commiſſio abſque intimatione dicti decreti, & ſi Procurator ſine poteſtate recognoſcendi ſcripturam negat eſſe ſcripturam propria manu ſui principalis ſcriptam, tunc petẽte actore, ſeù eius Procuratore præfigitur terminus, quod ratificetur à principali, alias captis pignoribus compellitur, & ſi dictus Procurator habet poteſtatem recognoſcendi, tunc ſufficit eius negatio, & non opus erit recognitione principalis, ſi negat, & datur terminus ad conuincendum arbitrio Iudicis, & quando datur terminus ad probãdum, alias ad ſoluendum, proceditur ſummariè, & quando ſolum datur terminus ad probandum; proceditur ordinariè, quando verò committitur ſimiliter ordinariè, vel ad conuincendum ſimiliter proceditur ſummariè.

SUMMARIUM.

1 *Circa cautionis materiam, Iudex habet latiſſimum officium.*
2 *Iudex ex cauſa poteſt aliquem loco, vel Prouincia interdicere.*

An clerici cogi poſſint per Epiſcopum ad præſtandam cautionem de non offendendo.

DECISIO CLXXXIV.

ORta rixa, & controuerſia inter quendam clericum nobilem, & laicum, cumq; dictus laicus fuiſſet per eius Iudicem competentem excarceratus ſub promiſſione, & fide Regia de non offendendo dictum clericum; inſtabat propterea in Cur. Archiepiſc. non liberari clericum, niſi præſtita quoque cautione de non offendendo, vt ſeruaretur æqualitas, ad text. in cap. in iudicijs de regul. iur. quare fuit dubitatum, an potuiſſet iſtud de iure fieri, & diceba-
1 tur circa hinc cautionis materiam Iudicem habere latiſſimum officium, & poteſtatem, vt notatur communiter in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bald. conſ. 90. vol. 1. Alex. in conſ. 16. num. 3. vol. 2. & Pariſ. in conſ. 165. vol. 4. putat officium huiuſmodi à diſpoſitione iuris communis regulari, & ratio eſt, quia ad bonum Iudicem ſpectat Prouinciam malis, & prauis hominibus purgare l. congruit, vbi Bart. & reliqui ff. de offic. Præſid. & latè Canoniſt. in cap. fin. de tranſact.

Digitized by Google

fact. quemadmodum ſecundum Gigant. de reſident. Epiſc.ad perfectum, & ſanctum Epiſcopum pertinet eius Diœceſim rixoſis,& ſcãdaloſis clericis purgare. Item ad bonum Præſidem pertinet procurare pacem,& cõcordiam, Bald.in l.1.ff.de offic.Præfect.Vrb.Oldrad.cõſ. 84. Ferrett.in tit.de ferijs, & induct. & ibi latè plurima de priuilegijs pacis, & de iis, quæ fieri poſſunt cauſa,& ratione pacis, vide Petr.à Plaz in epit.delict.lib.1.cap.7.Hippol.de Marſil.in l.1.§.præterea ff.de quæſtion.& facit, quia prudentiæ pars cautio eſt, ita imprudentiæ non cauere, & occurrere ſcandalis, vbi fieri poteſt, & ad Præſidem pertinet,ne fiant turbæ, & prouidere,ne oriantur tumultus,& ſeditiones in populo, vt per Cagnól. & Dec. in regula non eſt ſingulis concedendum ff.de regul. iur. ita vt ad mulctam peruenire poſſit, Ferrett.in cit.tit.de ferijs col.fin. & quod banniri poſſet, Capyc.in deciſ.141. & per Carrer.in pract. l.obſeruare num.65.item quia magnum eſt arbitrium in procedendo circa hanc cautionem, idq; Iudici fuit tributum propter quietem,& tranquillum ſtatum Reipublicæ, iuxta cit.l.congruit ff. de offic. Præſid. ſimiliter etiam Iudex ex cauſa, & ſi eius arbitrio videatur, poterit alicui interdi-
2 cere loco, aut Prouincia, vt per Felyn. in rubr. de tregu.& pac.col.fin. & Alex.Iaſ.& alios in l.quod iuſſit ff.de re iudic.& remiſſiuè per Ripa in rubr. de damn. infect. quarè fuit deciſus caſus propoſitus affirmatiuè in hoc noſtro Archiepiſc.Cur.Tribunali, per text.in l.illicitas §. ne potentiores ff. de offic.Præſid. vbi habetur, quod ad Præſidem ſpectat,ne impotentes à potentioribus opprimantur.

SVMMARIVM.

1 *In caſibus in quibus clericus venit priuandus beneficijs, ſi eget debet ei ſubueniri de fructibus eorundem beneficiorum.*
2 *Excommunicato prouidetur de fructibus beneficij quando aliundè viuere nequit,& alias eſſet fame periturus, etiam ſi ex propria culpa fuiſſet excommunicatus.*
3 *Donatio facta filio à patre, ob cauſam clericatus non poteſt amplius reuocari.*

An ſi clericus committat delictum dignum priuatione beneficij, debeat illo priuari ſi fuerit ad illius titulum ordinatus, nec aliquid habeat vnde ſe alimentare poſſit.

DECISIO CLXXXV.

CLericus quidam cum fuiſſet in carceribus Cur.Archiepiſc.detentus ob graue delictũ per eum patratum, & per eandem Curiam prolata ſentẽtia priuationis ſuorum beneficiorum; ad eius inſtantiam dicebatur dictam ſententiam fuiſſe nullam,ex eo, quòd ad dicti beneficij titulum fuerat ordinatus, & conſequenter ex quauis cauſa ab eo auferri minimè poſſe, iuxta diſpoſit.à Cõcil.Trid.ſeſſ.23.cap.21.Item quia in caſibus, quibus clericus venit beneficijs
1 priuandus; nihilominus ſi eget, debet tamen ei ſubueniri de fructibus eiuſdem beneficij,quem-
2 admodum dicimus de excommunicato, cui in ſubſidium prouidetur de fructibus beneficij, quando aliundè viuere nequit,& alias fame periturus eſſet,Cardin.in clem.vt hi, qui de ætat. & qualit. latè Franc.Marc. in deciſ. 881. par.2. Surd.de aliment.tit.1.q.82.quod adeò verùm eſt, quod locum habet etiam ſi ex propria culpa in excommunicationis ſententiam lapſus eſſet,& maximè ſi ſit in extrema neceſſitate, quæ ſemper debet conſiderari, ne in dedecus clericatus egeat l.inter eos ad finem ff. de re iudic. argum.l.ſtipendia C.de execut.rei iudic. Franc.Marc. in deciſ.882.tom.2. Roderic.in ſuo tractat.de quæſtion.regul.tom.1.q.23.art.4. qui loquuntur quoad ſuſpenſos, vel depoſitos. Tandem dicebatur de hoc eſſe textum particularem in cap. Diaconi 93. diſt. quod quoties clerici ſunt condemnandi, habenda eſt ratio ne cogantur mendicare, & ex tali cauſa prouenit illud Axioma Gratiani in diſcept. forenſ. cap. 159.nu.29. vbi ait donationem factam filio per
3 patrem ob cauſam clericatus, ad cuius titulum fuit factus clericus, non poſſe amplius per patrem reuocari, Couarr.in cap. Raynaldus §.2. nu.7.verſ.ipſe tamen hanc donationem opinor de teſtamentis,& ita in ſpecie,quod non poſſit reuocari, concludit Diaz in prax.crim. cap.18. nu. 15. & propterea ex ſupradictis fuit concluſum non eſſe ſupradicto beneficio priuandum.

Limita tamen hanc concluſionem in clerico ſuſpenſo propter concubinatum, tunc enim de illis fructibus non venit ſubueniendus, ita gloſ. in cap. paſtoralis in verb. ſubtrahantur de appellat. & in hac limitatione habet locum illa regula iuris,quòd malè meriti publica egeſtate debeant laborare l.bona fides ff.depoſit.

Sublimitatur verò hæc limitatio, quoties eſſet talis clericus ſuſpenſus in articulo mortis, vel in alia extremiſſima neceſſitate,quo caſu eſſet ei ſubueniendum, & tanto magis ſi non haberet alia bona, etenim in tali caſu habent locum rationes ſupra adductæ.

SVMMARIVM:

1 *Filius non poteſt carcerari facere patrem, nec liquidare inſtrumentum contra ipſum via ritus.*
2 *Nullus amor vincit paternum.*
3 *Confeſſio facta à patre metu torturæ filio inferendæ,non nocet.*
4 *Per clericatum filius non eximitur à patria poteſtate.*

Filiusfamilias clericus, carcerari an poſſit in noſtra Cur.Archiepiſc. ad inſtantiam patris ob eius malos mores.

DECISIO CLXXXVI.

QVia clerici ſolent eſſe inobedientes aliquãdo eorum patribus,ob prauos eorum mores.

Digitized by Google

mores, propterea hæc noſtra Archiepiſc. Cur. ad inſtantiam patrum dictos clericos carcerare conſueuit, quare fuit dubitatum, an id de iure fieri potuiſſet.

Et videbatur reſpondendum negatiuè ex eo,
1 quòd quemadmodum pater ad inſtantiam filij carcerari non debet l. inter eos ff. de re iudic. cum inhumanum videatur, quòd is eum à quo poſt Deum habuit eſſe, quod inæſtimabile donum reputatur, in carcerem detrudat, vt voluit Baez in ſuo tract. de inope debitore cap. 34. ita, & è contra, ex quo euenit inſtrumentum vitalitius à filio contra patrem liquidari non poſſe, concludit de Franch. in deciſ. 162. Marant. in conſ. 30. nu. 1. Item dicebatur de hoc eſſe text. particularem in l. milites agrum §. deſertorẽ ff. de re milit. vbi cautum eſt, quod ſi pater filium reum ſponte Iudici offerat carcerandum, mitior pœna eſt ei inſligenda, quaſi quod nimis repugnet paternæ pietati filium carceribus tradi, ſecundum Menoch. in ſuo tract. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 347. nu. 1. Caball. qui plures alios concordantes refert in reſolut. crimin. 294. Capoll. caut. 1.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit dictum, & ſic, quod clericus filiusfamilias iure poſſit ob cauſas prædictas carcerari ad inſtantiam patris, etenim vulgari, & cõmuni omnium conſenſu probatum eſt Axio-
2 ma illud, ſcilicet, quod nullus amor vincit paternum l. fin. C. de curatore furioſi l. nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtam. nulluſq; præſumitur maior amicus filio, quam ipſemet pater l. quidam cum filius ff. de hæred. inſtit. immò eum diligere magis quam ſe ipſum à iure præſumitur l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. Caſſan. in conſ. 14. nu. eod. vnde qui tangit filium, tangit pupillam oculi patris, ſecundum Luc. de Penn. in l. vnic. C. de public. lætit. lib. 12. & hac de ratione Salomon cap. 6. meritò in illa verba prorupit: Fili conſerua præcepta patris tui: nam propter maximam dilectionem non tibi præcipiet, niſi bonum, quia is dicitur fidelior amico, quem quis habet in mundo, & qui deducit filium de non eſſe ad eſſe; & hinc euenit, quod ſi filius torquetur, pater quoque torqueri præſumitur, ſecundum dictum gloſ. in cap. afferte de præſumption. & ideò ſicut confeſſio delicti extorta metu torturæ non præcedentibus legitimis indicijs minimè offendit confitentem, etiam ſi ſit perſeuerata, & millies ratificata, iuxta notata per gloſ. in l. pen. ff. de quæſt. à ſimili
3 etiam in nihil nocet confeſſio facta à patre timore torturæ filio inferendæ, Bald. in l. 1. in fin. C. ſi Rector Prouinciæ, & Menoch. de præſumption. cap. 56. prædictis etiam accedebat, quod ſi licitum eſt patri tempore neceſſitatis eum vendere l. 2. C. de patribus, qui filios diſtraxerunt, quanto magis debet licere ei, ob legitimam cauſam carceribus illum tradere.

Tandem dicebatur, quod cum filius ratione
4 clericatus non liberetur à patria poteſtate, vt eſt communis opinio in cap. decorum, de ætat. & qualit. propterea clericum ob cauſam legitimam poſſe carcerari ad patris inſtantiam non videtur dubitandum, & ſic fuit reſolutum, prout etiam reſoluit Iaffred. in deciſ. 209. vbi dicit, quod ad iuſſum patris, debet Iudex filium detinere, cum non ſit veriſimile, quod pater, qui plus diligit filium, quam ſe ipſum l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. velit eum carcerari facere ſine iuſta cauſa ſecundum Bart. in l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill. in 4. col. ſi pater tamen ſit honeſta perſona, alias non, argum. l. ſi dotem in §. necnon, & ſeq. ff. ſolut. matrim.

Non obſtant in contrarium adducta, etenim eorum diſpoſitio habet locum in diuerſis cauſis, & loquuntur quoties ſumus in cauſa grauis delicti.

SVMMARIVM.

1 *Ea ſola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur, vt exprimatur.*

2 *De crimine non eſt facienda mentio in impetratione.*

3 *Illa qualitas eſt exprimenda, quæ moueret Principem ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum diſpenſationem.*

Si Medicus præbeat medelam ante obtentam diſpenſationem ſuper eius irregularitate, an cenſeatur ſubreptitia diſpenſatio, non facta mentione de dicta medela medio tempore præſtita.

DECISIO CLXXXVII.

MEdicus quidam deuotionis feruore acceſſus impetrauit diſpenſationem à Summo Pontifice, vt poſſet aſcendere ad ſacros ordines non obſtante irregularitate contracta per medelas ab eo præſtitas, cumq; dictus Medicus ante diſpenſationem obtentam, ipſiuſq; impetratione pendente nonnullis etiam medicinas præbuiſſet, & obtento mandato de diſpenſando directo Vicario Neapolitano, cum clauſula dummodò in poſterum à medicando abſtineat, fuit dubitatum an prædicta diſpenſatio eſſet ſubreptitia ob non factam mentionem de medela præſtita, & fuit reſolutum negatiuè ex ſequentibus.

Primò, quia ea ſola taciturnitas veritatis no-
1 cet, quæ à iure præcipitur, vt exprimatur, Rot. in deciſ. 32. de reſcriptis in nouis, Mohedan. in deciſ. 30. & 31. eod. tit. Calder. in conſ. 6. de præbend. at in caſu propoſito prædictum factum iura non præcipiunt, vt exprimatur, ſecundum Nauar. in manual. cap. 22. nu. 86.

Secundò, quia de crimine non eſt facienda
2 mentio in impetratione gratiæ, vel de eius conceſſione, vt docet Innoc. in cap. propoſuit nu. 4. & in cap. cum noſtri nu. 3. de conceſſ. præbend. Rot. iam citata in deciſ. 32. de reſcript. Bellam. in deciſ. 47. eod. tit. at medelam contra regulas artis præbere, ſiuè ante, ſiuè poſt diſpenſationem eſt delictum, vt patet, ergò de illa non eſt facienda mentio.

Tertiò, quia ea qualitas exprimenda eſt, quæ moue-

Digitized by Google

3 moueret Principem ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum diſpenſationem, alias ſubreptitia,& nulla eſt diſpẽſatio, vel alias quæuis conceſſio, text.eſt in cap. poſtulaſti de reſcriptis,Felyn.in cap.ſuper literis nu.8. eodẽ Soccin in conſ.252.vol.1.Rebuff.in prax.benefic.pag.137.ſed certum eſt, quod ſi dictus Medicus exprimeret medelas ab eo præſtitas impetratione pendente non redderet Summum Pontificem difficilem ad concedendum diſpenſationem prout ſtylus, & communis praxis habet, ergò ea qualitas non eſt neceſſe iterum exprimi,

Quartò,quia vbi vnicum obſtat impedimentum facilius concedi ſolent diſpenſationes, & reſcripta vt inquit Dec.in conſ.206.nu.9.vol.1. & in cap.ad aures col vlt. & ibi Ripa nu.37. de reſcript.Alex.in conſ.195.nu.10.vol.2. quos refert, & ſequitur Menoch.de arbitr.iudic. lib.2. cent.3.caſ.203.nu.13. & Guttier.lib.1.canonic. quæſtion.cap.15. nu.14. & ſeq. ſed hic vnicum tantummodo obſtat impedimentum, ſcilicet medela præſtita, ergò.

Non obſtat clauſula illa dummodò in poſterum abſtineat, quia reſpondetur illam potius reſpicere monitionem quam formam,Oldrad. conſ.108. Menoch. conſ.694. num.6. Crauett. conſ.59.nu.1.Natt.conſ.373.nu.26.Nauar.conſ. 8.de offic.delegat.

De materia tamen text. in cap.ad aures de ætat. & qualit. quando ſcilicet exercens materiam medicinæ,vel chirurgiæ fiat irregularis,& vtrum poſſit promoueri ad ſacros ordines, vide Couarr in clem.1.par.2.§.4.num.3. verſ.ſic, Maiol.de irregular.lib.2.cap.12. nu.8. Marian. Soccin.in cap.ad audientiam de homicid.num. 32. Pelag.in.lib.1.de plan.eccl.cap.48.colum.3. Plaz.de delict.cap.26.nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Per appoſitionem manus Papæ, cauſa cenſetur auocata ab inferioribus.*

2 *Cauſa ſemel effecta Curialis, ſemper manet Curialis.*

3 *In beneficijs iuriſpatronatus laicalis, vel mixti, non intrat reſeruatio,nec manuum appoſitio,niſi aliud conſtet de mente Papæ.*

4 *Manus appoſitio nihil operatur, vbi induceretur derogatio indulti Apoſtolici.*

Manus appoſitio Papæ non afficit, quoad beneficium iuriſpatronatus laicorum.

DECISIO CLXXXVIII.

CVm peteretur in Cur. Archiepiſc. inſtitui quendam præſentatum ad quoddam beneficium iuriſpatronatus laicorum,& per partem aduerſam opponeretur de appoſitione manuum Papæ, fuit dubitatum, an dicta ma-
1 nuum appoſitio officeret.& dicebatur,quod eo ipſo, quod Papa cæpit cognoſcere de aliqua cauſa, & deſuper manum appoſuit, quod tacitè cenſetur illam à quibuſcunque Iudicibus inferioribus auocaſſe, ita vt omnia poſtmodum geſta,ſint nullius roboris,& momenti, Innoc.in cap.cum M.in fin.de conſtit.per text.in cap.licet de offic.delegat. quem omnes communiter ſequuntur in cap.fin. vbi plenè per Rip.à num. 194.vſque ad 198. Steph.Aufrer.in addit.ad deciſ.Cappell.Tholoſ.480.verſ.& ideò ſicut Papa per ſimplicem cognitionem,cum alijs adductis per Lancellot.de attent.2.par. cap.10. de attentatis poſt auocationem cauſæ nu.13.& ferè per totum illud cap.vbi multipliciter ampliat,limitat,& declarat. Hinc eſt,quod manus appoſitio
2 Papæ, facit, quod cauſa ſemel effecta Curialis, ſemper remaneat Curialis, Mohedan.deciſ.13. nu.1.& 2.de ſentent. & re iudic. alias eſt deciſ. 320.Rot.deciſ.2.ad medium,& deciſ.43.de appellat.in deciſ.nouis, & deciſ.23. num.5. de reſcript.in nouis,& deciſ.8.de re iudic.in antiquis & deciſ.13.num.2.de reſcript.in antiquioribus, Puteus deciſ.250. Dec. conſ.699. accepit reuerenter nu.13. & de omnibus plenius Couarr.in lib.practic.quæſtion.cap.9.nu.5.per totum, vbi radicitus materiam declarat, & ex decreto appoſito alicui per Papam de dimittendo beneficium in manibus eius,remanet affectum,vt ſolus ille poſſit conferre pro illa vice,etiam ſi nõ dimitteret. Rot.deciſ.14.de rer.permut. in antiquis,Simonet.de reſeruat.q.26.num.3. & fuit deciſum in vna Compoſtellana Canonicatus 10.Maij 1600 coram R.P.D Lancelloto.

Cęterum ſupradictis minimè ſuffragantibus,
3 contrarium fuit deciſum in eadem Curia, ex duobus. Primò, quia manuum appoſitio Papæ non afficit quo ad beneficia iuriſpatronatus laicalis,vel mixti,nam ſicuti in illis non intrat expreſſa reſeruatio, ſic etiam non intrat tacita reſeruatio ex manus Pontificiæ appoſitione, vt fuit reſolutum in vna Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram Illuſtriſſimo D. Pamphilio, & alias ſæpè,quod intellige,& declara,niſi aliud conſtaret de mente Papæ, veluti quia expreſsè, & ſufficienter tali iuriſpatronatui derogauit pro illa vice.

Secundò, quia ex tali appoſitione manus Papæ reſultaret præiudicium alterius, & ſic nulla inducitur affectio, & conſequenter induceret aliquod diſcrimen dicta manus appoſitio, Puteo deciſ.226.in vna Germana num.14.& 15.lib.3. Rebuff. in concordata Franciæ tit. de mandatis Apoſtolicis,gloſ.in verb.iure preuentionis verſ. item per collationem nullam,qui allegat ad hoc Roman.conſ.413.nu.5.& 6. dicentem, quod ex citatione illegitima inducitur præuentio iuriſdictionis. Hinc eſt quod manus appoſitio nihil
4 operatur, vbi ex ea induceretur denegatio indulti,tanquam inducens pręiudicium Cardinalibus,niſi expreſſa fieret de illo mẽtio, ac derogatio,Pariſ.conſ.39.nu.20.lib.4. Caputaq.deciſ. 82.nu.1.par.2.Put.deciſ.141.nu.2.lib.2.Anaſtaſ. Germon.in tract.de indult.§.alioquin nu.27.ad quod addunt, quod eo minus operatur dicta manus appoſitio, cum ſit nulla ſtante decreto irritanti in ipſo indulto contento.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dies Dominici ſunt ſeruandi de iure Eccleſiaſtico.*

2 *Septem permittuntur diebus feſtis.*

3 *Pietas, & neceſſitas ſunt cauſa diſpenſandi ſuper præcepto Eccleſiæ de obſeruatione feſtorum.*

Epiſcopus, an poſſit impartiri facultatem piſcatoribus piſcandi in diebus feſtiuis.

DECISIO CLXXXIX.

NOnnulli ex piſcatoribus huius fideliſſimę Ciuitatis Neapolis, per memoriale porrectum Illuſtriſſimo Archiepiſcopo petierunt ipſis impartiri facultatem, & licentiam piſcandi in diebus feſtiuis, offerentes medietatem piſcationis alicui Eccleſiæ applicare, quare fuit dubitatum an de iure potuiſſet dicta licentia
1 concedi; & dicebatur, quod omnes dies feſti, etiam Dominici ſolo iure humano Eccleſiaſtico, non autem Diuino, aut naturali præcepto ſunt ſeruandi in Eccleſia cap. licet de ferijs cap. 1. de conſecrat. diſt. 4. & ibidem latè per Turrecremat. & reliquos, & clarius per Archidiac. in cap. ieiunia ead. diſtinct. D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. D. Antonin. par. 1. tit. 9. cap. 7. licet quoad dies Dominicos contrarium teneant, Abb. ibi, & Sylueſt. in verb. Dominica q. 1. § 7. ſed non obſtat, quia dies quo tenemur Deo ſeruire, non eſt diuino præcepto ſtatutum, præceptum autem obſeruationis ſeptimi diei erat ceremoniale, & ideò ceſſauit in noua lege, ſeruatur enim ex præcepto, & conſuetudine eccleſiaſtica, etiam Apoſtolorum tempore ſeruata, ſecundum Nauarr. in manual. cap. 13. nu. 1. Addebatur ſupradictis, quod nunc feſti obſeruatio non eſt tàm ſtricta, vt erat olim in veteri lege, quia neque ſunt tot prohibita, & facilior eſt diſpenſatio circa prohibita, vt ſentit D. Thom. vbi ſupra art. 4. relatus per Caſtellan. in cōpend. oper. Nauarr. in verb. feſtum. Item dicebatur, quia inter cætera, quæ permittuntur diebus feſtiuis,
2 adeſt etiam illud, quod eſt ſimile piſcationi: nā ſeptem ſunt, quæ permittuntur. Primò, illa, quibus in Diuino cultu Deo ſeruimus. Secundò, quibus ſpiritualia exercentur. Tertiò, quæ ad ſalutem propriam neceſſaria ſunt. Quartò, quæ ad ſalutem proximi etiam corporalem conducũt. Quintò, omnia quæ ad vitandum damnum ſpectant. Sextò, præparatio ciborum de conſuetudine Eccleſiæ. Et ſeptimò, piſcari quandoq; idem Nauarr. loc. cit. nu. 3. vndè ſi inter permiſſa diebus feſtiuis connumeratur etiam piſcatio: videbatur propterea facillimè potuiſſe diſpenſari, & tanto magis, quia dicti piſcatores aſſerebant hoc facere ob eorum neceſſitatem, & ad ſubleuandam eorum paupertatem, quo caſu li-
3 cita eſt diſpenſatio cap. ipſa pietas 22. q. 4. cum cauſæ diſpenſandi iuſtæ ſunt hæ, videlicèt tempus cap. tempus 1. q. 7. Secundò vtilitas cap. ipſa pietas 22. q. 4. Tertiò, neceſſitas cap. tali 1. q. 7. quibus accedat text. in cap. licet de ferijs, vbi propter neceſſitatem alimentorum licet diebus feriatis in honorem Dei exercere opera ſeruilia.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit ſeruatum, & denegata licentia prædicta, cum non adſit pietas, puta cauſa debilium, vel miſerabilium perſonarum, prout declarat gloſ. in cap. fin. de ferijs verb. pietas, & tanto minus aderat neceſſitas, quibus non exiſtentibus non poteſt concedi licentia exercendi opera ſeruilia, & allegata paupertas nō erat tàm grauis, vt eis non poſſet alio modo ſubueniri.

SVMMARIVM.

1 *Secretum confeſſionis ſacramentalis, eſt de iure diuino.*

2 *Qui caſu confeſſionem audiuit, tenetur ſeruare ſecretum ſigilli.*

3 *Etiam in crimine læſæ maieſtatis, Sacerdos non poteſt reuelare confeſſionem.*

4 *Si pœnitens dicat aliquod factum, fuiſſe reuelatum à Confeſſario, cum illud in confeſſione audiuiſſet, Confeſſarius tenetur probare contrarium.*

Reuelatio confeſſionis, qualiter probanda veniat.

DECISIO CXC.

CVm fuiſſet imputatum cuidam Confeſſario, quod confeſſiones reuelaſſet, fuit dubitatum in Cur. Archiepiſc. quomodo dicta reuelatio probetur, pro cuius articuli dilucidatione eſt primo notandum, quod ſecretum ſa-
1 cramentalis confeſſionis, eſt de iure Diuino, vt notant communiter Doctores in cap. omnes vtriuſque ſexus de pœnitentijs, adeò quod nec Papa diſpenſare poteſt, ſecundum Riccard. in 4. ſentent. diſtinct. 21. Neuiz. in Syl. nupt. lib. 3. verb. monitorię ampliat. 20. Angel. in verb. confeſſio vult nu. 5. Berou. in quæſt. famil. 12. Viu. in ſua ſylu. commun. opinion. opin. 143. nu. 3. & nullo præcepto etiam ſub pœna excommunicationis poterit Confeſſor cogi ad reuelādum, ſecundum Franc. Marc. in deciſ. 774. vol. 2. quod
2 procedit etiam in eo, qui caſu confeſſionem audiuit, vt per Angel. vbi ſupra num. 13. & 16. imò nec ille, cui ſecretò aliquid commiſſum eſt, reuelare tenetur, Rip. de peſte nu. 127. referens hanc ſententiam veriorem, & ſic conſuluiſſe Roman. in ſingul. 523. licet meo iudicio cum non ſit ſacramentale hoc ſigillum, ſed naturale, in aliquibus caſibus poteſt reuelari, procedit tamen dicta obligatio celandi audita in confeſſione, etiam ſi Sacerdos ſit productus in teſtem, Carroc. in ſuo tract. de iuramento litis deciſorio q. 43. q. princip. Marſil. in ſingul. 524. & ſecundum Maſcard. de probation. in concl. 337. nu. 7. & in concl. 69. nu. 19. quem refert, & ſequitur Triuiſan. in deciſ. 3. par. 1. hoc procedit etiam in cauſa matrimoniali, & locum etiam ſibi

Digitized by Google

ſibi vendicare in crimine læſe Maieſtatis, & ſimoniæ, in quibus Sacerdos minimè debet reuelare cõfeſſionem adnotarunt Angel. in verb. *che mi hai adulterato la mia donna*, nu. 18. Marſil. in l. vtrum ff. ad l. Pompeiam de parricid. nu. 5. Gigas de crim. læſ. maieſt. q. 18. tit. qui accuſar. poſſ. Decian. in ſuo tract. crim. lib. 7. cap. 18. nu. 19. Iodoch. in pract. crim. cap. 150. nu. 6.

His ſic præmiſſis, & deueniendo ad quæſtionem principalem dictum fuit, quod reuelatio
1 confeſſionis probatur ſi aliquod factum appareat reuelatum alijs, & pœnitens aſſerat Sacerdotem confeſſionem reuelaſſe: nam Sacerdos probare debet ab alijs fuiſſe reuelatum, & non per ipſum Confeſſarium, alias condemnabitur tantum pœna arbitraria, vt eſt communis opinio Nauarr. in cap. penult. de pœnitent. & remiſſion. nu. 164. Maſcard. in concl. 1292. nu. 5. Cardin. & Abb. in cap. omnis de pœnit. Secundò probatur ſi Sacerdos fateatur reuelaſſe tale dictum, ſed negaret illud habuiſſe in confeſſione, etenim eſt præſumptio contra ipſum, ex quo condemnatur etiam pœna arbitraria, Angel. in ſua ſumma in verb. confeſſio nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Ex officio Iudex debet decernere alimenta inopi.*
2 *Vxori, ſi fuit eiecta à viro, ſunt præſtanda alimenta. ſecus ſi ſponte receſſit.*
3 *Lite pendente inter Monachum, & Abbatem, ſunt præſtanda alimenta ipſi Monacho, ſi ſit in poſſeſſione Monachatus.*
4 *In cauſis matrimonialibus, conſtito de paupertate non poteſt quis trahi extra Prouinciam, niſi præſtitis alimentis, & litis expenſis.*

Alimenta lite pendente, an ſint præſtanda, vbi conſtat de malo iure petentis illa.

DECISIO CXCI.

FRater petebat in Cur. Archiepiſc. alimenta à fratre clerico, & cum per eundem clericum opponeretur ſe inuentarium confeciſſe, ex quo euidenter potuiſſet conſtare de bonis hæreditarijs, & conſequenter non teneri, niſi pro ipſis bonis, & cum per alium fratrem opponeretur non eſſe legitimè cõfectum, & propterea ipſum clericum teneri de proprio, iuxta tradita in l. fin. C. de iur. deliber. cumq; per Curiam Archiepiſcopalem datus eſſet terminus clerico ad exhibendum inuentarium legitimũ, fuit dubitatum, an lite pendente ſuper dictis alimentis, item pendente dicta exhibitione, ſint præſtanda alimenta, ſi nobis conſtat de malo iure petentis alimenta, & dicebatur de iure eſſe expeditum, vt Iudices teneantur inopi decer-
1 nere ex proprio officio alimenta litis, ex l. ſi inſtituta §. fin. ff. de inoffic. teſtam. l. fin. C. de ordin. cognit. Alciat. latè de præſumpt. regul. litigandi, proptereaq; fratri litem habenti contra fratrem in petitione hæreditatis, ſint alimenta miniſtranda, ſi egeat, Guid. Pap. deciſ. 561. in princ. Couarr. pract. quæſt. cap. 6. Biſign. de iu-
2 dic. deciſ. 2. citat. per Affli. deciſ. 11. ac pariter vxori agenti contra virum, qui ipſam è domo eieciſſet ſub prætextu proditæ vitæ, eſſent interim (ſi egeat) alimenta exhibenda, vt deciſum refert Veſtan. deciſ. 162. & 167. & Creſcẽt. deciſ. 233. Affli. deciſ. 10. ſecus tamen futurum ſi ex ſe voluntariè receſſiſſet, vt inquit Taniſ. deciſ. 11. necnon, & vxori, quæ ſub nomine viri accuſaretur, ſint alimenta præſtãda, vt per Specul. de inquiſit. §. fin. nu. 3. verſ. quod ſi matri-
3 monium, Ægid. deciſ. 188. Monacho item litiganti ſunt debita litis expenſæ, & alimenta, iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, & reddituum Monaſterij, Specul. tit. qui fil. ſint legit. nu. 24. & in d. §. fin. Bart. in l. Imperatores ff. de tutel. & ration. diſtrah. Franc. Curt. in tract. de ſequeſtr. in princ. nu. 11. Rot. in nouis deciſ. 335. Veſtan. deciſ. 17. ſi tamen ſit in quaſi poſſeſſione ſtatus Monachalis, vt dicit Taniſ. deciſ. 111. Io. Baptiſ. deciſ. 18. & 77. cui etiam deberentur alimenta, ſi accuſaret Abbatem, ſicuti debentur Clerico proprium Prælatum accuſanti, vt in d. §. fin. nu. 2. dicit Specul. ſed non idem futurum ſi ex propria cauſa agens contra Abbatem reſcriptum impetraſſet, narrando ſe ab eo valdè iniuriatum, Rot. in antiquis deciſ. 799. Monacho etiam electo, licet diſcorditer ad aliquod officium, in quo iudicialiter ſe admitti petat, decernenda eſſe litis alimenta, fuit in Rota deciſum. teſte Creſcent. deciſ. 175. ac poſtulato deberi alimenta pro acceſſu ad Curiam, dicit Anchar. in cap. cupiẽtes §. deinde in fin. de elect. in 6. quæ quidem alimenta, cum Iudicis officio præſtentur, peti poſſunt etiam pro tempore præterito, ſi Monachus ea de cauſa æs alienum contraxiſſet, ſeù aliquid vltra alimenta fuiſſet ſibi conſtitutum per Abbatem, Felyn. in cap. dilectus num. 83. verſ. intellige de reſcript. idq; non mirum, cum id fuiſſet promiſſum per Abbatem vltra alimenta, & velut ex contractu debitum, peti poſſet iure actionis, quæ etiam tempus præteritum reſpiciunt, vt mox dicam proprio loco: nec tamen ſi ad id promiſſum petitorio iudicio ageret, ſibi in eo litis alimenta deberentur,
4 vt per Ægid. deciſ. 158. & ſeq. Sed eſſent ei tãtum debita, ſi de ſpolio egiſſet, vt in Abbate eiecto agente de ſpolio, dicit Ægid. d. deciſ. 18. ac de Monialibus agentibus de ſpolio ob denegatas ſolitas ſubuentiones dicitur per Faſto. dub. 18. ſeù de Monacho, aut Abbatiſſa agente de propria ſpoliatione, dicitur per Abb. in cap. ex parte nu. 9. & cap. cum olim nu. 10. de accuſat. & ibi Apoſtil. Put. deciſ. 159. & 232. lib. 1. niſi is Monachus eſſet ad dignitatem electus alterius Monaſterij, cui quidem ſpoliato litis alimenta non deberi, dicit Put. deciſ. 2. de expenſ. & deciſ. 13. de re iudic. Accuſato etiã, aut alias conuento ex cauſa proprij ſtatus, egenti, conſulitur de congruis alimentis pendente iudicio, vt in eo ſe defendere poſſit, ne alias interdum indefenſus, & Innocens ſuccumberet l. fin. in fin. C. de ordin. cognit. cap. ex parte, vbi Abb. de accuſat. Rot. in antiquis deciſ. 143. liteq; pendente

Digitized by Google

dente ſuper præbenda Eccleſiæ poterit ſe inte-
rim poſſeſſor ex eius fructibus alere, Bart.in
l.ſi neget in fin. ff. de liber. agnoſc. & quando
omnibus ſequeſtratis,nihil ſupereſſet vnde poſ-
ſit litigans vitam ducere,litemq; ſuſtinere,ſunt
nihilominus ei præſtanda alimenta, cum litis
expenſis, vt notat.per Io.de Anan.in tract.de
ſequeſtr.nu.14. Franc.Curt. in eodem tract.in
princ.nu.10.nec tamen ex eo aliundè deberen-
tur alimenta,quam ex eiſdem bonis ſequeſtra-
tis, cum tale debitum vlterius non porrigatur,
licet Monacho litiganti pro rebus Monaſterij
etiam vltra earum qualitatem, & redditus ali-
menta deberentur,Bald.in d.l.fin.& notat Bar-
tol.in tract.de aliment.nu.44. Ac multò magis
hæc litis alimenta erunt prætenſis filijs præſtã-
da pendente cauſa filiationis,ſeù alimentorum,
conſtito prius ſummatim de quaſi poſſeſſione
filiationis.Bart.in d.l.ſi neget,& l.ſi quis à libe-
ris §.ſi,vel parens ff.de liber.agnoſc. Cyn.in l.
fin.C.de alend.liber. Cappell.Tholoſ.deciſ.77.
cum addit. Afflict. d. deciſ. 10.Inſuperq; extat
decretum in Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20.
quòd in cauſis matrimonialibus corã loci Or-
dinario in prima inſtantia agitandis, non poſſit
quiſquam in ſecunda, vel tertia inſtantia trahi
extra Prouinciam,niſi præſtitis alimentis, & li-
tis expenſis, docto prius certam eodem Ordi-
nario de vera paupertate illius, qui extra Pro-
uinciam trahitur, & ſic ſecundum ſupradicta
fuit deciſum,vt præſtarentur petita alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus eſt ſimul ſenſus.*
2 *Collatio, quæ debet fieri cum alterius cõſenſu non poteſt dici libera.*
3 *Conſilium ſufficit petere, ſed non eſt neceſſe ſequi, ſecus verò in conſenſu.*
4 *Conſenſus includit conſilium.*
5 *Alienatio abſque beneplacito valet, quando adeſt euidens vtilitas Eccleſiæ.*

An vbi in celebratione actus debet
adhiberi conſenſus alterius,poſſit præ-
termitti conſenſus, quando id quod
fit eſt vtile.

DECISIO CXCII.

ACcidit in facto, quod quidam teſtator iuſ-
ſit filis hæredibus,vt omnia ad hæreditatẽ
ſpectantia fierent, cum conſenſu cuiuſdam:
quare fuit dubitatum an prædicti hæredes poſ-
ſint aliquid facere prætermiſſo conſenſu illius,
quãdo id,quod fit tendit in vtilitatem, & com-
modum dictæ hereditatis.
Et dubium faciebat pro opinione negatiua
1 quia conſenſus eſt ſimul ſenſus, & ſi habeo ali-
quid agere cum conſenſu tuo, ego debeo ſenti-
re tecum,alias non eſſet cõſenſus, ſed diſſenſus,
& deficiente conſenſu, actus non valeret cap.1.
§.conſenſus 29.q.1.Hoſtienſ.in cap.cum olim
nu.4.de arbitr.& Abb.nu.4.Bart.in l.1. §.ſi plu-
res nu.7.ff.de exercit action.vbi omnes cõmu-
niter, Alberic.in l.quidam decedens §.Papinia-
nus ff.de adminiſtr.tutor.nu.7. Bald.in l.fin.nu.
3.C.ad Macedon. Gomeſ.in regul.de impetrã-
tibus beneficia per obitum, ideò dixit Caſſad.
deciſ.3.ſub nu.3.& 4.de priuileg. poſt gloſ.in
clem.dudum §. ſi verò in verb. liberè de ſepul-
turis,quod collatio, quæ fit cum alterius con-
2 ſenſu, libera dici non poteſt, Abb. in cap.de
multa nu.3. de præbend. Roland. à Valle conſ.
42.num.19.vol.1. Curt.Iun.conſ.2.nu.3. vol.1.
Caputaqu.deciſ.297.nu.6.par.1.Item quia con-
ſenſus,& voluntas,idem ſunt l.2. §.voluntatem,
vbi Iaſ.nu.6.in fin.ff.ſolut.matrimon.l.fin. §.ne-
ceſſitatem C. de bon. quæ liber. & clarum eſt,
quod non dicitur actus liber, quando pendet à
voluntate alterius l.cum quidam ff. de legat.2.
cum adductis per Menoch. de arbitrar. lib.1.
q.7. nu.2. cum ſeqq. Hinc conſenſus eſt maio-
ris effectus, & ponderis, quàm conſilium, &
magis iuris habet debens conſentire, quam ha-
bens conſilium præſtare, quia conſilium ſuffi-
3 cit petere,ſed non eſt neceſſe ſequi,at verò cõ-
ſenſus non ſolũ eſt habendus,ſed etiam ſequen-
dus,alias actus erit nullus cap.cum in veteri,&
ibi gloſ. verb. expectatum ad medium de ele-
ctione,gloſ.verb.aſſenſus, per text.ibi in cap.1.
§.cum verò ne ſed.vacant.in ſexto,Abb.in cap.
quanto nu.4.de his,quæ fiunt à Prælat.ſine con-
ſenſu, &c. Lambert.de iurepatron.lib.2.par.1.
q.1. art.12.num.6. vbi nu.8. addit, quod maius
præiudicium verſatur circa actum, qui habet
fieri cum conſenſu,quàm cum conſilio, Cardi-
nal.in clem.exiui §.rurſus nu.17 de verb.ſignif.
Quapropter ſi actus debet fieri de conſilio, &
4 conſenſu alterius, ſufficeret ſolus conſenſus il-
lius, cum quilibet conſenſus habeat in ſe inclu-
ſum conſilium eodem contextu, Oldrad.conſ.
44. incipit quæritur, ſi Epiſcopus ſub num. 5.
Franch. in cap.1. § verum num. 32. de Clerico
ægrotante in ſexto, vbi etiam reſoluit, quod ſi
actus debet geri de conſenſu alicuius,ſufficeret
eius conſilium, cum ſatis dicatur conſentire,
qui conſuluit,per gloſſam,quam allegat in l.ob
hæc verba in verb.exhortatur,ibi,qui conſuluit,
vel permittit,non mandat ff.de his, qui notan-
tur infamia, pro quo videtur bonus textus in
l.final.in princ.ff.de inoffic.teſtam. Sic etiam
propter maximam differentiam conſilij,& con-
ſenſus,& quia maius præiudicium ineſt in con-
ſenſu,quã in conſilio, fuit orta illa anceps quæ-
ſtio: An de iure communi poſſit Epiſcopus cor-
rigere Capitulares,cum ſolo Capituli conſilio,
vel ſit neceſſarius conſenſus, de qua plenè per
Put.deciſ.9.ſub nu.2. & per totam lib.3. & per
Achill. de Graſſis deciſ. 2. per totam de offic.
ordin Mõhedan.deciſ.2.de for.compet vbi fuit
formata concluſio, quod eſſet neceſſarius con-
ſenſus Capituli. licet d.deciſ.Putei contrarium
inſinuet: Præter etiam cõſenſus quando requiri-
tur,ſemper præſumitur eſſe de ſubſtantia actus.
Bald.in l.neceſſitatè n.16. C.de bon.quæ liber.
& in l.1.C.qui admitti,cum alijs pluribus addu-

ctis per Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 34. nu. 12. & 13. ac propterea ſi contractus, aut alius quilibet actus mulieris, aut filij, aut minoris vel alterius ſimilis perſonæ, debet celebrari cum conſenſu mariti, patris, aut conſanguinei, & fuit celebratus ſine illo, erit ipſo iure nullus, vt per Tiraquell. cum alijs de legibus connubialibus gloſ. 4. nu. 2. Qui enim actui conſentit, actum ipſum gerere videtur l. ſicuti ff. de arbitris l. ſi fundus §. neſciente ff. de pignoribus cap. Apoſtolico cap. ſi eum de præbend. in ſexto l. ſi liqueat, & ibi Bald. in 2. notab. de inoffic. donat. & plenè per Tiraquell. de ll. connubialib. gloſ. 5. ex nu. 145. cum multis ſeqq.

Cæterùm, ꝙ non requiratur prædictus conſenſus, vbi actus, qui celebratur tẽdit in vtilitatem hereditatis, facit doctrina eorũ, qui loquendo à ſimili de alienatione rei Eccleſię, illam valere dicunt: valet. n. abſque beneplacito, quando
5 vtilitas illius euidens eſt, quam concluſionem firmarunt gloſ. in l. cum hi §. eam tráſactionem ff. de tranſact. Bald. in l. quicumque C. de bon. quæ liber. Pariſ. conſ. 16. nu. 97. & 99. & 101. & 104. Gabriel. in commun. concluſ. tit. de rer. alienat. concluſ. 1. nu. 1. qui pro hac opinione allegat Roman. Bart. Angel. Dec. Alex. Ruyn. Grammat. & Felyn. addo Viuiu. opin. 39. num. 36. lib. 1. qui dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & ſacroſanctam, eamq; magis cõmunem teſtatur Lamberteng. in tract. de contract. 6. fin. q. 50. nu. 166. Ex quibus patet, quod licet Gabriel. in d. concluſ. 1. nu. 2. alios alleget pro contraria parte negatiua, tamen re vera magis communis opinio eſt pro affirmatiua, & hanc opinionem amplexa eſt Rot. Roman. deciſ. 16. par. 2. diuerſor. vbi dixit, quando alienatio vertitur in vtilitatem Eccleſiæ, poteſt fieri non ſolum conſanguineis, ſed etiam extraneis, poſtea addit, & multo magis ſi cum ſolemnitate facta ſit: ergò præſumitur alienationem vtilem eſſe validam ſine ſolemnitate, prout re vera illi Doctores, quos allegat, concludunt. Item hanc opinionem Rota magis ſpecificè decidit in cauſa Romana domus 4. Nouẽbr. 1592. coram Cardinali Mantica, vbi quod ſi alienatio ſit vtilis Eccleſiæ, etiam ſi ſine ſolemnitate beneficiati facta fuerit, non licet ipſi emptori recedere à contractu, ergò multo magis non licet Eccleſiæ, quia alienatio facta ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ habet tacitam conditionem, ſi beneplacitum fuerit expeditum, & pendente conditione, non licet alteri ex contrahentibus à contractu recedere, quia etiam venditio conditionalis eſt perfecta, ad effectum, vt altero inuito non poſſit diſſolui l. neceſſariò §. item ſi res, & ibi gloſ. l. ſi quis viua ff. de peric. & commod. rei vend. Pariſ. conſ. 89. nu. 9. vol. 1. ſed caſus non fuit deciſus.

SVMMARIVM.

1 *Omnes probationes ſunt arbitrariæ, & pendent ex mero arbitrio Iudicis.*

2 *Dicta teſtium ſunt benignè interpretanda, ne periurij reatu notentur.*

An Iudex poſſit concordare dicta teſtium, data ipſorum imparitate in numero.

DECISIO CXCIII.

QVotidie obſeruatur in Cur. Archiepiſcop. Neap. quod concordantur dicta teſtium data ipſorum imparitate: nam licet de iure Iudex non poſſit dicta teſtium concordare quando in numero ipſorum datur imparitas, ſed potius debet maiori parti ſtare, & ſecũdum ipſorum dicta ferre ſententiam, quam opinionem tenet Innoc. in cap. cum contingat de offic. deleg. quem refert, & ſequitur Bart. in l. 2. §. creditum ff. ſi cert. petat. vbi Fulgoſ. Paul. & Iaſ. ſequitur Bald. in d. cap. cum contingat, vbi gloſ. ordinaria, & hæc eſt communis opinio, ſecundum Soccin. col. 3. in d. §. creditum, vbi Dec. 1. lect. nu. 9. & iſtam opinionem tenet Bart. in l. Gallus §. ille caſus num. 3. ff. de liber. & poſthum. Imol. in l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verbor. obligat. vbi dicit, quod hæc opinio ſeruatur in practica.

Sed contraria opinio videtur verior in puncto iuris, quia arbitrio Iudicis ſemper relinquitur quanta fides teſtibus adhibenda ſit l. 3. §. 1. ff. de teſtibus, ex quo notat Paul. in l. admonendi nu. 39. ff. de iureiurand. quod omnes proba-
1 tiones ſunt arbitrariæ, & pendent ex mero arbitrio Iudicis, & ſic debet intelligi text. in l. 1. §. ſed non vtique verſ. vt Papinianus ff. ad Tertullianum, ibi, facti quæſtio in arbitrio Iudicis eſt, id eſt probationes, & depoſitiones teſtium, & vide Alex. conſ. 112. vol. 2. col. fin. & iſtam opinionem contra Innocent. & Bart. tenet gloſ. in cap. ſi teſtes 3. q. 4. quam opinionem ſequitur Soccin. & Alex. in d. §. creditum, & ſic eſt communior opinio in puncto iuris ſecundum Alex. in d. l. Gallus §. ille caſus num. 16. & dicit communem Felyn. in d. cap. cum contingat nu. 6. quæ opinio confirmatur ex text. in cap. cum tu fili de teſtibus. ibi, nos dicta teſtium benignè
2 interpretari volentes, ne periurij reatu notentur, & hæc eſt verior, & receptior opinio, & tradit duas communes Menchac. controuerſ. vſufrequent. cap. 30. art. 7.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in quolibet actu requiritur.*

2 *Nouus Commiſſarius tenetur iterum citare partem abſentem.*

Vicarius Nouus, an debeat iterum citare partem abſentem, & contumacem.

DECISIO CXCIV.

FVit dubitatum, ſi quando proceditur in contumaciam, quia fuit facta citatio per Vicarium ad omnes actus, iuxta ſtylum nõnullarum Curiarum Eccleſiaſticarũ huius Regni, & exiſtente reo contumace, & contingat mutari

tari Vicarium, aliumq; in eius locum ſubrogari, an ſcilicet debeat nouus Vicarius iterum
3 monere, ſeu citare partem abſentem, & contumacem, & dicebatur, quod & ſi regulariter citatio in quolibet actu requiratur l. de vnoquoque ff. de re iudicat. cap. cum olim de teſtamẽtis, clem. paſtoralis de ſentent. & re iudicata, cum ſimilibus iuribus vulgaribus, vt latè Mynſing. qui plures limitationes ad ſupradictam regulam congerit in centur. 6. obſeruat. 88. & de Amat. Rot. Marchiæ in deciſ. 100. id tamen locum non habere videtur in eo, qui fuit ſemel citatus à primo Commiſſario, quia cum quodammodo per primam citationem cenſeatur declaraſſe ſe nolle venire ad iudicium, non eſt vlterius citandus, vt probatur in cap. eum qui de dolo, & contumacia in ſexto, Bart. in l. ex conſenſu §. fin. ff. de appellat. & quod non debet amplius citari, in proprijs terminis velle videtur Georg. Natt. in clem. ſæpè in verſ. nam & ſic de verbor. ſignif.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit reſolutum, quam opinionem tenuit Paul. de Caſtr. in l. edictum ff. de iudicijs, qui diſtinguendo concordat opiniones Io. Andr. & Speculat. contrarium ſentientium, & hæc opinio viſa fuit verior Sac. Conſ. Neap. vt dicit Minad. in deciſ. 28. per quem fuit reſolutum
2 nouum Commiſſarium teneri iterum citare partem abſentem, & contumacem, etiam facta prima citatione ad omnes actus, quam ſententiam antea fuerat ſequutus Archidiacon. in cap. caueant 3. q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Sponſus poteſt cogi ad contrahendum matrimonium, etiam ſi ſponſalia non ſint iurata.*
2 *Qui contrahit ſponſalia ſub conditione, ſi ante conditionis euentum ſponſam cognoſcit, cenſetur receſſiſſe à conditione.*
3 *Oſculum æquiparatur copulæ.*

Contrahens ſponſalia ſub cõditione, ſi dos ſibi ſoluatur intra certum tẽpus, an ſi pendente conditione ſolutionis dotis, puellam deoſculatus fuerit, cenſeatur conditioni renunciaſſe.

DECISIO CXCV.

Contraxerat quidam ſponſalia cum quadam formoſa, & nobili puella, cum conditione tamen ſi intra certum tempus dos per eius patrem ſibi ſoluatur, & non aliter, nec alio modo, cumq; pendente cõditione ſupradicta acceſſiſſet ad domum puellæ, eamq. pluries deoſculatus fuiſſet, poſtea adueniente tempore, cum dos ſibi non perſolueretur, & ob id nollet matrimonium contrahere, pro parte dictæ puellæ inſtatum fuit in Cur. Archiepiſc. vt cogeretur iuuenis prædictus ad cõtrahendum matrimonium: fuit propterea dubitatum an potuiſſemus de iure illum cogere pœnis, & cenſuris, iuxta tradita communiter in cap. ex literis Syluani de ſponſalib. vbi Io. Andr. nu. 2. & Abb. Antiq. nu. 3. cap. commiſſum, & cap. requiſiſti iuncta gloſ. fin. eod. tit. vbi Doctores omnes, & vltra ipſos notat Boer. in deciſ. 22. & in conſ. 40. num. 22. Ferrett. conſ. 171. vol. 1. qui omnes concluden-
1 ter tenent talem ſponſum teneri ad perficiendum matrimoniũ, & quatenus reſiſteret, poſſe excommunicari, prout ſequitur Franc. Marc. in deciſ. 909. volum. 2. Triuiſan. in deciſ. 9. par. 1. & Mart. in deciſ. Piſan. 179. qui text. licet loquatur de ſponſalibus iuratis, nihilominus habet locum etiam ſi iuramentum non interueniſſet, Menoch. conſ. 386. per totum vol. 4. Surd. conſ. 364. nu. 10. Riminald. in conſ. 538. nu. 28. vol. 2. poſt Goffred. Hoſtienſ. & alios, quos allegat Couarr. in epitome de ſponſalibus cap. 4. nu. 3. poſt alios quos refert Luchin. de Curt. in conſ. 13. col. 3. inter conſilia matrimonialia, & ratio reſolutionis principalis articuli, ob quam fuit ſic deciſum in dicta Curia fuit: nam ſupradictus iuuenis cenſetur renunciaſſe conditioni, & conſequenter quamuis dos intra dictum tempus nõ ſit ſoluta, nihilominus eſſe cogendum ad ma-
2 trimonium contrahendum, & moti fuimus per text. in cap. per tuas de conditionibus appoſitis, vbi Summus Pontifex diſponit, quod qui ſub honeſta conditione ſponſalia contrahit, & ante conditionis euentum deſponſatam cognoſcit, à conditione recedit, cuius ratio eſt, quia per copulam confirmantur ſponſalia de futuro, Butr. in cap. à nobis de deſponſat. impuber. Stephan. de Caieta in repet. cap ad limina nu. 102. & 103. 31. q. 1. ex qua etiam copula apparet de enixa contrahentium voluntate, taliter quod recedi non poſſit, vt iudicauit Rota Roman. in deciſ. 497.

Non obſtat, quod text. in citat. cap. per tuas, de conditionibus appoſitis, loquatur de receſſione à conditione per ſuperuenientiam copu-
3 læ, quia reſpondetur, oſculum æquiparari copulæ quoad ſupradictum effectum, argum. text. & ibi gloſ. in l. quod ait lex §. quod ait ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt teſtes non inducere, & inducere inhabiles.*
2 *In criminibus occultis admittuntur teſtes, etiam ſi non ſint omni exceptione maiores.*
3 *Quando veritas aliter haberi non poteſt, admittuntur inimici cum adminiculis.*

Duo teſtes inhabiles, & non omni exceptione maiores, an conuincant in criminibus occultis.

DECISIO CXCVI.

Magna fuit controuerſia in Cur. Archiepiſc. Neap. ſcilicet an duo teſtes inhabiles, & non omni exceptione maiores conuin-

cant in criminibus occultis, puta in crimine falſæ monetæ,concurrentibus alijs adminiculis, & dicebatur de iure eſſe expeditum, teſtes inhabiles ad teſtificandum non admitti, vt per Campeg. de teſtibus regul. 7. in princ. & Iſerniam in cap. 1. §. Sacramenta, de pace tenenda,qui dixit,quod paria ſunt teſtes non induce-
1 re, aut inducere, ſed inhabiles, & propterea Anchar.in cap.1.num.2.extra de teſtibus,dixit, teſtes in dubio debere eſſe idoneos, fideles, & aptos ad deponendum, quod ſi non habebunt ſupradicta tria requiſita totum negotium peribit,ſecundum Panorm. in cap.cum I. & A. nu. 19.de fid.inſtrum.quem ſequitur Igne.in l.ſerſui nu.103.ff.ad ſyllanian. quibus addo text.in cap.atteſtationes,ibi,per idoneos teſtes extra de deſponſat. impuber. & non eſſe generale in omni cauſa,& negotio,teſtatur Curt.Iun.conſ. 120. quem refert, & ſequitur Burſat. conſ.190. vol. 2. quod multo magis procedit in criminalibus,in quibus nedum teſtes idoneos,ſed etiam omni exceptione maiores requiri, voluerunt Bald.in l.final.C.de probationibus, Dec.conſil. 429.Alex.conſ.117.volum.1.Franc.Marc.deciſ. 185.par.2. Cacheran.deciſ.65.num.34. Peguer. deciſ.87.nu.18.Nihilominus fuit dictum ſupradictam concluſionem minimè procedere in delictis occultis, in quibus teſtes etiam inhabi-
2 les,& non omni exceptione maiores admittuntur,vt per Maſcard.concluſ.1359.& Grammat. conſ.34.nu.7.vbi voluit,quod in his,quę à communiter accidentibus fiunt clam,& ſecretè,inhabiles, & non idonei, & qui alias non admitterentur, habentur pro idoneis, & tali caſu dicerentur teſtes omni exceptione maiores,idem probat text. in cap. tertio loco de probationibus,ſequitur Alexan.conſ.112.vol.2. Dec.conſ. 342.num.3.& hoc maxima cum ratione,ſecundum Gabriel. de teſtibus concluſ. 7. quia alias multa delicta defectu probationum, remanerent impunita, quod eſſet contra bonum publicum, cum delicta committantur magis occultè quam ſit poſſibile ad finem, vt probari non poſſint,& Crauett conſ.188.nu.2.vol.1.dicit, quod in delictis factis de nocte, & in loco deſerto, prout in caſu noſtro, admittuntur teſtes inhabiles maximè cum iam probatum fuiſſet,quod per alios nō poſſet huiuſmodi factum verificari, ſecundum Cappell. Tholoſ. deciſ.4. Grammat.conſ.45. nu.10. vnde Cacher.in deciſ.49.nu.42. voluit, teſtes inhabiles admittendos, quando ſumus in his delictis, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, quod intelligit quando deponunt tantummodò de facto inquiſiti,ſiuè inculpati,vt in caſu, de quo verba facimus, ſecus autem ſi deponerent de aliquo facto proprio, ſcilicet de eo, quod ipſi fecerunt, quia tunc eis non creditur, ſecundum Marſil. conſ.74.nu.8.Grat.conſ.59.nu.39.vol.2.Grammat.conſ.45.nu.24.& ita ex prædictis fuit deciſum in dicta Curia, duos teſtes deponentes ſe vidiſſe quendam clericum cudiſſe falſam monetam in quodam loco deſerto, & inſolito, inducere plenam probationem contra dictum clericum, & conſequenter ex depoſitione ipſorum fuiſſe conuictum, licet pro parte clerici allegaretur dictos teſtes fuiſſe, & eſſe eius inimicos,quia tamen vltra ipſorum depoſitionem concurrebant alia adminicula,ſcilicet, quia fuit viſus expendere falſam monetam, item quia pluries fuit diffamatus de prædicto crimine, & tandem in ludo ſemper ſoluebat monetam falſam.Ex his omnibus fuit condemnatus per dictam Curiam ad remigandum per ſeptenium.

Non obſtat,quod quando veritas aliter habe-
3 ri non poteſt, non admittuntur inimici,vt dicit Arnon.in ſoliloq.53.adeò quod ſecundum Bertazz.in conſ.528. nec in articulo mortis, nec in crimine læſæ maieſtatis, vel hæreſis Iudex debet admittere teſtes inimicos, quādo aliter veritas haberi non poſſet etiam quod liberum haberet arbitrium, ſecundum Menoch.de arbitr. iudic.q.28. quia ſupradicta vera ſunt, vbi non concurrunt alia adminicula,vt in caſu noſtro.

Non obſtat ſecundò, quod in caſibus, in quibus teſtes inhabiles admittuntur non probant plenè, ſed ſolum facient qualem probationem, vt dicit Aretin.in cap.coniunctus col.2. in fine de teſtibus, Grammat.conſ.59. num.12. Alex. conſ.64.vol.1.Hippolyt.conſ.31.nu.30.& Corſett. conſ. 225. vol.1. nam reſpondetur hoc verum eſſe quando inueriſimilia deponerent, ſecundum Angel. in conſ.367. & Crauett. conſil. 35. num. 6. quod non eſt dicendum in caſu noſtro.

SVMMARIVM.

1 *Alchymia nihil derogat Maieſtati Diuinæ.*
2 *Alchymiæ exercitium non eſt peccatum,niſi ſpecialiter prohibeatur.*
3 *Prohibetur Alchymia ijs,qui aurum, vel argentum ſophiſticum, & adulterinum confingunt, ſecus verò ſi aurum verum,vel probatum componatur.*

Clericus Alchymiſta, an ſit dignus aliqua pœna, & an priuetur beneficijs habitis, & ad habenda inhabilis efficiatur.

DECISIO CXCVII.

FVit in Curia Archiepiſcopali accuſatus quidam Clericus tanquam Alchymiſta,& fuit carceratus, vnde in expeditione cauſæ fuit dubitatum ſi eſſet puniendus, vel liberandus, & quia habebat quoddam beneficium; fuit etiam dubitatum ſi eſſet illo priuandus, & inhabilis declarandus ad habendum alia, & dicebatur, quòd Summa Angelica in verb. Alchymia inuehitur contra iſtos Alchymiſtas,& acriter reprehendit illos, dicens: eorum artem illicitam eſſe, contra publicam vtilitatem, & propterea eſſe ipſos puniendos,prout etiam diſponit text. in extrauagant. ſpondent de crimine falſi, vbi Alchymia prohibetur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes.

His

Digitized by Google

His tamen non obſtantibus contrarium fuit reſolutum, ex eo, quod Alchymia nihil derogat
1 Maieſtati, atque omnipotentiæ Dei, cum Alchymiſta arte imitetur naturam ex metallo vili, aliud præciſius conflando virtute herbarum, & lapidum, ſeù naturalium qualitatum, accedente cœleſtium corporum influxu, quod proculdubio naturaliter fit ex ſimilitudine, quam inuicem metalla habere noſcuntur; in habentibus enim ſymbolum fit facilis tráſitus, Oldrad. in conſ. 74. vbi refert S. Auguſtin. ſic tenuiſſe Abb. in cap. 2. de ſortileg. Canoniſtæ in cap. nec mirum 26. q. 5. vbi habetur, quod ſunt in rebus corporeis virtute elementorum quædam ſeminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque cauſalis, prorumpunt in ſpecies debitas, quem text. ad propoſitum noſtrum inducit Martin. in ſua margarita decreti in verb. Alchymia, & eandem opinionem ſequuntur Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de crimine falſi, & Io. de Anan. in d. cap. 2. de ſortileg.

Non obſtant in contrarium adducta; & primò Angelica in ſua Summa in verb. Alchymia, quoniam reprobantur eius rationes per Sylueſt. & Tabien. in eorum Summis eodem verbo, & ad ſingulas eius rationes reſpondent, qui
2 etiam tenent non eſſe peccatum Alchymiæ artem exercere, eamq; licitam eſſe communiter Doctor. tenere inquit Addit. ad Angel. loc. cit. quod tamen eſt intelligendum niſi ſpeciali lege prohiberi contingat.

Non obſtat ſecundò, text. in extrauag. ſpon-
3 dent de crimine falſi, quia ibi notatur, & prohibetur Alchymia ijs, qui aurum, & argentum ſophiſticum, & adulterinum confingunt, non autem ijs, qui verum aurum, atque probatum componunt, prout in caſu deciſionis noſtræ.

SUMMARIUM.

1 *Copia copiæ non facit fidem, quod limitatur quando pars fuit citata, & nihil contra eam fuit oppoſitum.*

2 *Quando in termino citationis opponuntur generalia contra, remanet ſaluum ius opponendi quandocumque.*

3 *Inſtrumento minus ſolemni eſt credendum quandò apparet ſecundum illius tenorem obſeruatum fuiſſe.*

Copia copiæ producta in actis, an probet.

DECISIO CXCVIII.

Vulgata eſt iuris concluſio, quod ſcriptura priuata, & copia non habens requiſita in cap. 1. de fid. inſtrum. non probat l. exemplo C. de probat. præſertim ſi extracta ſit ex aliena ſcriptura, parte non citata, & ſine Iudicis auctoritate, quo caſu nullam poteſt fidem facere, cap. fin. de fid. inſtrum. vbi Innoc. & alij, Bart. Purpur. Curt. Iun. & alij in auth. ſi quis in aliquo C. de edend. late Couarr. pract. quæſt. cap. 21. nu. 4. Put. deciſ. 137. lib. 3. & ſi ſit copia copiæ non probat, etiam quod à pluribus Notarijs ſit conſcripta, Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo nu. 8. & etiam ſi illi Notarij atteſtarentur ſe vidiſſe originale, quia cum nemo illorum fuerit interrogatus, remanet nudus teſtis de auditu, Iaſ. in d. auth. ſi quis in aliquo nu. 2. & Cagnol. ibidem nu. 51. Curt. Iun. conſ. 166. nu. 3. verſ. cum igitur, Socc. Iun. conſ. 2. nu. 1. lib. 2. Id tamen limitauimus in Cur. Archiepiſc. quando copia fuit producta parte citata, & nihil contra eam fuit op-
1 poſitum, tunc enim illi ſtandum eſt, ſecundum Mohedan. in deciſ. 1. de fid. inſtrum. quia pars tacendo, illam approbaſſe videtur, nec debet audiri, etiam ſi poſtea vellet eam impugnare, Felyn. in cap. quoniam contra nu. 52. de probat. & in cap. 2. nu. 31. in fin. de teſtib. Caputaqu. deciſ. 238. nu. 4. par. 1. & deciſ. 117. nu. 4. par. 3. Put. deciſ. 159. nu. 2. lib. 2. & deciſ. 99. nu. 2. lib. 2. & tenuit Rot. diuerſ. deciſ. 151. lib. 3. par. 3. vnde inoleuit praxis, vt in termino citationis opponantur generalia contra, cum hoc caſu remaneat
2 ius ſaluum excipiendi quandocũque, quod aliter fieri non poſſet, Veſta. in praxi lib. 5. cap. fin. nu. 10. Caputaqu. deciſ. 323. nu. 1. & per totam, & deciſ. 330. nu. 4. par. 1. & deciſ. 278. & 279. par. 2. & ita intelligẽda eſt deciſ. Put. 119. lib. 2. cum dicit, quod contra iura producta poteſt opponi ſemper ante ſententiam in eadem inſtantia, quia hoc procedit vbi à principio fuerunt oppoſita generalia contra; alias ſecus, quod præſertim locum habet poſt rem iudicatam, quia tunc talis proteſtatio non ſuffragatur, licet obtẽta fuerit reſtitutio in integrum, prout etiam fuit deciſum in vna Bracharenſ. iuriſpatronatus 1. Martij 1602. coram Cardinali Seraphino, idem etiam dicendum ſi copia ſit extracta in vim compulſiuæ, parte non citata, & ſic nulliter, poſtea in Curia producatur vocata parte ad dicendum contra, & nihil dicatur contra eam, quia tunc dicitur approbata, præſertim ſi pars ea vtatur, Alex. conſ. 185. in fin. lib. 6. Rota, deciſ. 2. de fid. inſtrum. in nouis, Put. d. deciſ. 159. num. 2. lib. 2. & videmus in ſimili, quod ſeruans pacta alicuius ſcripturæ illa approbare videtur, Calcan. conſ. 22. nu. 8. & qui agit ex contractu, dicitur contractum ratificare, Dec. conſ. 367. nu. 3. cum ſimili, & fuit dictum in vna Peruſina, executionis 10. Martij 1595. coram Penia, & multo magis ſupradicta concluſio procedit, quando concurrunt adminicula, ſeù coniecturæ ſufficientes ad inducendum animum Iudicis ad credendum exemplo, ſeù copiæ ſimplici, Caputaqu. deciſ. 234. nu. 2. & ſeq. par. 2. vt dicitur de fide fundationis iuriſpatronatus, quæ ex pluribus ſubſequentibus præſentationibus, quæ ſortitæ ſunt effectum adminiculatur ſufficienter, vt ei ſtandum ſit, vt tenuit Rota in vna Camerinenſ. iuriſpatronatus coram Cardin. Mellino de anno 1593. Hinc etiam Aym. conſ. 101.
3 nu. 4. tenet inſtrumento minus ſolemni, fidem eſſe adhibendam, quando ſecũdum illius tenorem apparet obſeruatum fuiſſe, & in vna Romana iuriſpatronatus coram Cardin. Blanchet-

to die 3. Iunij 1594. fuit adhibita fides copiæ alterius copiæ fundationis iuriſpatronatus ex regiſtro ſumptæ, ex eo, quod concurrebant tres præſentationes, quæ ſuum ſortitæ fuerant effectum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia gaudet immunitate, etiam ſi non fuerit perfectè conſtructa.*
2 *Pecunia deſtinata ad emptionem immobilium, cenſetur immobilis.*
3 *De proximo faciendum, habetur pro facto, quando id, quod eſt faciendum, infallibile, & certum exiſtit.*

Superficies in qua impoſitus eſt primus lapis pro Eccleſia ædificanda, an poſſit alienari abſque ſolemnitatibus extrauagantis ambitioſæ.

DECISIO CXCIX.

Deſtinauerat quis ædificare Eccleſiam in quodam loco, & auctoritate Epiſcopi ibidem fuit impoſitus primus lapis, iuxta ritum Pontificalis, cumque poſtmodum pœnituiſſet fundatorem, & nollet amplius dictum opus conſtruere, dictamq. ſuperficiem alienare vellet: fuit dubitatum an de iure potuiſſet id facere abſque aſſenſu Apoſtolico, ſeu ſolemnitatibus extrauagant. ambitioſæ de reb. eccl. non alien. & quod non poſſet videbatur prima facie affirmandum, ex eo, quod huiuſmodi ſuum propoſitum haberi debet pro facto cap. magna de pœnitent. diſt. 1. & proinde iudicari debebat, ac ſi Oratorium eſſet conſtructum. Deſtinatio enim habetur pro facto l. ſi non C. de furt. & de proximo accingendus, habetur pro accincto l. penult. ff. de milit. teſtam. cui conformis eſt text. in l. item legato 47. §. 1. verſ. vtroque autem legato ff. de legat. 3. & §. fin. ad fin. in auth. vt exact. inſtaur. dot. pro dato enim habetur, quod iam paratum eſt, vt detur, & in l. ſi quis cum ſciret in fin. ff. pro emptor. dicitur, quod perditum reputatur id, quod ſtatim eſt perdendum, & in l. fin. ff. de conſtit. & inſtit. quod deficit conditio, quam conſtat ſtatim defecturam, eandemq. regulam pulchrè exornat Marſil. ſingul. 106. qui de proximo, & in repet. l. vnic. num. 92. & ſeq. verſ. facit præterea C. de rapt. virgin. & pro hoc facit etiam, quod immunitas procedit etiam ſi Eccleſia nedum
1 fuerit perfectè conſtructa, quia ſufficit, quod ſit locus deſtinatus ad ædificationem alicuius Eccleſiæ; & ibi fuerit primarius lapis per Epiſcopum impoſitus, voluerunt Abb. Felyn. & reliqui in cap. Eccleſiæ nu. 5. de immun. eccleſ. & Roman. conſ. 52. nu. 17. cum alijs de quibus per Mar. Ital. de immun. eccl. lib. 1. cap. 4. §. 2. nu. 27. accedat vlterius, quod in omnibus generaliter deſtinatum habetur pro iam facto, vnde licet pecunia inter mobilia connumeretur l. mouentium ff. de verbor. ſignif. nihilominus ſi fuiſſet
2 deſtinata ad emptionem immobilium, cenſetur immobilis, ratione deſtinationis l. cætera ff. de legat. 1. Boer. deciſ. 209. Theſaur. deciſ. 160. Roland. in tract. de lucr. dot. q. 91. nu. 12.

Cæterum ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit reſolutum in Cur. Archiepiſc. nam fuit dictum ſupradictam ſuperficiem potuiſſe alienari abſque ſolemnitatibus extrauag. ambitioſæ, cum non eſſet res Eccleſiæ.

Non obſtant contraria, & præſertim regula
3 illa, quod de proximo faciendum habetur pro facto, quia procedit quando de proximo faciẽdum eſt infallibile, & certum, vt dicit Felyn. in cap. cum te col. 17. de reſcript. de quo meminit, & cum ſequitur Tiraquell. de legib. connub. nu. 28. Caball. reſolut. 65. per totam, de Franch. deciſ. 449.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator, qui dolo deſijt poſſidere, tenetur ad æſtimationem.*
2 *Cum non poteſt fieri reſtitutio, debetur intereſſe & æſtimatio.*
3 *In poſſeſſorio non poteſt fieri condemnatio ad æſtimationem rei, ſed tantum ad æſtimationem poſſeſſionis.*

Agens interdicto recuperãdæ, ſi ſpoliator alienauit rem, de qua agitur, an condemnetur ad eius æſtimationem.

DECISIO CC.

Rector cuiuſdam Eccleſiæ egit in Archiepiſc. Cur. Neapol. interdicto recuperandæ contra Curatum, qui in eadem Eccleſia curam exercebat animarum ſuper reſtitutione cuiuſdam aulæ, qua ſe ſpoliatum fuiſſe aſſerebat à dicto Curato, per quem oppoſitum fuit ipſum iure licito dictam aulam poſſidere, prout etiam ſui prædeceſſores poſſederant, & in dicta poſſeſſione eſſe conſeruandum; petebat inſuper eſſe reintegrandum in poſſeſſione alterius aulæ à dicto Rectore alienatæ, ſpoliando de facto ipſum Curatum, dùm illum præcario nomine detineret, & cum dubitaretur de ordine procedendi, & eſſemus in materia ſpolij, ac vltimum ſpolium ſemper ſit prius purgandum, & ſi ſpoliatus, ſpoliatiuè poſſideret, ex Seraphin. deciſ. 96. quia ante per conuentum non fuerat oppoſitum per viam exceptionis, vt impediret petitionem actoris, ſed per viam reconuentionis, & principalis petitionis fuit datus terminus ſuper poſſeſſorio in vtraque cauſa per cap. cum dilectus, & cap. fin. de ordin. cognit. factis igitur hinc inde probationibus, dubitabatur, quis eorũ eſſet reintegrãdus, & ſi res, de qua agebatur, reperiretur alienata, an ſequi deberet cõdemnatio ad eius æſtimationẽ, & dicebatur exploratiſſimi
1 iuris eſſe. Spoliatorem qui deſijt poſſidere teneri ad æſtimationem, & intereſſe l. 1. §. rectiſſimè ff. de vi, & vi armat. l. ſi vi me 2. & l. pen. ff. eodem l. competenti §. fin. ff. quod vi, aut clam,

quæ

Digitized by Google

quæ iura locum habent etiam ſi non dolo, vel culpa deſijſſet poſſidere, ratio eſt, quia culpa, quæ præceſſit conſideratur, quando alienam poſſeſſionem occupauit d.l.ſi vi me, ex qua fit, vt non reſtituendo, conſtituatur in mora, quæ actionem perpetuat l. fin. ff. de condit. furt. l. ſubtracto C. de furt. l.1. C.de his, quæ vi, metusq. cauſa, & hoc ita verum eſt, quod d.l.diſpoſitio procedit contra quemcumque ſpoliatorem, ſiuè cum violentia, ſiuè abſque, nam dolum tantum requirit d.l.ſi vi me, qui dolus iudicatur, cum lex in pœnam precario detinentis reſtituere rem conceſſam reſiſtentis vltra rei reſtitutionem in eiuſdem æſtimatione facienda, cum puniat l.non ab re C. vnde vi.

1 Igitur dicendum eſt conuentum predictum, qui non poſſidet condemnari debere ad æſtimationem, & eo magis, quia dolo deſijt poſſidere l.cum autem ff.quod vi, aut clam, vnde ex libello in quo petita fuit reſtitutio rei, poteſt ſequi condemnatio æſtimationis, ita communiter concludunt Doctores poſſe conuentum condemnari ad æſtimationem, Specul.tit. de oblig. & ſolu. §.ſequitur videre verſ.ad huius, relatus per Afflict. deciſ.23. quia quod non poteſt fieri formaliter, debet fieri arbitrio boni viri, Bald.in l.in teſtamento quidam ff.de condit.& demonſtr. & Bart. in l.ſi ſeruum §.fin. ff. de verbor. obligat. dicit, quod valet libellus ſi peto rem, vt poſtea ſequatur condemnatio ad æſtimationem, cuius opinionem Alex. ibi dicit eſſe communem, poteſt enim condemnari conuentus ad æſtimationem, quando non habet facultatem rei reſtituendæ, ſicut deciſum fuit per Afflict. d.deciſ. 23. & ita poſt alios tenet Vrſill. in d.deciſ. Afflict. omnino videndi.

Et præmiſſorum ratio eſt, quia in obligatione rem reſtitui, cum reſtitutio fieri non poteſt,
2 ex natura obligationis, æſtimatio, & intereſſe debentur l.in re furtiua ff. condit. furt. Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb.obligat.nu.10.vbi cæteri Doctores, & ideò cum ipſa natura, & entitas obligationis pariant effectum æſtimationis, minimè dici poteſt, quod ſententia æſtimationis fundata ſuper libello petitionis rei ſit non iure lata l.vt fundus ff.commun. diuid. nam vt ſupra dictum eſt, venit ex natura obligationis, quamuis ex alijs clauſulis in libello appoſitis ſuſtineri potuit, ex not. per Maran.in ſua prax.par.4.diſt.9.& hæc cauſa reſtitutionis æſtimationis, & intereſſe, eſt ita priuilegiata, & gaudet eiſdem prærogatiuis, prout ipſa cauſa poſſeſſionis, text. in l. ſi quis ad ſe fundum C.ad l.Iul.de vi publ.vbi Bart.& Alex. in Apoſtillis, & iuxta hanc opinionem cenſuit Cur.Archiepiſc.Neapol.condemnando dictum Rectorem ad annuum redditum Parocho reſtituendum, & ita cenſuit Rot.Roman.in vna Fauentina bonorum mobilium 23.Febr. 1586. coram Seraphino, cuius tenor eſt.

Fuit reſolutum non eſſe locum Ægidianæ, cum ſententia condemnet ad reſtitutionem bonorum mobilium, & ſemouentium ſi extant, alias ad eorum valorem, & æſtimationem: nam licet etiam pro mobilibus competat remedium recuperandæ, vt per Soccin.in l.rem, quæ nobis nu. 13. & Rip. in l.naturaliter §.nihil commune nu.54. ff.de acquir.poſſeſſ. tamen non
3 potuit fieri condemnatio in poſſeſſorio ad eorum valorem, & æſtimationem, ſed ad æſtimationem tantum poſſeſſionis, vt per Bald. in conſ.319. nu.2. circa medium verſ. præterea lib. 3. vbi dicit ſententiam, quæ in poſſeſſorio condemnat ad veram æſtimationem, pati vitium formæ, & hoc obſeruatur in omnibus interdictis poſſeſſorijs, vt condemnatio fiat in id, quod intereſt l. interdicto ff.de vi, & vi armat.l.ſi duo §.fin.& ibi Bart. ff.vti poſſid. benè Menoch.in remed.3.retinend.nu.286. & Contard.de momentan.poſſeſſ.l.vnic.limit.19.nu.2. facit optimè text. in l.ſi mulier §. qui poſſeſſionem ff.de eo, quod met.cauſ. Non obſtat, quod pro validitate ſententiæ debeamus interpretari illud ad reſtitutionem bonorum, ideſt ad reſtitutionem poſſeſſionis, vt per Afflict. deciſ. 77. num. 5. quia dato, quod hoc admittamus, tamen adhuc reſtat alia pars, quæ clarè cantat de eorum æſtimatione, & ideò ſaltem hæc forma eſt dubia, & præbet iuſtam appellandi cauſam ratione incertitudinis, prout non obſtat dictum Abb.in cap.conquerente nu.13. de reſtit.ſpoliat. quem ſequitur Berou.ibidem nu.18.quod ſpoliatus poteſt agere ad intereſſe, & æſtimationem rei, quia eorum dictum eſt intelligendum ſecundum terminos huius materiæ, ſcilicet ad intereſſe, & æſtimationem poſſeſſionis illius rei, de qua agitur, alias eſſet contra iura contrarium determinantia, & quæ conſtituunt inter intereſſe ratione poſſeſſionis, & æſtimationem rei differentiam, & ideò inualuit practica, vt in ſententijs merè poſſeſſorijs pronuncietur ſuper reſtitutione poſſeſſionis rei petitæ, non ſuper poſſeſſione rei, licet aliquando admittatur interpretatio ex narratiua, quæ cantat in mero poſſeſſorio, quod fieri non poteſt in caſu iſto, ex quo non eſt reſtricta narratiua, cum habeat clauſulam, rebusq. alijs.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuper collatione omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis, etiam ſi ſint in Eccleſijs Collegiatis.*

2 *Collatio probari poteſt per teſtes in beneficijs exigui valoris, & quæ non ſunt in dignitate.*

3 *Beneficium reuerſum ad collationem Epiſcopi per extinctionem patronorum, poteſt ab eodem Epiſcopo iterum ſubijci alteri iuripatronatus.*

Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper collatione omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis, etiam in Eccleſijs Collegiatis.

DECISIO CCI.

FVit pluries dictum Archiepiſc.Neapol. habere intẽtionem fundatam ſuper omnibus beneficijs ſuæ Diœceſis, etiam vacantibus in Eccle-

Digitized by Google

Eccleſijs Collegiatis, in quibus extat Rector, ex
1 eo, quod de iure cōmuni Epiſcopus habet fundatam intentionem, vt ad eum ſpectet collatio beneficiorum exiſtentium in ſua Diœceſi cap. cum ex iniuncto in fin. de hæret. in ſexto cap. 1. de cappell. monach. Roman. conſ. 361. col. 1. Pariſ. conſ. 34. in princ. lib. 4. & conſ. 14. eod. lib. 4. Crauett. conſ. 332. Caſſador. deciſ. 1. in fin. de dilat. & deciſ. 4. nu. 7. de probat. Roland. à Valle conſ. 47. in princ. lib. 1.

Et cōnumeratur dicta collatio inter fructus, Tiber. Decian. reſponſ. 6. num. 16. lib. 2. qui fructus niſi adſint, collatio non habetur in conſideratione, idem Decian. reſponſ. 9. nu. 27. lib. 1.

Quæ collatio facta ab Epiſcopo abſenti va-
2 let, & tenet, nec poteſt dictum Epiſcopum pœnitere, Berou. conſ. 4. nu. 44. lib. 1. dummodo dicta collatio probetur teſtibus, prout probari poteſt in ſimplicibus beneficijs non magni valoris, & quæ non ſunt in dignitate, Bald. in rubr. de mand. Apoſt. §. 1. verſ. vltimo fallit.

Ampliatur primo, & multo magis prædicta habere locum in Summo Pontifice cap. nouit, & cap. quando de his, quæ fiunt à Prælat. Io. de Selu. de benefic. par. 2. q. 22. nu. 4. poſt Abb. in cap. Eccleſia noſtra il primo de eccleſ. Menoch. conſ. 90. num. 13. lib. 1. quæ collatio Summi Pontificis non indiget alia confirmatione, Tiber. Decian. reſponſ. 8. nu. 224. lib. 1.

Et collatis beneficijs gratia dicitur perfecta per expeditionem literarum ſub plumbo, Bero. conſ. 15. nu. 11. lib. 1.

Ampliatur ſecundo, id quod dictum eſt de Epiſcopo, quod habeat fundatam eius intentionem in cōferendis beneficijs ſitis in eius Diœceſi, habeat locum etiam in alio inferiore ab Epiſcopo, habente iura Epiſcopalia, & poteſtatem conferendi beneficia, gloſ. in verb. Ordinariorum in clem. 1. vt lit. pend. Roman. d. conſ. 361. col. 1. Dec. cōſ. 117. col. 1. & conſ. 121. col. 1. Roland. à Vall. d. conſ. 47. nu. 2. lib. 1.

Ampliatur tertio, quod Epiſcopus benefi-
3 cium reuerſum ad eius collationem per extinctionem patronorum, poſſit de nouo ſubijcere dictum beneficium alteri iuripatronatus, ita per multa argumenta deducit Menoch. conſ. 90. nu. 15. vſque ad nu. 32. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Contumax dicitur is, ad quem citationis notitia peruenit, & requiritur, quod notitia verè ad eum perueniat, nec ſufficiat, quod potuerit notitia veriſimiliter ad eum peruenire.*

2 *Qui poſt delictum, ne citaretur perſonaliter aufugit à loco delicti, dicitur verus contumax, & in ſui odium habetur pro præſente.*

3 *Delinquens ex citatione facta domi, poteſt banniri ſi non comparet.*

4 *Qui ſe abſentat, & non dimittit Procuratorem, eo ipſo eſt in culpa.*

Perſiſtens in excōmmunicatione per annum ob contumaciam per binas citationes domi factas, an poſſit vt hæreticus condemnari.

DECISIO CCII.

HAbetur in cap. cum contumacia de hæret. in ſexto, quod excommunicatus propter contumaciam in cauſa fidei, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur vt hæreticus; quare cum quidam fuiſſet citatus ex cauſa fidei coram Inquiſitore, non quidem perſonaliter, ſed bis domi, quia intra prædictum terminum non comparuit, fuit ob contumaciam excommunicatus, in qua excommunicatione per annum continuum cum perſtitiſſet, dubitatur an propter hoc hæreticorum pœna eſſet plectendus, & an debeat audiri ad ſuam contumaciam, & ſuſpitionem purgandam. In quo articulo, vt dilucidius eius cognitio habeatur, videndum eſt ſi talis ſit verè contumax: nam cognito hoc pūcto facillimè perueniemus ad quæſtionis deci-
1 ſionem, & quidem contumax dicitur is, ad quē notitia citationis peruenit, vt magiſtraliter more ſuo diſtinguit Bart. in l. fin. ff. de in integr. reſtit. quem communiter ſequuntur Doctor. preſertim Marant. de ordin. iudic. par. 6. tit. de appellat. §. ſecundus actus num. 274. idem Bart. & Imol. in l. ex conſenſu §. fin. ff. de appellat. Requiritur enim, quod notitia ad eum verè perueniat, neque ſufficit, quod veriſimiliter potuerit peruenire; potuit enim non peruenire, vt ſingulariter dicitur in deciſ. Rot. Roman. 26. de dolo, & contumacia, ſed dicitur etiam verus contumax, is, qui mendicato receſſu, poſt delictum commiſſum ne apprehenderetur, vel ci-
2 taretur perſonaliter, ſtatim à loco delicti receſſit, & aufugit in longinquas partes: nam in ſui odium habetur pro præſente, & dicitur verus contumax, vt per Alex. in l. properandum §. ſin autem reus col. 3. nu. 15. verſ. quinta concluſio C. de iudic. per text. in clem. 1. vt lit. non conteſtat. & ibi Petr. de Anchar. & per Bald. & Barbat. ab Alex. relatos, & ſequitur Ant. de Canar. in tit. de excuſat. q. 9. nu. 6. Marant. de ordin. iudic. par. 6. §. ſecundus actus tit. de appellat. nu. 289. Natt. conſ. 240. nu. 3. & pro verè contumace reputatur ex communi ſtylo, & practica Iudicum, & ita vidi ſæpius iudicari, neque enim debet ſua mendicata, & doloſa abſentia illi prodeſſe; perinde enim eſt, ac ſi verè apprehenſus diceret nolo comparere, cum data opera ſtatim delicto commiſſo aufugit, ne verbo, vel facto apprehendatur, vel comparere cogatur: paria enim ſunt re, vel verbis mentem ſuam aperire l. Paulus ff. rem rat. hab. & pro hac opinione eſt notab. text. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis caution. vbi plus dicitur, quod hoc caſu quando quis doloſe receſſit, & ſuperueniens impedimentum eum non excuſaret à contumacia, in odium ipſius tanquam verè contumacis non eſſe audiendum Procuratorem eius, imò nec cōiunctum alium, qui vt defenſor allegabat delinquentis abſentiam, & excuſationem, & petebat acta contra contumacem delinquentem facta, ſibi communicari,

Digitized by Google

nicari, & ita in ſpecie tenet Clar. in pract. crim. §. fin. q. 49. nu. 7. & ſeq.

Et deueniendo ad caſum propoſitum in eam ſum opinione, poſſe ſic citatum excommunicari, & conſequenter ſi eſſet contumax in cauſa fidei, & perſiſteret per annum in excommunicatione poſſet vti hæreticus condemnari,
3 moueor ex deciſ. Viuij 274. vbi vtitur his verbis. Adeò quòd banniri poteſt quis ex citatione facta ad domum ſolitæ habitationis, & ita de conſuetudine ſeruatur, teſte Alberic. in l. 1. verb. alias, qui deportantur ſub nu. 22. C. de hæred. inſtit. quamuis citandus in criminalibus de iure citari debeat perſonaliter, vt per Doctor. in l. abſentem ff. de pœn. ſed hoc limitatur in tribus caſibus vtiliter quidem non procedere, verum ſufficere in illis citationem ad domum, Io. Beſſian. in conſuetud. Aluerniæ in conſuet. 1. *des adiornemens* part. 3. fol. paruo 3. & ratio quare ad domum ſufficiat, ea eſt, quia cum ali-
4 quis ſe abſentat, & non dimittit Procuratorem, eſt re ipſa in culpa, vt firmat Alberic. in l. perfectus nu. 2. C. de ann. except. vnde citatio ipſa ad domum legitimè facta reddit citatum contumacem, ſicut ſi fuiſſet citatus perſonaliter, ſecundum Bald. in d. l. perfectius nu. 5. & 7. Nellus de S. Gemin. in tract. de bannitis in rubr. quæ ſolemnitates requirantur in bāniendo in 3. par. 1. tempor. nu 3.

Quæ doctrina paſſim practicatur in Curia Archiepiſc. Neapol. nam citatus per Nuncium bis domi ſi non comparet reputatur contumax, & poteſt excommunicari, prout conſtat ex rit. 17. Curiæ prædictæ, & ad confirmationem vide quæ dixi deciſ. 204.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia in poſſeſſorio ſummariiſſimo non appellatur quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum quoad deuolutiuum.*
2 *Remedium poſſeſſorium fuit introductum ad euitanda ſcandala, & rixas.*
3 *In poſſeſſorio ſummariiſſimo non datur teſtium repulſa, nec reſtitutio in integrum.*
4 *Sententia in poſſeſſorio ſummario, non affert præiudicium, niſi lite pendente.*

An de iure Canonico à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo appelletur.

DECISIO CCIII.

CVm in fauorem Parochi Eccleſiæ N. Ciuitatis Neapol. eſſet prolata ſententia ſuper poſſeſſorio recuperandæ aduerſus Rectorem eiuſdem Eccleſię, qui prętendebatur, quod ſpoliaſſet dictum Parochum poſſeſſione quarundam aularum, à qua ſententia cum appellaſſet dictus Rector, & appellatio non fuiſſet admiſſa ad effectum ſuſpenſiuum; fuit dubitatum an de iure appellare potuiſſet, & dicebatur pro eius parte de iure Canonico claram eſſe concluſionem poſſe à qualibet ſententia appellari, vt probat text. in cap. de appellationibus de appellat. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Abb. Panorm. in cap. cum ad ſedem col. 11. de reſtit. ſpoliat. cum ſimilibus, quos probat Dec. conſ. 20. col. 4. poſt Bald. in l. vnica col. 1. & ibi Salyc. C. ſi de moment. poſſeſſ. & ratio redditur per eos, quia de iure Canonico (quicquid ſit de iure ciuili) à quocunque grauamine appellatur cap. de appellationibus de appell.

Cæterum ſupradictis minimè obſtantibus contrarium fuit deciſum in Cur. Archiepiſcop. nam fuit dictum non eſſe admittendam appel-
1 lationem dicti Rectoris quoad effectum ſuſpēſiuum, ſed tantum quoad deuolutiuum, & ſic non retardata executione, pro cuius deciſionis confirmatione fuit allegatus text. in cap. fin. §. de poſſeſſione 2. q. 6. vbi habentur hæc verba formalia, de poſſeſſione etiam, & eius momento ſi cauſa dicatur, quæ ſententia interlocutoria appellatur, quamuis appellatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effectum, eandemq; doctrinam ſequuti ſunt Crauett. conſil. 140. nu. 4 vol. 1. Riminald. conſ. 91. vol. 1. & in l. ſuper poſſeſſione C. de tranſact. Marian. Soccin. in cap. 1. col. 15. de libelli oblatione, Barbat. in cap. conſultationibus num. 31. de offic. deleg. fundatur etiam ratione, quia dictum poſſeſſorium eſt extraordinarium, & tale remedium fuit inductum ad euitandum ſcandala, & rixas,
2 quæ poſſunt oriri inter partes occaſione poſſeſſionis lite pendente l. æquiſſimum ff. de vſufruct. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 20. latè Couarr. pract. quæſt. cap. 14. vnde non mirum ſi admittatur appellatio etiam quoad effectum ſuſpenſiuum de iure Canonico, quia propter euitanda ſcandala multa conceduntur, quę alias non concederentur cap. nihil de præſcriptionibus, gloſ. in cap. qui ſcandalizauerit de reg. iur.
3 ad idem facit, quod in hoc poſſeſſorio extraordinario non datur reſtitutio in integrum, neque teſtium repulſa, vt latè per Capyc. in deciſ. 13. & in deciſ. 55. latè Grauat. ad Veſtrium lib. 5. cap. vltim. nu. 36. cum alijs apud Benint. in deciſ. 79. nu. 2. vbi ex hoc infert, facilius concedi reſtitutionem in integrum, quam appellationem; adducitur etiam alia ratio cur à prædicto poſſeſſorio non appelletur quoad effectum
4 ſuſpenſiuum, quia dicta ſententia ſolum affert præiudicium lite pendente, donec fuerit aliter ordinatum. & eſt tanquam præparatorium ad finem alterius iudicij inſtitutum. & eſt momētaneum aptitudine, ſecundum Cagnol. in l. in pari cauſa nu. 6. ff. de reg. iur. & dicit Imol. in cap. cum veniſſent de inſtitutionibus, quem ſequitur Benint. in Rot. Bonon. citat. deciſ. & non habet longiorem vitam quam habet ipſa lis, & fit tantum ad ordinandum iudicium l. libertis in fin. ff. de liberali cauſa.

Non obſtant allegata in contrarium, quia procedunt in poſſeſſorio ordinario, non autem in prædicto, de quo agitur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Secunda citatio domi facta per Nuncium abſque commiſſione D.Vicarij eſt nulla.*
2 *Citatio realis non poteſt fieri niſi a maioribus Iudicibus habentibus miſtum imperium.*
3 *In omni citatione requiritur commiſſio Iudicis, executio, & relatio.*
4 *Limitatur prædicta diſpoſitio in debitore fugitiuo.*

An ſecunda citatio domi per Nuncium facta abſque licentia Vicarij, cōſtituat citatum in contumacia, ita vt non comparendo poſſit excommunicari.

DECISIO CCIV.

PEr ritum Cur. Archiepiſc. Neapol. 17. citatus per Nuncium ſemel perſonaliter, aut bis in domo, poteſt excommunicari, ſi nō comparet, ac contra eum procedi ad alia iuris re-
1 media? quarè fuit dubitatum, an citatio ſecunda facta per Nuncium abſque ſpeciali commiſſione Domini Vicarij conſtituat citatum non comparentem in contumacia, taliter vt contra eum poſſit procedi ad fulminationem cenſurarum, iuxta terminos cap. 1. de iudic. vbi diſponitur, quod contumax in non comparendo poſſit excommunicari, & fuit reſolutum prædictam citationem fuiſſe nullam, & conſequenter nullam producere contumaciam; nulla enim citatio, ſiuè realis, quæ fit per capturam & apprehenſionem perſonæ, ſiuè verbalis fieri poteſt, abſque ordine, & mandato Iudicis, per text. in l. fin. C. de exhibend. reis, & in l. cum clericus C. de Epiſcop. & cler. gloſ. ibidem in verb. ſententiarum, text. in l. omnes C. eod. tit. & in l. ſed ſi hæc §. Prætor ait ff. de in ius voc. text. in cap. ex parte il ſecondo de reſcript. Iaſ. in §. quadrupli inſtit. de action. nu. 12. Bart. in d. l. fin. in princ. Bald. ibidem nu. 2. Specul tit. de citat. §. 1. nu. 8. Felyn. in d. cap. 1. nu. 8. de iudic. obſeruandum eſt etiam, quod realis citatio fieri non poſſit, niſi à maioribus Iudicibus habentibus ſaltem miſtum imperium, & ordinariam
2 iuriſdictionem, text. in §. ſi verò etiam cum §. ſeq. in auth. de exhib. reis, text. in auth. qui ſemel C. quomodo, & quando Iudex, Soccin. in tract. de citat. art. 4 nu. 7. cum ſeq. & propterea Mynſing. cent. 1. obſeru. 77. dicit, quod in omni
3 citatione cuiuſcumque ſit generis, tria extrema deſiderantur, vnum ex parte Iudicis, qualis eſt commiſſio de citando, & duo ex parte Nuncij, nempè ipſa citatio, ſeù executio commiſſionis, & relatio citationis factæ, cap. Romana §. contrahentes de for. compet. & ſi ex his tribus vnū deficiat, citatio non valet, vt notat Bald. in l. fin. C. de ferijs, Felyn. in cap. gratum de offic. deleg. & de hoc multa cumulat Marant. in ſuo ſpecul. in 6. par. tit. de citat. nu. 51. & aliquot ſeq. vbi latius vide: Quæ omnia quamuis de iure vera ſint, tamen vbi adeſt contraria conſuetudo practicata per quadraginta annos, quod Nuncij faciant ſecūdam citationem domi abſque expreſſa cōmiſſione, poſſet dici eſſe validam dictam citationem: maximè cum DD. Vicarij id ſcientes de ſtylo ſeruari, tacitè videantur committere, quāuis autem nullum prædictorum trium de iure communi die feriata fieri poſſit d. cap. Romana, in Camera tamen citatio, & iam die feriata facta pro legitima habetur, vt dicit Mynſinger. loc. cit. & ad idem facit deciſ. Creſcent. 1. de iureiurand.

4 Limita ſupradicta in debitore fugitiuo, quem priuatus etiam capere, & tantiſper retinere poteſt, donec eum Iudici ſiſtat, quia fugæ periculum non patitur moram, & Iudicis acceſſum, eiuſq; iuſſum, ne interim debitor ſuſpectus magno creditoris malo nequiter elabatur, text. in l. ait Prætor §. ſi debitorem ff. de his, quæ in fraud. credit. Bart. & Doctor. ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius per delegationem ſibi factam à ſuperiore euadit Delegatus.*
2 *Limitatur, quando committitur ei, id quod ad ſuam iuriſdictionem pertinet.*
3 *Quando per commiſſionem Superioris alteratur iuriſdictio Ordinarij, tunc Ordinarius euadit Delegatus: item cum adeſt verbum, Delego, vel auctoritate noſtra cognoſcas, dummodò in parte principali apponantur, ſecus ſi in clauſulis finalibus.*

Ordinarius quando efficiatur Delegatus.

DECISIO CCV.

FVit pluries dictum in Cur. Archiepiſc. Nea-
1 pol. Ordinarium Iudicem per ſimplicem cauſæ commiſſionem à Superiore ſibi factam Delegatum euadere, firmāt ex communi Boer. deciſ. 151. nu. 7. & Viuiu. in 1. lib. eius commun. opinion. in verb. Iudex ordinarius, de cuius dicti veritate per eoſdem haud explanata inſpi-
2 ciendum nunc eſt, quod limita cum Ordinario committitur illud, quod ad eius iuriſdictionem pertinet, tunc enim non reputabitur Delegatus, ſed Ordinarius, & tali caſu dicetur ſolum excitata iuriſdictio, Iaſon in l. ius ciuile ff. de inſtit. & iur. Doctor. in cap. licet in corrigendis de offic. Ordinar. Boer. deciſ. 151. num. 6. cum alijs per Mandoſ. in form. 3. commiſſionum ad finem.

Suprapoſitam concluſionem limita triplici-
3 ter; & primò, niſi in commiſſione tali, aliquo modo addendo, vel detrahendo Ordinarij alteretur iuriſdictio: nam tunc dubio procul Delegatus efficeretur, Mandoſ. vbi ſupra, Boer. eadem deciſ. nu. 5. Viuiu. in d. verb. Iudex, puta ſi in commiſſione diceretur, procedat non obſtantibus ſtatutis, vt ex communi firmat Mandoſ. in d. commiſſ. 3. verſ. ſummariè in fine, &

Hippo-

Digitized by Google

Hippolyt.Rimin.conſ.38.nu.17. nam regulariter ea Ordinarius ſeruare tenetur, Felyn. in d.cap. licet in corrigendis nu.4. verſ.& ſi Rex, ſcribit de offic. Ordinar. vel ſit dictum, quòd procedatur ſummariè, & in caſu iſtius limitationis intelligo Boer, & per conſequens Viuiu. ſupra in principio adductos, quod vt melius pateſiat videatur Felyn. in cap.eam te col.7. verſ. quarta differentia de reſcript. quem citat ipſe Boer. vbi ſupra, ibi enim facit duos caſus. Primus eſt, quando mandatur Ordinario, vt alicui certæ perſonæ conferat, & iſto in caſu Ordinarius, Delegatus euadit, eo quod, licet collatio ſibi iure competat, Ordinario tamen ex tali commiſſione ſua alteratur iuriſdictio, cum mandetur fieri certæ perſonæ, tollendo ei arbitrium. Secundus caſus eſt, quando Ordinario ſimpliciter mandatur id, quod ex ſe facere tenebatur, puta quod iuſtitiam faciat, vt ibi, & tunc excitata dumtaxat erit iuriſdictio, alias prædictorum concluſio non communis erit, ſed aduerſus communem diceretur, quod nota.

Sublimita iſtam limitationem quatuor modis, vt per Iaſ.in d.l.ius ciuile nu.11. ff.de iuſtit. & iur.& præſertim quando in commiſſione eſt verbum Delego: nam tunc etiam, quod non ſit alterata iuriſdictio, Ordinarius efficitur Delegatus, vt ex communi confirmat Curt.Iun.in l.mandata nu.5. ff.de offic.eius, ſequitur Villalob.in lib.commun.opin.lit.O.nu.13.

Limita ſecundò dictam concluſionem ſupra poſitam, niſi ſuperior in tali reſcripto apponeret hæc verba videlicet: authoritate noſtra cognoſcas, nam tunc nempè Delegatus efficeretur cap. cum aliquis de reſcript. lib.6. vbi de hoc eſt text.ſingularis, ſecundum Roman.conſil.285.nu.11.& conſ.138.nu.12. Alex.in l.more nu.17. ff.de iuriſd.omn.iudic. Boer.d.deciſ. 151. nu.5. verſ.& præcipuè quando mandatur, quid autem ſi per verbum præcipio mandetur, Felyn.in eodem cap.eam te nu.12. verſ.quarta differentia de reſcriptis, Menoch.de arbitr.iudic.lib.1.q.12. nu.4.

Sublimita hāc ſecundam limitationem procedere, quando verba huiuſmodi in parte principali apponuntur diſpoſitiuè, in qua dicatur authoritate noſtra cognoſcas, ſecus verò ſi in clauſulis finalibus cōmiſſionis diceretur, quod committens habebit ratum, quicquid eius authoritate factum erit, ita Felyn. in d.cap.licet in corrigendis num.7.de offic.Ordinar.quam ſublimitationem tenuiſſe videtur Roman. in præcitato conſ.285.nu.11.dùm dixit, quod talia verba, cognoſcas authoritate noſtra, omninò ad Iudicem ſint dirigenda.

Limita tertiò, quando in commiſſione eſt verbum Delego, per ea, quæ dixi ſupra in ſublimitatione primæ limitationis.

Et ideò ſi in commiſſione adſit clauſula, quod procedatur ſummariè, vel de plano, tunc Ordinarius euadit Delegatus. Iaſ.(qui dicit communem) in l.hoc edicto §.& poſt operis nu.4. ff. de nou.oper.nunciat. ſequitur Villalob. in lib.commun. opinion. verb. Ordinarius nu.30. prout de clauſulis ſummariè, & non obſtantibus ſtatutis, eſt deciſ.Rotæ coram D. Fab. de anno 1548.in vna Bononienſ.fideicommiſſi, de qua meminit Mandoſ. in d. commiſſ. 2. verſ. ſummariè in fin. intelligo tamen hoc dictum quando cauſa de ſui natura ſummariè non reperitur, Felyn.in d.cap.licet in corrigendis nu. 4.de offic. Ordinar.alias ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Curſor Curiæ non poteſt capere clericum abſque expreſſo mandato in ſcriptis D. Vicarij.*

2 *Curſores inuenientes clericos, qui portant arma probibita, vel facientes aliquid probibitum, poſſunt eos capere abſque mandato.*

Clericus capi non poteſt à Curſoribus Curiæ Archiepiſcopalis abſque licentia in ſcriptis D.Vicarij.

DECISIO CCVI.

1 FVit pluries dictum in Cur. Archiepiſc.non poſſe Nuncios, ſeù Curſores dictæ Curiæ capere clericos abſque expreſſo mandato in ſcriptis D.Vicarij, ex doctr. Suar.in l.2.fori lib. 2.tit.*de los emplazamientos* n.3.qui dicit tenendum eſſe menti, quod nunquam Nuncius, ſeù Officialis poteſt aliquem perſonaliter capere, & ducere ad Iudicem, niſi ſuper hoc ipſius Iudicis ſcientiam, & commiſſionem in ſcriptis oſtendat, & habetur per Boer.deciſ.170.num.2. quod dictum ita ſimpliciter etiam amplectitur Nicol.Araletan. in addit. ad Alciat.de præſumption.regul.3.præſumpt.14. lit.G. procedere tamen intelligitur in omnibus, præter quam in prohibitis, ac vbi mora eſſet periculum alla-
2 tura, prout ſi Curſores prædicti, aliquos rixantes in fragranti inuenirent, arma vetita deferētes, vel contra decretum aliquod portantes, vel ſimilia, quoniam tunc rectè illos abſque mandati oſtenſione apprehendere poſſent, cum ad hoc, eorum officij ratione ſemper mandatum ſufficiens habere dicantur, ad tradita per Parid. de Put.in tract.ſyndic.verſ.captura num.15. & tenet Carauit.in rit.Magn.Cur.39.num.2.& 3. vbi ita practicari teſtatur, de quo (licet corruptè) meminit Clar.in prax.§.fin. q.28. verſ.dictum eſt, & vltra eos voluit idem Paris in eodem tractatu verſ.Nuncius nu.1. ibi, qui etiam non poterit.

SVMMARIVM.

1 *Quando permutatio, ſeù reſignatio conditionalis non habet effectum culpa reſignantis, non poteſt reſignans ad ſuum beneficium redire.*

2 *Quando reſignatio beneficij iuriſpatronatus fit ad fauorem, abſque conſenſu patroni; & patronus contradicit, non poteſt reſignans redire ad beneficium.*

3 *Reſignans beneficium conditionaliter, ſed nulliter ſcienter, perdit ius ad beneficium.*

4 *Clauſula (non aliter, nec alio modo) non innat, quando*

Digitized by Google

quando adeſt culpa reſignantis.

5 *Qui reſignat beneficium in fauorem alterius, reſeruata penſione, quæ fortè fuit nulla ob expreſſionem maioris valoris ſcienter, non poteſt redire ad ſuum beneficium.*

Nouitius in Religione Canonicorum Regularium reſignãs beneficium iuriſpatronatus ad fauorem certæ perſonæ in manibus Sanctiſſimi, nulla facta mentione iuriſpatronatus, propter quod reſignatio non habuit effectum, an facta profeſſione in Religione, & patronis alium præſentantibus, poſſit redire ad dictum beneficium, an verò ſit inſtituendus præſentatus.

DECISIO CCVII.

QVidam Clericus beneficiatus ingreſſus eſt Religionem Canonicorum Regularium, & antequam in ea profiteretur, renunciauit beneficium iuriſpatronatus, quod poſſidebat in manibus Sanctiſſimi, ad fauorem certæ perſonæ, nulla tamen facta mentione, quod eſſet de iurepatronatus laicorum, propter quod literæ Apoſtolicæ nullum habuerunt effectum, ſequuta poſtea profeſſione dicti reſignantis, præſentauerunt patroni in Archiepiſcopali Curia ad dictum beneficium ſic vacãs per dictam profeſſionem, quendam alium Clericum, petentes illum inſtitui, ex quo iam conſtabat de eorum iurepatronatus, fuit dubitatum an dicta reſignatio facta ad fauorem certæ perſonæ, teneat, non obſtante, quod in literis Apoſtolicis nulla fuerit facta mentio dicti iuriſpatronatus, vel quod beneficium ſit affectum Sedi Apoſtolicæ, ex quo vacat in Curia per talem reſignationem in manibus Papæ factam, vel demùm ab Archiepiſcopali Curia ſit inſtituendus præſentatus à dictis patronis. & dicebatur pro parte dicti Canonici potuiſſe redire ad beneficium renunciatum, ex quo renunciatio non habuit effectum: vnde renuncians habet regreſſum, & per reſignationem à principio nullam non abdicatur ius à reſignante, Mohedan. deciſ. 36. Rota in deciſ. 358. par. 2. diuerſor. vbi dicitur, quod remanet ius in reſignãte, ſequitur Achill. de Graſſis deciſ. 417. & propterea, qui impugnat regreſſum, tenetur probare eius intentionem, Verall. deciſ. 256. par. 3. & adeò non abdicatur ius à reſignante, quod ipſemet, donec reſignatio non habet effectum, tenetur ad penſionem ſupradicto beneficio impoſitam, Mohedan. deciſ. 1. de renunciatione, Rot. deciſ. 14. vol. 1. & in deciſ. 97. lib. 1. & idem Mohedan. in deciſ. 2. dixit reſignantem obligari ad penſionẽ, quouſque conſtet reſignatarium acceptaſſe, ſequitur Verall. deciſ. 8. nu. 4. par. 3.

Item dicebatur, quod cum prædicta reſignatio à dicto Canonico facta, ſit conditionalis, propterea non ſequentibus illis conditionibus, quibus reſignat, non amittit ius in beneficio, ſecundum deciſ. Putei 377. nu. 1. vol. 2. Mohedan. citat. deciſ. 2. ex quo prouenit, quod reſignatarius non impleta conditione, habetur pro intruſo, idem Put. deciſ. 199. vol. 3. & non dicitur reſignans abdicare à ſe ius, quando reſignatarius non acceptauit reſignationem, Verall. deciſ. 90. par. 3. Supradictis addebatur illud ſimile, quod reſciſſa permutatione ob cõtradictionem patroni abſque cuius conſenſu facta fuit, poſſunt permutantes etiam inuito patrono redire ad ſua beneficia, mediante tamen noua collatione, quando non fuerunt in culpa, ex quo non conſtat, illos habuiſſe notitiam iuriſpatronatus ante ipſum permutationem, prout fuit reſolutum in vna Gerundenſ. permutationis, Bellamer. deciſ. vltim. de permutatione beneficij, Franch. poſt alios in cap. vnic. de rer. permutat. in ſexto nu. 11. Peruſin. in tract. de permut. benefic. nu. 5. in 6. part. Federic. eodem tract. q. 8. & 9. Boniſac. in clem. 1. de permut. rer. nu. 92. 95. 96. & 99.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit deciſum in dicta Curia, potuiſſe ſcilicet dictos patronos præſentare, & ab eis præſentatum, eſſe per nos inſtituendum, nec reſignantem aliquod ius habere in dicto beneficio, ex quo eius culpa ad illud redire nequit, Coſm. in pragm. ſanction. tit. de collat. §. ſequitur qualitates in verb. alio, Selua de benefic. par. 3. q. 24. Rebuff. in prax. in tit. de permut. nu. 17. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholoſan. in deciſ. 261. nu. 3. Gigas de penſionib. q. 23. nu. 5. Caſſador. deciſ. 1. nu. 2. eod. tit. de Graſſis deciſ. 403. ſeù 3. in regula de valore nu. 4. & ita fuit deciſum in vna Salamãtina penſionis 13. Iunij 1586. coram D. Bubalo, ſcilicet quod quando permutatio, ſeù reſignatio conditionalis culpa reſi-
1 gnantis non habet effectum, non poteſt reſignans redire ad ſuum beneficium, & quod ſic in permutatione, conſtitutio de publican. ſolum annullat illam reſignationem, in qua non fuit ſeruata forma; non verò aliam, in qua forma ſeruata eſt, cum ſint ſeparatæ, non obſtante correſpectiuitate, Pariſ. de reſignat. lib. 11. q. 5. num. 27. & poſt Gonzalez gloſ. 55. nu. 50. Nec enim excuſat in propoſito ignorãtia iuris, cum ita teneat Rot. in cauſa Toletana Cappellaniæ de barais, quamuis Bellamer. aliter teneat, quia agitur de damno vitando, cuius ſententia ſolum procedit in ignorantia iuris dubij, Rota diuerſ. in deciſ. 241. nu. 5. par. 1. & ſic quando eſſet in culpa, patronus poſſet præſentare, vt collator talia beneficia tanquam vacantia per reſignationem conferat, Bellamer. ſupra loc. cit. Federic. q. 6. & 7. & ibi addit. Lap. vnde idem videtur dicendum in reſignatione ad fauorem coram Papa facta ſcienter, ſine conſenſu patroni laici,
2 vt eo contradicente reſignans non poſſit ad beneficium redire, ſed potius patronus poſſit ad illud præſentare, tanquam vacans per dictam reſignationem, Mohedan. Put. & de Graſſis in deciſ. ſupra in principio citatis, Rota in vna Mediolanenſi iuriſpatronatus, Pariſ. de reſignat.

lib. 1.

Digitized by Google

lib.1.q.3.num.96.etenim quoties reſignans in
fauorem, ſeù conditionaliter, ſcienter, nulliter
8 reſignat, per talem reſignationem ius abdica-
tur ab illo, vt reſoluit Rota in vna Romana Ca-
nonicatus 17. Nouembr.1567. coram Seraphi-
no, Pariſ.lib.1.q.3.num.71.& Rebuff.conſ.192.
num.5.dicit, quod clauſula (non alias, nec alio
9 modo) non operatur, quoniam adeſt culpa re-
ſignantis, & per eum ſtat, ad quod facit regula
in l.in iure ciuili ff.de regul.iur. & in l.iure ci-
uili ff.de condit.& demonſtr. l.in executionem
§.fin. ff.de verbor. obligat. & Petr.de Gregor.
de benefic.ait, quod quando reſignatio in fauo-
rem, vel ex cauſa permutationis non poteſt ſor-
tiri effectum propter dolum, vel culpam reſi-
gnantium, tunc reſignatio, & ex ea vacatio fir-
ma remanent, & poteſt beneficium liberè pro-
uideri, ex quo etiam videtur, quod ſi quis reſi-
gnauit beneficium in fauorem alterius in for-
ma dignum, ſi ille non fuit repertus idoneus,
non poteſt reſignans redire ad beneficium, ſed
remanebit vacans liberè per reſignationem:
quia culpa ſua non habuit effectũ, ex quo prius
tenebatur inquirere, & ſe informare de idonei-
tate reſignatarij, & ſic ſciuit, vel ſcire debuit il-
lum non eſſe idoneum, niſi probaret diligen-
tiam adhibitam, aut iuſtam ignorantiam, quia
communiter talis idoneus, vel alias erat appro-
batus cap.innotuit de delictis, vbi gloſ.in verb.
ignorantiſm.& Panormit.num.9.& 21. & reli-
qui, gloſ.in regula præſumitur lib.6. Dec. in
cap.cum iniunctis §.final.de election.num.2.&
14. Gabriel.de regul.iur.concluſ.5. num.11. &
12. & concluſ.6. num.43. Farinac.deciſ.9.num.
7. Maſcard.de probationib. concluſ.879. num.
7. Rota diuerſor.deciſ.191.par.1 num.5.ex quo
10 etiam infertur ad caſum in praxi, quod ſi quis
reſignat beneficium in fauorem alterius, reſer-
uata ſibi aliqua certa penſione, & reſeruatio
penſionis fuit nulla ob expreſſionem maioris
valoris beneficij factam ab ipſo reſignante
ſcienter, & ſic culpa ſua, non poterit redire
ad ſuum beneficium, ſed ius ab eo abdicatur
per talem reſignationem, nec tenebitur ſuc-
ceſſor in beneficio ad ſolutionem penſionis ex
quo fuit nulliter reſeruata, quamuis reſignata-
rius ipſe, qui conſentit penſioni cum dicta ex-
preſſione valoris, non poſſit excuſari ab eius ſo-
lutione, iuxta dicta per Garſiam de beneficijs
in 1.par.cap.5.nu.442.quod procedit niſi fuerit
errore iuſto: nam probando iuſtum errorẽ va-
loris, poſſet etiam ille dicere de nullitate pẽſio-
nis, ſecundum eundem in loc.cit.nu.114.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens delationem armorum, non comprehendit arma defenſiua.*

2 *Gladius ad incidendum panem, & moderatorium ad moderandum calamos, non venit appellatione armorum, licet ſecus videatur de iure communi.*

3 *Cultellus panis, ſi portetur ad offendendum, venit appellatione armorum.*

Edictum Cur. Archiepiſc. prohibens aſportationem armorum, an comprehendat arma defenſiua.

DECISIO CCVIII.

PLuries fuit reſolutum in Curia Archiepi-
ſcopali edictum prohibens clericis armo-
rum aſportationem comprehendere aſportan-
tem arma defenſiua, & hoc ex verbis expreſſis
eiuſdem edicti, vbi prohibetur deferre arma,
tàm offenſiua, quàm defenſiua, quamuis de iu-
re communi ſtatutum prohibens armorum
1 delationem, non comprehendat aſportantes
ſupradictum genus armorum, ex deciſ.Peruſi-
na 31. vbi habetur, quod ſi ſtatuto cauetur ne
aſportentur arma, tunc tantummodo compre-
henderentur arma offenſiua, non autem defen-
ſiua, vt lorica, fuſtes, lapides, & alia ſimilia:
nam & ſi appellatione armorum hæc omnia
contineantur l. armorum appellatione ff. de
verbor.ſignific. l.armatos ff.ad leg.Iul.de vi pu-
blic. l.3. §.armis ff. de vi, & vi armat. §.armo-
rum inſtit.de interdict. gloſ.in clement.ne in
agro in verſ. arma de ſtatu monachor. Baiard.
q.82.num.67. & hanc eſſe communem opinio-
nem teſtatur Plaza lib.1.delictorum cap.8. nu.
9.licet contrarium teneat Alberic.in 2.par.ſta-
tutorum q. 115. & Angel. de malefic. in verb.
vno ſtocco ferreo num. 5. tamen propriè lo-
quendo, huiuſmodi arma defenſiua, armorum
appellatione non continentur, gloſ.in clement.
1.in verb. arma de ſtatu monachor. tradit in
terminis Amed. Iuſtin. in tract.ſyndic. in pro-
hem.nu.88. & ſeq. vbi expreſsè de lorica men-
2 tionem facit, dicit etiam ibi ſub num.89. non
comprehendi gladium ad incidendum panem,
neque moderatorium calamorum, gloſ.in §.fin.
authent.de armis, Bart.in l.pediculis §.argento
ff. de aur. & argent. legat. licet ſecus videatur
inſpecto iure communi, cum cauſam dent ad
percuſſiones, & homicidia l.ſi ſeruus C.de his,
qui ad eccleſ.confug.ita dicit Afflict.deciſ.265.
Pariſ.conſ.17.nu.17.lib.4. Roland.à Vall. conſ.
3.nu.25.cum plur.ſeq.lib.2.& de dicto cultello
panis, vide Io. de Anan. in cap.lator. de homi-
3 cid & Viu.commun.opin.763.nu.10.vol.2. niſi
portetur ad offendendum, quia tunc continetur
appellatione armorum, deciſ.Delph.4.nu.13.

SVMMARIVM.

1 *Pœna impoſita contra detinentes arma, extenditur etiam ad detinentes arma domi, quod videtur limitandum, quando quis detinet vnum, aut duo genera armorum pro tutela ſuæ domus.*

2 *Retinens arma domi, punitur à Cur. Archiepiſc. niſi retineret ad modicum tempus.*

Edictum Cur. Archiepiſc. infligens pœnas clericis arma portantibus, an procedat in retinentibus arma domi.

Digitized by Google

DECISIO CCIX.

FVit dictum in Curia Archiepiſcopali pœnam impoſitam contra clericos arma aſportantes, extendi quoque ad retinentes arma
1 domi, licet contrarium videbatur concludendum ex iuris diſpoſitione ex doctrina Bart.in l.1.in fine ff.ad leg.Iul.de vi publ. Ioan.de Plat. in §. item lex Iulia la ſeconda col. 2. verſ. prædicta tamen, inſtitut.de public.iudic. Clar.in practic.§.fin.q.82.nu.7. Decian.in tract.crimin. lib.8.cap.2. vbi demonſtrat magiſtraliter etiam de iure communi poſſe teneri arma domi, & quod text. in d. l. 1. in quo communiter, ſed inaduertenter Doctores ſimpliciter firmāt propoſitam ampliationem, non loquitur de retinente domi, ſeu in agro vnum, ſeu duo armorum genera, vel etiam plura eiuſdem generis arma pro ſuæ domus tutela, & defenſione, ſed in adunante ſtudioſè armorum multitudinem ad aliquod facinus perpetrandum, idem Decian.lib.8.cap.3.num.5.vbi teſtatur de communi vſu,& infert, quod ſi aliquo ſtatuto prohibita eſt delatio aliquorum armorum particulariter,ſcilicet Archibuſectorum, tale ſtatutum non extenditur ad talia arma ſimpliciter detinentes domi, niſi expreſsè fuerit hoc dictum in ſtatuto, Afflict.in conſtitut. Regni intentionis num.35. de illicit.portat.armor. Bertazzol. conſ.73. num.5. & hinc euenit, quod ſtans armatus in ſua domo,incurrit pœnam delationis armorum, Burſat.conſ.141.num.35.in fine, vbi ampliat etiam, ſi ſteterit armatus in oſtio domus, imò ſecundum Bald.Iaſ.& Roman.in l.plerique ff.de in ius vocan. Baiard.ad Clar.q. 82. num. 62. ſi quis inuentus cum armis auſugiat in domum ſuam, non poteſt à familia ipſum inſequente intus inde extrahi, quod non obſeruatur.

Verùm his non obſtantibus contrarium fuit
2 reſolutum, vt in principio dixi, in dicta Curia, & ſic, vt puniri debeat, non ſolum arma deferens, ſed etiam illa domi retinens, text. eſt expreſſus in d l.1. & ibi gloſ.in verb.agro ff.ad l.Iul.de vi publ. Carrer.in practic.in primo tractat.de appellat.§.in text.ibi, Duen.in regul.55. ampliat.3. Cyrill.in ſumm.crimin.rubr.de public.iudic.§.5. num.1. col.4. Menoch.conſ.394. nu.18. & 24. & hodie ex Conſtitutione Pij IV. retinens domi ſuæ archibuſecta punitur eadem pœna, ac ſi detuliſſet, licet hæc Pij IV. Conſtitutio extendatur per Pium V. etiam ad retinentes pugiones, cultellos, & alia arma breuioris menſuræ trium palmorum.

Limitauimus tamen ſupradicta in duobus caſibus. Primò, in retinentibus arma iure pignoris, non autem iure dominij, Bologn.conſ. 25. num.22. Addit.ad Bertazzol.conſ.46. lit.A. Burſat.conſ.321.num.46.& ſeq. vol.3. Crauett. conſ.90.

Secundò, limitauimus quando quis parui temporis momento dicta arma ſuæ domi retinuiſſet.Bertazzol.conſ.217.num.2.& ſeq. conſ. 219. per totum, & in conſ.183.nu.6.vol.1. Burſat.d.conſ.321. vol.3.

SVMMARIVM.

1 Teſtium repetitio eſt neceſſaria, & illa omiſſa iudicium eſt nullum ipſo iure, amplia nu.2.

3 Teſtes parte non citata examinati, ſi poſtea fuerint iterum legitimè examinati, non conualidatur confeſſio metu torturæ facta.

4 Teſtes parte non citata iurati, non faciunt indicium.

5 Limita in crimine læſæ Maieſtatis, & ſimilibus grauibus delictis, in quibus teſtes probāt etiam non repetiti parte non citata.

6 Si reus declarat habere teſtes pro repetitis præter mortuos & abſentes, qualitas abſētiæ, vel mortis, an ſit probanda per Fiſcum.

Si reus declarat habere teſtes pro repetitis præter mortuos, & abſentes, an qualitas abſentiæ, vel mortis, ſit probanda per dictum reum, vel per fiſcum.

DECISIO CCX.

1 TEſtium repetitionem adeò neceſſariam eſſe teſtantur omnes in l.teſtium C.de teſtibus, quod ea omiſſa redditur iudicium ipſo iure nullum,& ſi reus torqueretur,& fateretur, nulla omninò eſſet confeſſio,Brun.in tract.de indic.col 2.Corn.conſ.63.vol.2. Ruyn.conſ.46. vol.4. & Vulpell. in conſ.95.in princ. nec ſufficeret illa generalis monitio ad omnes,& ſingulos actus, & videndum examinari teſtes in reſponſione ad inquiſitionem, quando pars non eſt contumax,Io.Andr.ad Specul.tit.de citat.§. viſo. Imol.& Barbat. in cap.conſuluit de offic. deleg.Feder.de Sen.in conſ.161.& 189. & Vul-
2 pell.in d.conſ.95.nu.5. & teſtes parte non citata non probant, nec ex eis reſultat indicium, Grammat.vot.30.num.7.& 8. & teſtis non ritè examinatus, licet ſit omni exceptione maior, non facit indicium, Marſil.ſingul.242. & conſ. 64.nu.41.vol.1.Reb.iff.in tract.de inquiſit. ſeu
3 cauſ.commiſſar.art.20. nu.18. tom.3. & ſi quis fuerit tortus,teſtibus parte non citata examinatis, ſi poſtea fuerunt reproducti, & legitimè examinati, non conualidatur confeſſio metu torturæ facta, Boer.in deciſ.163. nu.8. & teſtes
4 parte non citata iurati non faciunt indicium, etiam quod per Principem omnis ſollemnitas ſit remiſſa,Boſſ.in tit.de oppoſit.contra teſtes,
5 licet in crimine læſæ maieſtatis,aſſaſſinij,& alijs grauibus delictis,& criminibus, teſtes probent etiam non repetiti parte non citata,Felyn.in cap.frequenter in princ.vt lit.non conteſt.Diaz in ſua pract.cap.92.nu.20. Gramm.conſ.40.nu. 7.Capyc.deciſ.155.ante nu.penult. Maſcard.de probat. concl.137.nu.2.

Quibus ſic præmiſſis fuit dubitatum in Cur. Archiepiſc.per quē ſit probanda qualitas mortis,vel abſentiæ,per fiſcum ſcilicet, an verò per reū,ſi ipſe reus declarat habere teſtes pro repetitis,præter mortuos,& abſentes & fuit concluſum id probari debere per reum,ex eo,ꝙ dum

ipſe

Digitized by Google

ipſe excipit, cenſetur actor quoad illam probandum l. in exceptionibus ff. de probat. cum alijs, quos cumulat Maſcard. de probat. concluſ. 91. quilibet enim tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis l. eum qui ff. de negot. geſt.
6 l. actor C. de probation. cæterum videatur tamen Viuius in deciſ. 78.

SVMMARIVM.

1 *Vnuſquiſque ſuæ intentionis fundamentum probare tenetur, & clarè nu. 2.*
3 *Actoris probatio quomodo ſit neceſſaria, & nu. 4.*
5 *Amplia etiam in reo, vt ſcilicet teneatur ſuam intentionem probare.*
6 *Actore non probante, reus abſoluitur.*
Amplia etiam ſi reus nihil probet.
7 *Amplia etiam ſi reus nullum ius habeat.*
8 *Amplia etiam ſi reus eſſet vir nequam, & actor vir probus.*
9 *Enunciare quid in libello, non ſufficit, niſi probetur.*
10 *Allegans literas licentiæ alienandi, debet probare contenta in precibus Principi porrectis.*
11 *Enunciata debent probari, & non eſt ſtandum verbis enunciatiuis partis, amplia nu. 12.*
13 *Inſtrumentum alienationis rei Eccleſiæ, quomodo ſit faciendum.*
14 *Aſſertioni Notarij, vel partis non eſt ſtandum, vbi de tertij præiudicio tractatur.*
15 *Qualem quis ſe facit talem ſe probare tenetur.*
16 *Allegans conſuetudinem, illam probare tenetur.*

Allegant exemptionem, incumbit onus probandi.

DECISIO CCXI.

Solent multoties clerici conuenti in Curia Archiepiſc. allegare exemptionem à iuriſdictione dictæ Curiæ, quare interponitur decretum eſſe præſtandum eis terminum, & non
1 ſine ratione, quoniam fundamentum intentionis ſuæ vnuſquiſque probare tenetur l. qui accuſare C. de edend. l. ei, qui dicit ff. de probat. l. actor, quod aſſeuerat C. eod. tit. Socc. Iun. conſ. 137. num. 5. lib. 3. Port. conſ. 55. nu. 106. conſ. 136. nu. 8. conſ. 169. nu. 6. Roland. à Vall. conſ. 10. nu. 8. lib. 4. Dec. conſ. 564. nu. 15. Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ. credit. ad idem Roland. à Vall. conſ. 86. nu. 10. lib. 3. & conſ. 55. nu. 33. eodem lib. 3. vbi dicit,
2 quod debet clarè ſuam intentionem probare, ad idem Roland. conſ. 69. nu 47. conſ. 72. nu. 97. conſ. 73. nu. 72. eodem lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 12. nu. 3. lib. 1. Berou. conſ. 19. nu. 13. lib. 2. Simon de Prat. conſ. 9. nu. 8. 137. nu. 40. 138. nu. 117. 18. nu. 3. Tiber. Decian. reſponſ. 53. nu. 1. lib. 2. & reſp. 41. nu. 4. lib. 3. & reſp. 24. nu. 61. lib. 1. vbi dicit,
3 quod probatio actoris debet eſſe certa, & concludens, non autem dubia & incerta, neque ſufficit vt concludat per poſſibile, ſed per neceſſe,
4 & quilibet tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, ſiuè affirmatiuum, ſiuè negatiuum, Bertrand. conſ. 79. nu. 5. & conſ. 75. num. 4. lib. 2. vbi dicit, quod fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus probandum, probanda enim eſt qualiſcumque intentio agentis, ſiue quis agat, ſiuè excipiat, ſiuè aſſerat, ſiuè neget, Parpal. in l. ſi quis maior in 1. notab. C. de tranſaction. Doctor. in l. ſi emancipati 2. col. C. de collation. Roland. à Vall. d. conſ. 10. num. 8. verſ. vbi eſt probanda lib. 4. Soccin. Sen. conſ. 24. col. 11. verſ. agens verò lib. 1. Cacher. deciſ. 171. vbi
5 dicit, quod tàm actor, quàm reus tenentur probare ſuam intentionem, imò excluditur actor,
6 etiam quod reus nihil probet, Soccin. conſ. 47. lib. 2. & idem in conſ. 113. eod. lib. dicit, quod reus, etiam quod nullum ius habeat abſoluitur,
7 & Dec. in l. qui accuſare nu. 6. ff. de edend. voluit reum eſſe abſoluendum, actore non pro-
8 bante, quamuis reus eſſet vir nequam, & actor vir probus, & idem Dec. conſ. 60. num. 2. voluit
9 non ſufficere in libello aliquid enunciare, niſi probetur; & hinc eſt, quod ille, qui ſe fundat in
10 literis licentiæ alienandi, debet probare contenta in precibus Principi porrectis l. minorem C. de præd. minor. Alex. conſ. 78. nu. 20. & ſequ. libr. 5. authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. eccleſ. Angel. Zabarell. Corn. Alex. Abb. Caſtrenſ. Soccin. & Dec. de quibus per Senat. Pe-
11 demont. d. deciſ. 171. nu. 11. & non eſt ſtandum verbis enunciatiuis partis, ſed enunciata probari debent, puta quod neceſſitas alienandi ſubeſſet, ad notat. per Bart. in l. ſi fortè ff. de caſtrenſ. pecul. Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. Mattheſil. ſingul 33. Roman. ſingul. 451. Iaſ. in l. ſi donatione num 4 & ſeq. C. de collat. Dec. conſ. 20. num. 3. & conſ. 60. col. 2. conſ. 403. nu. 17. & 18. Neuiz. conſ. 10. nu. 10. Senat. Pedemontan. deciſ. 172. nu. 1. vnde ſi in inſtrumento
12 alienationis dicatur habita licentia Epiſcopi & præcedentibus tractatibus, talia verba non probant, ſed debet probari aliter de licentia, & tractatu, Alex. conſ. 25. nu. 4. conſ. 136. num. 11. lib. 1. conſ. 202. col. 2. lib. 2. Senat. Pedemontan.
13 d. deciſ. 172. nu. 2. vbi poſt alios dat cautelam, quod fiat inſtrumentum ſeparatum de ſolemnitatibus requiſitis, & licentia, & non valere alienationem rei Eccleſiæ, ſub prætextu æris alieni, ſed debet probari dictum æs alienum, Caſtrenſ. conſ. 74. col. 2. verſ. ſecundo videndum lib. 1. Dec. conſ. 142. nu. 4. & 6. Senat. Pedemont. d. deciſ. 172. nu. 3. & vbi tractatur de præiudicio tertij, non eſt aſſertioni Notarij, nec partis ſtan-
14 dum, Alex. in conſ. 101. num. 11. & 12. vnde ſi narrata in prohemio diſpenſationis non ſunt vera, diſpẽſatio irritatur, Anchar. conſ. 180. Soccin. Sen. conſ. 159. nu. 21. Senat. Pedemont. d. deciſ. 172. nu. 17. in fine, & nu. 18. & conductori dicenti ſe fuiſſe impeditum vti frui re locata, incumbit onus probandi non autem locatori, Cacher. Pedemont. deciſ. 51. nu. 3. quod à fortiori procedit etiam in Principe, cuius aſſertioni nõ creditur, niſi aliter probetur, Grammat. deciſ.
15 15. nu. 2. & generaliter qualem quis ſe facit talem ſe probare tenetur, vnde quando quis vult agere, tanquam hæres, vel filius, conſtare prius debet ſe eſſe talem, nempè heredem vel filium, Soccin. conſ. 76. num. 34. lib. 2. item qui tan-

Digitized by Google

quam talis vult accuſare, debet probare ſe eſſe
talem l. non ignorant, vbi Bart. C.de accuſat.
Meno.h.de retinend.poſſeſſ. remed.3. nu.164.
verſ.& qui tanquam talis; item qui vult agere
contra aliquem tanquam contra talem. proba-
re debet eum eſſe talem, vt in eo, qui vult ex-
periri contra hæredem debitoris ſui, contra
quem ex ſtatuti diſpoſitione paratā habet exe-
cutionem, probare debet illum reum conuen-
16 tum eſſe illius ſui principalis, item allegans cō-
ſuetudinem, illam articulare, & probare tene-
tur, Bald. in l.ſi cum dotem in princ. ff. ſolut.
matrimon.& ad ſupradicta facit, quod actor po-
nens in libello tempus iniuriæ, obtinere non
poteſt, niſi illud probet, Ruyn. conſ.12. vol.5.
Alex. conſ. 100. lib.2. & facit etiam, quod fun-
dans ſe in diſpoſitione qualificata debet proba-
re diſpoſitionem, & qualitatem, Bart.in l.fin.§.
quod autem ff.ne quid in flumin.publ. & qua-
litas debet pacificè probari, & deduci, Natta
conſ.153.nu.2.& conſ.474.nu.38.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per quam mandatur appellatione pen-
dente nihil innouandum, eſt interlocutoria.*
2 *Ab interlocutoria Vicarij, appellatur ad Epiſco-
pum.*
3 *Sententia interlocutoria dicitur illa, quæ non dif-
finit negotium principale.*
4 *Sententia quæ abſoluit a iudicij obſeruatione pro-
pter ineptitudinem libelli, vel actoris abſen-
tiam dicitur potius interlocutoria, quam diffi-
nitiua.*
5 *Sententia lata ſuper Iudicis reuocatione, vel ap-
pellationis deſertione, eſt interlocutoria.*
6 *Amplia in ſententia de exequenda alia ſenten-
tia quod ſit etiam interlocutoria.*
7 *Amplia in ſententia lata ſuper exceptionibus de-
clinatorijs, vel peremptorijs, & iudicium nul-
lum reddentibus.*
8 *Amplia in interlocutoria, quæ parat præiudicium
negotio principali, amplia etiam nu.9.& 10.*

Sententia qua præcipitur, appellatione pendente nihil eſſe innouandum, an ſit interlocutoria.

DECISIO CCXII.

APpellauerat quidam à decreto Vicarij Ci-
uitatis Nolæ quo præcipiebatur, lite pen-
dente nihil innouandum in quadam cauſa: vn-
de in Curia Archiepiſcopali fuit dubitatum,
ſi eſſet admittenda appellatio à dicto decreto,
1 & dicebatur huiuſmodi ſententiam eſſe inter-
locutoriam, & conſequenter ex vi Concil. Tri-
dentin. denegari appellationem, vt latè etiam
deducit Guid. Pap. in decis. 74. & in deciſ.2..
Myſinger.obſeru.43.centur.4. maximè quan-
do contineret grauamen, quod poſſet per diffi-
nitiuam reparari, Gaballin.millel. qu.731. & ſi
eſſet interlocutoria non habens vim diffiniti-
uæ, Matthesil.ſingul.37. Menoch.lib.2. de arbi-
2 tr.iudic.caſu 490. & maximè ſi eſſet interlocu-
toria Vicarij, à qua appellatur ad eius Epiſco-
pum, Put.deciſ.403.lib.2.;& Cappell. Tholoſan.
in deciſ.479. quod autem huiuſmodi decretum
3 ſit interlocutorium apertè patet, ex eo, quod
non diffinit negotium principale, vt in rubr. de
ſentent & re iudicat. latiſſimè Valaſc. deciſ.63.
4 nam ſi ſententia abſolutoria à Iudicis obſerua-
tione propter ineptitudinem libelli, vel actoris
abſentiam, eſt potius interlocutoria quam diſ-
finitiua, Balb.deciſ.262. & in deciſ.421. Caual-
can.deciſ.7. de iudic. poſt Bart.in l.libellorum
§.quod ſi libelli ff.de accuſation. quanto magis
debet eſſe iſta, per quam non expeditur cauſa
5 principalis, quemadmodum dicimus etiam
de ſententia lata ſuper recuſatione, vel incom-
petentia, aut competentia Iudicis, & ſuper de-
ſertione appellationis, quod ſcilicet ſit interlo-
cutoria, licet habeat vim diffinitiuæ, idem
Balb.deciſ.421. Crauet.conſ.181. Mattheſil.ſin-
gul.59. Cappell. Tholoſ.deciſ.48. & 186. Guid.
Pap.deciſ.12.& 220. Roman.ſingular.130. Cor-
6 roboratur etiam, quod cum ſententia de exe-
quenda alia ſententia ſit interlocutoria, habens
vim diffinitiuæ, Capyc.deciſ.1. nu.21. & Rota
Genuenſ.deciſ.164. multo magis erit iſta, de
7 qua agitur. Item ſi ſententia lata ſuper exce-
ptionibus declinatorijs, vel peremptorijs etiam
iudicium nullum reddentibus, eſt interlocuto-
8 ria, Capyc.deciſ.144. quanto fortius iſta. Tùm
quia vbicumque interlocutoria parat præiudi-
cium negotio principali, dicitur habere vim
9 diffinitiuæ, Guid.Pap.deciſ.12. num.2. Tùm
etiam, quia interlocutoria, qua pronunciatur
capitula non eſſe admittenda, vel poſitionibus
non eſſe reſpondendum habet vim diffinitiuæ,
Menoch.de arbitrar.lib.2. caſu 51.nu.31. Deni-
que, quia interlocutoria dicitur habere vim
10 diffinitiuæ, quando continet aliquid dari, vel
fieri, Guid.Pap.ſingul.720. eo fortius iſta.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur habenti intentionem funda-
tam de iure communi, etiam nulla probata poſ-
ſeſſione.*
2 *Epiſcopus de iure communi habet fundatam inté-
tionem exercendi iuriſdictionem quoad omnes
ſubditos in tota ſua Diœceſi, etiam in inuitos.*
3 *Epiſcopo dandum eſt mandatum de manutenendo
quoad exercitium iuriſdictionis in tota ſua
Diœceſi, etiam ſi non probet quaſi poſſeſſionē.*
4 *Ampliatur, ſiuè Epiſcopus ſit in Ciuitate, vel ali-
bi per Diœceſim, & ſiuè per ſe, ſiuè per Vica-
rios ſuos quouis modo ſolitus ſit exercere iu-
riſdictionem.*
5 *Epiſcopus, ſiuè ſit in poſſeſſione ſubiectionis, ſiuè
non, poteſt vti ſua iuriſdictione contra inferio-
rem præſcriptionem allegantem, quouſque præ-
ſcriptio probetur.*
6 *Manutētio datur Epiſcopo propter iuris aſſiſtē-
tiam in facultate exercendi iuriſdictionem, do-
nec contra eum per tres ſententias conformes
probetur immemorabilis, quæ Decano, & Capi-
tulo in diſpoſitione Concil.Trid. reſeruatur.*
7 *Danda eſt etiam Ordinario inferiori nulla probata
poſſeſ-*

Digitized by Google

poſſeſſione, quando habet iuriſdictionem fundatam in priuilegio, vel conſuetudine, quæ ſit ita notoria, vt negari non poſſit.

8 *Notorium facti eundem habet effectum, quem habet notorium iuris, quoad iuriſdictionis exercitium.*

9 *Epiſcopus de iure communi habet intentionem fundatam, vt poſſit viſitare omnes Eccleſias ſibi ſubiectas.*

10 *Ampliatur, vt poſſit propria auctoritate viſitare etiam Eccleſias exemptas, quando non habent ſpecialem exemptionem, quoad viſitationem.*

11 *Exemptio à viſitatione non comprehenditur ſub generali conceſſione exemptionum facta ad fauorem alicuius Eccleſiæ.*

12 *Epiſcopus non poteſt ex facultate ſua ordinaria viſitare Eccleſiam ſpecialiter exemptam quoad viſitationem, nec aliam illi vnitam, item nec Clericos ibi exiſtentes corrigere.*

13 *Iuriſdictio data inferiori, in dubio cenſetur data cumulatiuè ad Iudices ordinarios, non autem priuatiuè.*

14 *Ampliatur etiam ſi competat ex fundatione.*

Benefactor alicuius Eccleſiæ, an poſſit per eius teſtamentum iura Epiſcopalia tollere.

DECISIO CCXIII.

1 COmmunis, & trita eſt iuris cõcluſio, quod
habens fundatam intentionem ſuam de
iure communi debet manuteneri, etiam nulla
probata poſſeſſione, per text. in cap. cum perſo-
næ in fine, & ibi notant omnes, de priuileg. lib.
6. qui generaliter allegari conſueuit, licet loqua-
2 tur de Epiſcopo, qui habet de iure communi
fundatam intentionem exercendi iuriſdictio-
nem quoad omnes ſubditos in tota ſua Diœce-
ſi, & in qualibet eius parte etiam in inuitos cap.
conquerente de offic. Ordinar. cap. cum Epi-
ſcopus eod. tit. lib. 6. cap. omnes Baſilicæ 16. q. 7.
vnde Epiſcopo per hanc ſolam rationem aſſi-
3 ſtentiæ, dandum eſt mandatum de manutenen-
do, etiam ſi non probet quaſi poſſeſſionem, vt
diſponitur in illo text. & tenuit Rot. apud Ve-
rall. deciſ. 203. par. 2. & in vna Bononienſ. S. Pe-
tronij 28. Aprilis 1595. coram Cardin. Mantica,
4 & in vna Veronenſ. iuriſdictionis 18. Martij
1596. coram Cardin. Pamphilio. Quod adeò ve-
rum eſt, vt Epiſcopo ſit danda iſta manuten-
tio, ſiuè ſit in Ciuitate, vel alibi per Diœceſim,
& ſiuè per ſe, ſiuè per Vicarios ſuos, quouis
modo ſolitus ſit exercere iuriſdictionem, quia
adhuc mediante aſſiſtentia iuris communis di-
citur ei acquiſita quaſi poſſeſſio indifferenter
quoad omnes, quæ manuteneri debet, vt tradit
idem Verall. deciſ. 306. par. 1. vbi allegat Ant.
de Butr. in cap. fin. nu. 46. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
5 priet. quod ſecundo locum habet etiam quan-
do inferior allegat præſcriptionem, quia Ordi-
narius ſiuè ſit in poſſeſſione ſubiectionis, ſiuè
non, poteſt vti ſua iuriſdictione contra eum,
quouſque præſcriptionem probauerit, vt dicit
Lapus in d. cap. cum perſonæ nu. 4. verſ. ſecun-
do caſu per illum text. in fin. ſubdens hoc eſſe
propter odium præſcriptionis, & propter iuris
communis fauorem, cuius Lapi opinionem ſe-
quuntur ibi Anchar. nu. 6. in 12. notab. Gemin.
in §. ſi verò verſ. ſecundo caſu, Franch. in 2. no-
tab. Soccin. in cap. recepimus nu. 72. de priuileg.
lib. 6. & fuit tentum per Rot. in vna Salaman-
tin. iuriſdictionis 18. Aprilis 1581. coram Can-
tuccio, vt in deciſ. diuerſ. 145. par. 1. & in allega-
ta Veronenſ. iuriſdictionis corã Card. Pamphilio
in qua Epiſcopus agebat contra Decanum, &
Capitulum, quibus ex Concil. Trident. ſeſſ. 24.
cap. 2. de reformat. præſeruatur immemorabi-
lis conſuetudo cognoſcendi cauſas criminales,
& matrimoniales, & fuit dictum, quod Epiſco-
6 pus ſolus debebat manuteneri propter iuris aſ-
ſiſtentiam in facultate exercendi dictam iuriſ-
dictionem, donec contra eum per tres confor-
7 mes immemorabilis probaretur: imò ſunt, qui
dicunt ſupradicta procedere etiam in Ordina-
rio inferiore: nam huic quoque danda eſt ma-
nutentio, nulla probata poſſeſſione, quando ha-
bet iuriſdictionem fundatam ex priuilegio, vel
conſuetudine, quæ ſit notoria, vt negari non
poſſit, ſecundum Io. Andr. in d. cap. cum perſo-
næ in princ. vbi ita extendit illum text. & eum
ſequuntur ibi Geminian. nu. 4. Franch. nu. 2. &
8 Anchar. in 1. notab qui rationem reddit, quia
notorium facti eundem habet effectum, quem
habet notorium iuris quoad iuriſdictionis exer
citium.

Hinc eſt, quod Epiſcopus de iure communi
9 habet intentionem fundatam, vt poſſit viſitare
omnes Eccleſias ſibi ſubiectas, cap. 1. §. hanc au-
tem, & ibi Gemin. de cenſib. lib. 6. Soccin. de
viſitat. col. 4. nu. 5. verſ. decimo quæro, & ſubie-
ctæ præſumuntur quæcunque exiſtentes in ſua
10 Diœceſi, Rot. deciſ. 186. num. 1. par. 1. diuerſor.
quinimò propria auctoritate viſitare poteſt,
etiam Eccleſias exemptas, quando non habent
ſpecialem exemptionem quoad viſitationem,
cum exemptio à viſitatione non comprehen-
11 datur ſub generali conceſſione exemptionum
facta ad fauorem alicuius Eccleſiæ, Rot. diuer-
ſor. d. deciſ. 136. nu. 2. par. 1. eadem Rot. deciſ. 2.
de cenſib. in antiquis, Achill. de Graſſis deciſ. 2.
12 de exemption. quod ſi Eccleſia ſit particulari-
ter exempta quoad viſitationem, Epiſcopus il-
lam viſitare nequit, nec aliam quoque illi vni-
tam, cum ratione vnionis ſortiatur eandem
exemptionem, & per conſequens Ordinarius
non poteſt clericos ibidem exiſtentes corrige-
re, Achill. de Graſſis deciſ. 1. de exemption. &
deciſ. 15. de priuileg. Put. deciſ. 115. lib. 3. & te-
nuit Rot. in vna Piſcienſ. ſeù nullius iuriſdictio-
nis 7. Maij 1582. coram Gypſio, quæ loquitur
de Eccleſia Parochiali vnita cuidam Abbatiæ
Congregationis Caſſinenſis, quæ habet priuile-
gia ampliſſima exemptionis: quinimò licet fa-
cultas viſitandi in fundatione, Prælato inferiori
ſit conceſſa, non ob id cenſetur adempta facul-
tas viſitandi tributa Epiſcopo, ex diſpoſitione
Concil. ſeſſ. 24. cap. 9. & intelligi debeat cumu-
latiuè, non priuatiuè ad dictum Epiſcopum,

Digitized by Google

contrà quem debet eſſe expreſſa prohibitio, vt cenſuit Sac. Congregat. Concilij, & tenuit Rot. in vna Abulenſ. iuris viſitandi 10. Nouembris
13 1600. coram Ludouiſio. Et ratio eſt, quia iuriſdictio data inferiori, in dubio cenſetur tributa cumulatiuè ad Iudices ordinarios, non autem priuatiuè, iſta eſt communis concluſio, quam tenent Bart. in l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb. Bald. in l. vnic. §. vbi autem nu. 6. C. de caduc. tollend. Anchar. conſ. 164. ſub nu. 5. verſ. nec ex eo, quod populus, latè Roman. conſ. 393. nu. 1. cum nonnullis ſeqq. Paul. de Caſtr. in l. teſtamenta ſub nu. 6. C. de teſtament. Iaſ. qui communem dicit in l. quod in rerum §. ſi quis poſt nu. 8. ff. de legat. 1. Felyn. in cap. paſtoralis poſt nu. 2. verſ. regulariter videtur de offic. Ordinar. Dec. conſ. 3. nu. 32. Ruyn. qui de communi teſtatur conſ. 7. nu. 1. lib. 4.

Quod adeò verum eſt, vt procedat etiam ſi
14 iuriſdictio competat Prælato inferiori ex fundatione, vt fuit reſolutũ per Rot. in dicta Abulenſ. iuris viſitandi 10. Nouembris 1600. coram Ludouiſio, & ita in occurrenti caſu fuit deciſum in Cur. Archiepiſc. nam fuit dictum fuiſſe nullam diſpoſitionem, ſeù teſtamentum cuiuſdam mulieris, ob cuius vitæ integritatem, & ſãctitatem fuerunt factæ plures oblationes, ex quibus fuit erectum Monaſterium, quod in teſtamento prædicto præciperet adminiſtrationem, viſitationem, necnon electionem Confeſſorum, protectionem dicti Monaſterij ſpectare ad Patres cuiuſdam Religionis, excluſo Illuſtr. loci Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Conducens mulierem libidinis cauſa de loco ad locum, raptus crimen committit.*
2 *Conducens puellam de vna camera ad aliam, & ſuper lectum proijciens, non eſt tanquam raptor puniendus.*
3 *Inueniens puellam cum beſtijs in campis, & eam abducens per aliquot paſſus, vt eam carnaliter cognoſceret, non eſt puniendus tanquam raptor.*
4 *Quod locum habet, etiam ſi puella non conſenſerit ſe rapi.*
5 *Rapiens Nouitium alicuius Religionis, tenetur pœna raptus.*
6 *Mulier rapiens virum, eſt punienda pœna l. vnicæ C. de rapt. virg.*
7 *Vir rapiens virum libidinis cauſa, punitur pœna d. l. vnicæ.*
8 *Statutum puniens pœna capitis rapientem filium alicuius, non habet locum in filio rapto carente patre.*

Rapiens Nouitium à Religione libidinis cauſa, an puniatur pęna raptus.

DECISIO CCXIV.

1 RAptus crimen committit, qui mulierem libidinis cauſa, de loco ad locum conducit, vt in caſu, in quo conſuluit Barbat. conſ. 71. lib. 2. & Paul. de Caſtr. conſ. 262. lib. 2. Alex. cõſ. 1. lib. 3. Cepoll. conſ. 57. & ſeq. Riminald. conſ. 17. quod videtur pro maiori parte vol. 3. & cõſ. 51. eodem volumine, Soccin. Iun. conſ. 50. lib. 3. Crauett. conſ. 18. & Roland. conſ. 24. in 2. dub. lib. 1. & dixi de loco ad locum, quia aliter non poteſt dici raptus, ſecundum omnes, & hæc cõductio de loco ad locum debet eſſe ad effectũ
2 abducendi, non autem cauſa commodioris coitus, & ideò ſi quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & ſuper lectum proiecerit, non eſt tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia conſuluit Bertrand. conſ. 39. lib. 6.
3 idemq; dicendum eſt, in eo, qui puellam inuentam cum beſtijs in campis, cæpit, & per aliquot paſſus abduxerit, vt eam carnaliter cognoſceret, vt pariter in facti contingentia conſuluit
4 Cuman. conſ. 96. quod locum habet etiam ſi ipſa mulier conſenſerit ſe rapi, & hoc ſiuè ab initio, ſiuè etiam ex poſt facto conſenſerit, & hanc opinionem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Alber. in l. raptores nu. 7. C. de Epiſc. & cler. teſtatur Clar. in §. raptus.

Quibus ſic ſupra enarratis, cùm dubitaretur
5 in Cur. Archiepiſc. ſi rapiens iuuenem Nouitium cuiuſdam Religionis teneatur pœnã rap-
6 tus, fuit reſolutum, quod ſic: nam mulier rapiẽs virum erit punienda pœna l. vnicæ C. de rapt. virgin. voluit Marſil. in d. l. vnica nu. 223. quod idem tenent communiter Doctores, quos refert Ant. Gomez ſuper l. 80. Tauri nu. 37. & dicit Angel. in ead. l. in fin. quod ſecundum hanc opinionem vidit Florentiæ comburi quandam meretricem, quæ adoleſcentulum rapuerat, & hæc etiam opinio practicatur in Gallia, vt dicit Papon. lib. 22. tit. 6. arreſt. 3. & in proprijs ter-
7 minis facit, quod vir rapiens virum libidinis cauſa, poteſt puniri pœna d. l. vnicæ, ſecundum Salyc. in d. l. quem refert, & ſequitur Ghirland. in tract. de pœn. omnifar. coitus cap. 10. nu. 5. licet Bald. in d. l. vnica teneat contrarium, item rapiẽs maſculum Nouitium à Religione capite punitur, Bald. in l. data opera nu. 9. C. qui accuſ. non poſſ. & eum ſequitur Io. de Anan. in cap.
8 6. de apoſtat. col. 1. Item adde ſi extaret ſtatutum puniens pœna capitis rapientem filium alicuius, non haberet locum in filio rapto carente patre, Iaſ. in l. fin. C. de indict. vidu. toll.

SVMMARIVM.

1 *Corpora, ſeù cadauera punitorum ſunt ſepulturæ tradenda, intellige prout nu. 2.*
3 *Corpora, ſeù cadauera punitorum, ſi ſunt perſonæ viles, tradi poſſunt anatomiæ.*
4 *Parochus habet intentionem fundatam, vt omnes Chriſti fideles ſepeliantur in eius Eccleſia decedentes intra limites ſuæ Parochiæ.*
5 *Inter ea, quæ ſunt neceſſaria ad conſtituendum ius Parochiale, adeſt etiam ſepultura.*
6 *In quibus conſiſtat ius Parochiale.*

Parochus, an poſſit prohibere ne cadauera punitorum alibi, quàm in ſua Parochia ſepeliantur.

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCXV.

1 CORpora, ſeu cadauera punitorum eſſe ſe-
pulturæ tradenda, non dubitatur, vt patet
in l. 1. & tot. tit. ff. de cadauer. bus punitorum,
& de iure canonico eſt text. in cap. quæſitum
13. q. 1. & dicit Chaſſan. in conſuetud. Burgund.
fol. 94. poſt num. 5. ita in Italia ſeruari, quamuis
in Gallia ſeruetur contrarium, & malè, ſequitur
Clar. in §. fin. q. 100. quod intellige habita prius
licentia à Iudice, alias enim non ſolent deponi,
2 neque tradi ſepulturæ, & ita declarant com-
muniter Doctores, vt dicit Ant. Gomez cap.
14. delictorum num. 8. prout etiam ſeruatum
fuit in Sacratiſſimo Corpore Saluatoris noſtri,
qui de licentia Pilati Præſidis fuit à cruce de-
poſitus, & traditus ſepulturæ, Ioann. 24. & quod
licentia Iudicis requiratur, videndus eſt Rip. in
tract. de peſt. tit. de remed. præſeru. contra pe-
ſtem num. 142 refert, & comprobat ex alijs Ia-
cob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. caſ.
285. nu. 10. qui tamen nu. fin. tenet Iudicis arbi-
trio tribuendum, qui ſua prudentia conſidera-
re debet familiam, conditionem, & dignitatem:
3 nam ſi vilis, & deploratæ conditionis ſint, tradi
poſſunt anatomiæ.
Quibus ſic ſuppoſitis fuit reſolutum Paro-
4 chum habere intentionem fundatam, vt in
eius Eccleſia ſepeliantur omnes Chriſti fideles,
intra limites ſuæ Parochiæ decedentes, ita
Bald. conſ. 62. num. 7. & ſeq. Rub. conſ. 17. Inter
5 ea enim, quæ ſunt neceſſaria ad conſtituendum
ius Parochiale, adeſt etiam ſepultura cap. ſacris
de ſepulturis, vnde Abb. in rubr. de Parochis
nu. 2. refert ius Parochiale conſiſtere ex ſequē-
6 tibus. Primò, vt Parochiani diebus feſtiuis au-
diant miſſam in Parochia cap. 2. eod. tit. Secun-
dò, vt Sacramenta percipiantur in dicta Eccle-
ſia Parochiali, ſeu à Presbytero Parochiali.
Tertiò, vt Parochianus ibi ſepeliatur cap. omnis
de pœnitent. clem. dudum §. verum de ſepul-
tur. Quartò, in præſtatione decimarum perſo-
nalium cap. quæſti 16. q. 1. Quintò, in oblatio-
nibus faciendis cap. omnis chriſtianus de con-
ſecrat. diſt. 1. licet ſepultura, ſiuè actus ſepeliē-
di non arguat Eccleſiam curatam, cum ſine
cura poſſit Eccleſia habere cæmiteriū ex con-
ſuetudine, vel ex conceſſione Epiſcopi, Federic.
de Sen. conſ. 135. nu. 2. Gambar. de offic. & po-
teſtat. Legat. de later. fol. 148. nu. 18. Hoſtienſ. in
cap. quia nonnulli col. penult. verſ. quid ſi ali-
quis, & ibi Io. Andr. pariter col. penult. eodem
verſ. quid ſi aliquis, Butr. num. 10. Cardin. q. 11.
de cleric. non reſident quæ deciſio procedit in-
ſpecto iure communi; de conſuetudine verò
dicendum eſt, quod in quolibet loco ſeruari
poteſt conſuetudo rationabilis, & præſcripta,
quæ ibidem viget.

SVMMARIVM.

1 *Clerici filij Doctorum non condemnantur ad triremes, ſed relegantur in Curia Archiepiſcopali.*
2 *Filiorum appellatione, nepotes continentur.*
3 *Cauſa proxima, & immediata in omni materia eſt inſpicienda.*
4 *Pater ſi amiſerit dignitatem, nepos non poterit eam habere ex perſona Aui.*
5 *Tranſmiſſio fieri non poteſt, vbi perſona media, per quam fieri debet eſt inhabilis ad tranſmittendum.*
6 *Nobilitas procedit ex patre tantum, non ex matre.*
7 *Origo Patris, non Aui inſpicienda eſt.*
8 *In nobilitate tria requiruntur.*
9 *Nobilitas ſine facultatibus, ludibrio eſt, & conſeruari non poteſt.*
10 *Diuitiæ nobilitant hominem.*
11 *Doctor dicitur magis nobilis, quam ille, qui eſt nobilis genere.*
12 *Aduocatus nobilis auget ſuam dignitatem.*
13 *Doctor præfertur nobili ſimpliciter.*

An clerico habēti Auum Doctorem poſſit infligi pœna ignobilium.

DECISIO CCXVI.

1 SEruatur in Cur. Archiepiſc. Neapol. quod
clerici filij Doctorum non condemnantur
ad triremes, ſed relegantur, vel carceribus mā-
cipantur, vel in exilium mittuntur, aut condem-
nantur ad miniſtrandum infirmis in aliquo ho-
ſpitali, & hoc ex doctrina Panorm. in cap. gra-
uem de pœnitentijs, Felyn. in cap. paſtoralis de
offic. delegat.; quare fuit dubitatum, an idem
cenſendum ſit in clerico nepote alicuius Do-
2 ctoris, & videbatur prima facie, quod ſic, filio-
rum enim appellatione nepotes etiam conti-
nentur l. filiorum ff. de verbor. ſignificat. latè
Trentacinqu. in tractat. an & quando liber. q.
27. nu. 12.
Cæterùm fuit contrarium deciſum, cauſa
3 enim proxima, & immediata in omni materia
eſt inſpicienda l. vxori ff. de aur. & argent. leg.
cap. de cætero de homicidio, latè Tiraquell. in
tract. ceſſante cauſa in princ. vnde ſi pater ami-
4 ſerit dignitatem, nepos non poterit eam habere
ex perſona Aui, vt notabiliter voluit Crauett.
in conſ. 163. Turrett. conſ. 22. Alban. conſ. 81.
5 nu. 6. & ſeq. & eſt ratio, quia tranſmiſſio non
poteſt habere locum, vbi perſona media per
quam fieri debet, eſt inhabilis ad tranſmitten-
dum, ſecundum Crauett. citato loco, & Tepat.
lib. 2. variar. ſentent. verb nobilitas, vnde dicit
Papon. lib. 5. tit. 4. arreſt. fin. nobilitatem proce-
6 dere ex patre tantum, nulla habita conſidera-
tione materni generis, Bartholom. de Capua
ſingul. 72. vbi voluit, quod quis dicitur nobilis
7 ſi pater eius nobiliter vixerit, licet Auus ruſti-
cus fuerit: origo enim Patris, non Aui inſpi-
cienda eſt, Io. Andr. in cap. 1. de priuileg. in
ſexto, & proinde text. in cap. cum nullus de
temporib. ordin. volens poſſe quem ordinari ab
alieno Epiſcopo procedit in origine Patris, non
Aui, vt pulchrè cenſuit Rot. teſte Cæſare de
Graſſis in deciſ. 5. de probat. Addebatur ſupra-
dictis, quod Chaſſan. in conſuetud. Burgund. ru-
br. 4.

Digitized by Google

br.4.§.19. gloſ.2.num.4. dixit, quod ad hoc vt
8 quis dicatur nobilis tria requiruntur, nempè,
quod ſit nobilis natalibus, honorum luce con-
ſpicuus & diues in patrimonio, nobilitas enim
9 ſine facultatibus ludibrio eſt & conſeruari non
poteſt, & eſt tanquam fides ſine operibus, vt
dicit Sola in commentar. ad Conſtitutiones Sa-
10 baudiæ gloſ.2. tit. de nominatione: diuitię enim
nobilitant hominem, quia per diuitias vilitas
perſonæ tegitur, Chaſſan. loco ſupra cit. nu.3.
Non obſtat, quod Doctor dicitur nobilis,
11 immò dicitur magis nobilis, quam ille, qui eſt
nobilis genere, quia Doctoratus eſt dignitas,
Gaſpar Gaball. milleloqu.540. Iacob. Put. deciſ.
326. lib.1. vide Petr. Royz. deciſ.4. Rot. Lituan.
num.240. in deciſ. diuerſor. Chaſſan. in conſue-
tud. Burgund. tit. des droict rubr.4.§.19. gloſ.2.
12 & Aduocatus nobilis auget ſuam dignitatem,
13 idem Papon. arreſt.225. libr.5. titul.11. Doctor
quoque præfertur nobili ſimpliciter, Put. deciſ.
126. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Delictum non poteſt probari, niſi teſtibus omni exceptione maioribus.*
2 *Teſtes inhabiles ſi producuntur, Iudex ex officio revellere poteſt, etiam parte non opponente.*
3 *Edictum de teſtibus, regulariter eſt prohibitorium.*
4 *Omnes admittuntur ad teſtificandum, niſi qui expreſsè reperiuntur prohibiti.*
5 *Conſanguinei, vel affines admittuntur ad probandam innocentiam ſui conſanguinei inquiſiti.*
6 *Teſtimonium matris admittitur in fauorem filij.*
7 *Compater, qui eſt affinis, dicitur teſtis idoneus, & omni exceptione maior.*
8 *Compater poteſt teſtimonium ferre pro eo, quem de ſacro fonte leuauit.*
9 *Teſtes minus idonei, & inhabiles, qui alias non admitterentur in his, quæ a communiter accidentibus fiunt clam, & ſecretè, habentur pro idoneis.*
10 *Teſtimonio domeſticorum ſtatur circa ea, quæ fiunt in domo.*

Nouerca, an poſſit deponere in fauorem ſui priuigni.

DECISIO CCXVII.

VEra, & indubitabilis eſt apud omnes con-
1 cluſio illa, delictum non niſi teſtibus om-
ni exceptione maioribus probari poſſe, iuxta
latè tradita in cap. ſciant cuncti de probation.
Alex. conſ.90. nu.7. & ſeq. vol.1. Clar. §. fin. q.24.
Franc. Marc. deciſ.286. par.2. quod adeò verum
2 eſt, vt ſi teſtes inhabiles producantur, Iudex ex
officio repellere tenetur, etiam parte opponen-
te, vt notabiliter dixit Corſett. in ſingul. 1 &
propterea dubitatum fuit in Curia Archiepi-
ſcopali, ſi teſtimonium Nouercæ in fauorem
ſui priuigni eſſet admittendum, & dicebatur,
3 quod ſic, cum edictum de teſtibus ſit regulari-
4 ter prohibitorium, & conſequenter omnes ad-
mittuntur ad teſtificandum, niſi qui expreſsè
reperiantur prohibiti l.1. ff. de teſtibus, l. Mu-
tus, vbi Bald. & reliqui ff. de Procurat. vnde
cum non reperiatur in iure prohibitum, recipi
5 Nouercæ teſtimonium: propterea fatendum
erit eſſe admittendum: nam conſanguinei, vel
affines admittuntur ad probandam innocen-
tiam ſui conſanguinei inquiſiti, Boer. deciſ.165.
Rota Genuenſ. deciſ.38. nu.1. Grammat. deciſ.
6 34. nu.14. & in fortioribus terminis ad hoc fa-
cit text. in cap. ſuper eo de teſtibus, vbi matris
teſtimonium admittitur in fauorem filij, Cap-
pell. Tholoſ. in deciſ.3. Triuiſ. in deciſ.10. par.
1. igitur & Nouercæ teſtimonium admitti de-
bet, quandoquidem alij conſanguinei, & affines
admittuntur, ſecundum Bart. in l.3. §. duæ ff. de
Carboniano edicto, Rota Peruſin. in deciſ.55.
7 Marta deciſ. Piſan. 60. Addebatur etiam ſupra-
dictis, quod compater etiam, qui eſt affinis di-
citur teſtis idoneus & omni exceptione maior,
Guid. Pap. ſingul.990. Crauett. conſ.169. Meno-
ch. de arbitr. lib.2. caſ.100. vnde Iaſ. in §. pœna-
les num.68. de action. notabiliter dixit compa-
8 trem poſſe teſtimonium ferre pro eo, quem
de ſacro fonte leuauit, item dicebatur in du-
bio affini eſſe credendum, vt voluit Alex. conſ.
23. vol.1.
Et ſic ſtantibus ſupradictis Curia Archiepi-
ſcopalis cenſuit eſſe admittendam depoſitio-
nem dictæ Nouercæ, ad quam deciſionem fun-
dandam moti fuimus, ex eo, quod teſtes minus
idonei, & inhabiles, qui alias non admitteren-
9 tur in his, quæ à communiter accidentibus fiũt
clam, & ſecretè, prout in caſu, de quo verba fa-
cimus, habentur pro idoneis, Grammat. deciſ.
34. num.37. nam teſtes minus idonei, ſi veritas
aliunde haberi non poſſit, quandoq; recipiun-
tur Franc. Marc. deciſ.116. & in deciſ.94. par.2.
& Rota Genuæ deciſ.135. Oſaſc. deciſ.79. num.
10 41. ſicut à ſimili communiter tradunt in do-
meſticis, quorum teſtimonio ſtatur circa ea,
quæ fiunt in domo, Benintend. deciſ.43. num.3.
Menoch. de arbitr. q.73. nu.32.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inhabiles admittuntur in delictis, in quibus aliter veritas haberi non poteſt, & nu.3.*
2 *Teſtes minus idonei, & inhabiles, qui alias non admitterentur, in his, quæ à communiter accidentibus fiunt clam, & ſecretè, habentur pro idoneis, & nu.13.*
4 *Teſtimonio domeſticorum ſtatur circa ea, quæ fiunt in domo.*
5 *In probatione rei, quæ de ſui natura eſt difficilis probationis, teſtes inhabiles admittuntur.*
6 *Teſtibus etiam minus dignis Iudex debet adhibere fidem, quando veriſimilia deponunt.*
7 *Teſtimonium teſtis inhabilis, facit præſumptionem.*
8 *Teſtes inhabiles ſi producuntur, Iudex ex officio repellere poteſt, etiam parte non opponente.*
9 *Rem non poſſe per alios teſtes probari, qualiter intelligitur.*

10 *Te-*

10 *Teſtes inhabiles admittuntur in ſubſidium, quando ex natura facti alij teſtes haberi non poſſunt,& nu.11.*

12 *Et quomodo procedat,& intelligatur, & quando inhabiles non admittantur nu.14.*

Rem non poſſe per alios teſtes probari, qualiter intelligatur.

DECISIO CCXVIII.

1 CErtum, & indubitatum eſt in iure, teſtes inhabiles eſſe admittendos in delictis, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, ſed quando hoc dictum procedat, vide Oſaſc. de-
2 ciſ.79.nu.49. nam teſtes minus idonei, & inhabiles, qui alias non admitterentur, tamen in his, quæ à communiter accidétibus fiunt clam, & ſecretè, habentur pro idoneis. Grammat.de-
3 ciſ.34.num.37. nam teſtes minus idonei ſi veritas aliunde haberi non poſſit, quandoq; recipiũtur, Marc.q.1167.fallit, vt ibidem nu.9. vide eundem q.94.par.2. & Rot.Genu.deciſ.195. &
4 de domeſticis, quod admittantur ad teſtificandum circa ea, quæ fiunt in domo, vide Benintend.deciſ.43.nu.3. & 10. Menoch.de arbitrar.
5 q.73.nu.32. & in probatione rei, quæ de ſui natura eſt difficilis probationis, quod teſtes inhabiles admittantur, Rot Genu.deciſ.36.num.5. idem circa ea, quæ fieri ſolent intra parietes domeſticos, & ſimilia, Rot.Genu. deciſ.77. & 150. poſt Bart.in l.lex quæ tutores C.de admi-
6 niſtr. tutor. Hinc eſt, quod teſtibus etiam minus dignis Iudex debet adhibere fidem, quando veriſimilia deponunt, Ioſeph.Ludou.in de-
7 ciſ.Lucana 3.nu.31. Benintend.in deciſ.67. vbi teſtimonium teſtis inhabilis facit præſumptionem, & in ſupradictis caſibus, etiam vilibus perſonis eſſe credendum, ſcribit Franc.Marc. in deciſ.486.nu.10. licet abſque tortura minus illis credatur, ſecundum Natt.conſ.666. & ad ſuprad cta facit, quod notabiliter voluit Corſett. in ſingul. 1. vbi teſtes inhabiles extra caſus ſu-
8 pra congeſtos ſi producuntur, Iudex ex officio repellere tenetur etiam parte non opponente.
9 His ſic poſitis, cum fuiſſet pluries dubitatum, qualiter intelligatur rem non poſſe per alios teſtes probari, fuit dictum quando ex natura negotij alij teſtes non potuerunt occurrere actu & potentia, ita Natt.conſ.394.nu.7. Tepat. lib 3.variar.ſententiar.verb.teſtis, Clar.§.fin q.
10 26.qui nu.19. ponit regulam, quod quando ex natura facti alij teſtes haberi non poſſunt, tunc in ſubſidium teſtes inhabiles admittuntur, ne
11 delicta probationum defectu impunita remaneant: hinc eſt, quod quando ex natura facti alij teſtes haberi non poſſunt, admittuntur teſtes, qui alias prohibentur, quam dicit eſſe communem Dec.conſ.342.nu.8. bene verum eſt, quod Ant.de Butr. in cap. tertio loco de probation.
12 dixit hoc intelligẽdum eſſe, vt procedat, quod neque actu, neque habitu poteſt veritas delicti aliter haberi, & ſic ſecundum eum non ſufficit, quod non adeſſent alij teſtes, ſed opus eſt etiã quod adeſſe non potuiſſent, & hoc dictum reputat ſingulare Marſil ſingul.73. vbi ait hoc eſſe menti tenendum, quia quotidie occurrit de facto, & quod ipſe alias fecit reprobare plures teſtes minus idoneos, quem poſt alios refert, & ſequitur Roland.conſ.24.nu.67.lib.1.

Licet ſecundum aliam opinionem ſeruetur contrarium, ſed certe apud nos vidi pluries ſeruari oppoſitum, & iudicio meo melius: nam ratio propter quam Doctores mouentur, quæ eſt difficultas probationis, ita militat, quando certum eſt alios non adfuiſſe, prout quando adeſſe non potuerunt, & in huiuſmodi caſibus, vbi certum eſt, aut etiam veriſimile alios non adfuiſſe, Curia ſolet fidem adhibere teſtibus inhabilibus, ſi non ad condemnandum pœna ordinaria, ſaltem ad infligendam pœnam extraordinariam, vel ad torquendum, & ita teneas: nam ſatis eſt, quod à communiter accidentibus alij teſtes haberi non poſſint, nec eſt neceſſarium, vt impoſſibile ſit alios teſtes haberi, Zaſ.conſ.2.nu.60.vol.2. Grammat.deciſ.34.nu. 7.vbi dicit, quod in his, quæ à communiter ac-
13 cidentibus fiunt clam, & ſecretè, inhabiles, & idonei, & qui alias non admitterentur haberentur pro idoneis, & tali caſu dicerentur teſtes omni exceptione maiores, text. in cap. tertio loco de probation. Dec.in conſ.342.num.3. & Alex.conſ.112.vol.2.& in cõſ.152.nu.15.vol.5.
14 vbi ait, illud q. dicitur teſtes inhabiles non admitti quando ex natura actus alij potuerunt interuenire, procedere quando quis in culpa fuit eos non adhibendi, vt in matrimonio, vel ſimili caſu, ſecus vbi nulla culpa poteſt imputari, puta quando quis fuit vulneratus coram teſtibus inhabilibus, tunc enim ſufficere debent, & ſequitur Gramm. in conſ.26.nu.27. & Rimin. Iun.in conſ.360.nu.88.cum ſeq.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria poſſunt impetrari contra teſtes pro ſcienda veritate, pendente cauſa coram Iudice ſeculari, & maximè quando teſtes ignorantur.*

2 *Quando aliquid non poteſt probari, fit monitorium generale.*

3 *Epiſcopus poteſt ad inſtantiam cuiuſque concedere monitoria, etiam pro re furtiua.*

4 *Monitoria non ſunt concedenda, ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ.*

5 *In monitorijs nunquam nominatur perſona, quæ præſumitur rem detinere, ſed cum modeſtia dicitur quicunque ſciuerit apud quem reperiantur talia bona.*

6 *Monitoria non conceduntur, ſi ſint criminoſa, contineant delictum alicuius, aut copia eſſet cõſignanda Iudici laico coram quo lis vertitur.*

7 *Reuelationes ex cauſa litterarum monitorialium factæ, non proſunt agenti in criminalibus, ſed tantum in ciuilibus.*

Reuelationes vigore literarum monitorialium factæ, an proſint agenti in iudicio cauſarum criminalium.

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCXIX.

1 PEndente cauſa coram Iudice ſeculari poteſt impetrari monitorium contra teſtes pro dicenda veritate, præcipuè quando teſtes ignorantur, Franc. Marc. in deciſ. 835. par. 2. Ægid.de Mag ſtr.tract.de appellat.cap.10.Crauett.conſ.151.nu.5.& ſeq. Sola in comment.ad conſtitut.Sabaudiæ fol.171. in tit.vt nemo inuitus,
2 quando enim aliquid non poteſt probari, fit monitorium generale, vt ſaltem quis rubore ſuffuſus pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur, idem March.loco citato nu.2.maximè de quibus non poteſt haberi plena probatio, Papon.lib.8.tit.7. arreſt.12. & idem Franc.Marc. in deciſ.893. Probus in cap.2. de conſtit. Neuizan.in Silu.nupt.in verb.monitoriæ, & colligitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. canon. 3. licet Nauar.conſ.10.nu.11. de offic.Ordinar. aſſerat melius facere Epiſcopos, ſi ad detegendum delicta caueant à dictis monitorijs, ſed procedant iuxta cap.inquiſitionis de accuſat. Quare fuit dubitatum in Cur.Archiepiſc.Neapolitan. reuelationes receptæ vigore literarum monitorialium, proſint agenti in iudicio criminali, & prima facie videbatur, quod ſic, ex eo, quod
3 Epiſcopus poteſt ad inſtantiam cuiuſque concedere monitoria, Foller.in pract crim.canon. fol.119.num.27.Soccin.conſ.102.lib.4.vnde Iudex Eccleſiaſticus poteſt concedere monitorium pro re furtiua, Clar.§.fin.q.27.

Cæterùm contrarium fuit reſolutum: nam
4 monitoria non ſunt concedenda, ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ, Silu. Nupt. & Probus, vbi ſupra ex cap.1. cum ſeq. 5. q. 1. vnde in praxi nunquam nominatur perſona,
5 quæ præſumitur rem detinere, neque dicitur in monitorijs quicumque ſciuerint fuiſſe talia bona furto ſubtracta reuelent, vel quis talia bona iniuſtè detineat, ſed tantum cum modeſtia dicitur quicumque ſciuerit, apud quem reperiuntur talia bona, vel quis ea acceperit reuelet, vel detinentes reſtituant: hinc eſt, quod non
6 conceduntur monitoria ſi ſint criminoſa, Bart.in l.Marcellus ff.rer.amot. Bald.conſ.822. vol.2.Felyn.in cap.ad noſtram num.7.de iureiurand.Neuizan.Prob.& reliqui in loco ſupra citato, & propterea denegantur ſi contineant alicuius delictum, maximè ſi copia eſſet conſignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, Fe-
7 lyn.in loco citato ſecundum Nouiſſimum in ſua praxi cap.1.nu.7. quia aliquando reuelationes non continent aliquam criminalitatem, ſed illas obtinentes vtuntur ipſis in criminalibus, ſolet Vicarius Neapolis quando concedit copiam reuelationum imponere pœnam excommunicationis latæ ſententiæ parti, & Iudici, ſi dictis reuelationibus vtantur in criminalibus, licet concedantur quando coram Iudice laico agitur de negotio ciuili, niſi continerent ſcandalum vt euenit in anno 1600.nam quidam hæres agebat contra legatarios coram Iudice laico, vt priuarentur legato, quia maledixerant animæ teſtatoris, iuxta l.ſi inimicitiæ ff. de his quib. vt indign. & petebat dictus hæres monitoria contra ſcientes aliquem ex legatarijs talis teſtatoris maledixiſſe eius animæ, quæ non fuerunt conceſſa, quoniam non poterat negari, quin continerent magnum ſcandalum.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſi de quibuſcumque beneficijs curam animarum habentibus, tenentur infra duos menſes facere fidei profeſſionem in manibus Epiſcopi, vel eo impedito coram eius generali Vicario.*
2 *Prouiſi de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, tenentur infra duos menſes facere fidei profeſſionem coram Epiſcopo, ſeù eius Officiali, & etiam coram Capitulo, & pœna prædictorum nu.10.*
3 *Contrarium fertur deciſum, & redditur ratio ibidem, & nu.6.*
4 *Moræ purgatio, cum actum æquitatis concernat, ſemper eſt admittenda.*
5 *Moræ purgationis tempus relinquitur arbitrio Iudicis.*
7 *Lex non obligat ignorantem.*
8 *Alienans res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis excuſatur ob ignorantiam.*
9 *Ignorantia iuris, aliquem non excuſat, & quomodo intelligatur.*
11 *Odia, & pœnæ ſunt reſtringendæ.*
12 *Abſens cauſa ſtudij, poteſt percipere fructus de beneficijs.*
13 *Ampliatur non ſolum in vacante ſtudio Theologiæ, vel Canonum, ſed etiam legum Ciuilium, & Grammaticæ.*
14 *Abſens cauſa ſtudij non dicitur abeſſe, ſed habetur pro præſente.*
15 *Conceſſa licentia ad ſtudium, dicitur conceſſa etiam ad fructuum perceptionem.*

De pœna Parochi omittentis fidei profeſſionem, & de cauſis, ex quibus veniat excuſandus.

DECISIO CCXX.

1 ET ſi prouiſi de quibuſcumque beneficijs curam animarum habentibus in manibus Epiſcopi. vel eo impedito coram generali eius
2 Vicario, ſeù Officiali. & prouiſi de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeù eius Officiali, ſed etiam coram Capitulo profeſſionem fidei facere teneantur infra duos menſes ad minus à die adeptæ poſſeſſionis, alioqui fructus non faciunt ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragatur, ex decreto Concil. Trident. ſeſſ.24. de reformat. cap. 12. verſ. prouiſi etiam, & tradunt Fuſc. de viſitat. lib.1. cap.5. nu.15. & lib.2. cap.3. nu.4. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 8. q.9. à num.121. & lib. 10. q. 9. Rodriqu. in ſua ſumma in 1. tom. cap. 19. Zerul in ſua prax. Epiſcop. in verb. fidei profeſſio, Sayr. in deciſ.1. de Summ. Trinit. & fid. cathol. Nauarr. cóſ.7.& 9. de iureiurand. Tamen in caſu noſtro fuit dubitatum, num dictus Parochus admitti debeat ad faciendam dictam

profe-

profeſſionē, & ſic reddi capacem ad fructuum prædictorum perceptionem in futurum; & fuit reſolutum affirmatiuè.

Primò, quia qui infra duos menſes à die 3 adeptæ poſſeſſionis profeſſionem non emiſit, tamen poteſt eam poſtea emittere: nam iſte terminus duorum menſium, non ponitur ad finiendam obligationem, ſed ad differendam executionem, & ſic non finitur pèr lapſum ipſius, ex regula cap. cum dilectus, vbi Abb. nu. 12. de dolo & contumacia, & l. Celſus ff. de recept. arbitr. de qua per Nauarr. in manual. cap. 21. nu. 45. & ita in terminis docet idem Nauarr. in conſ. 11. de iureiurand. nu. 1. Garz. de benefic. 4 par. 3. cap. 3. nu. 29 Sayr. in d. deciſ. 1. nu. 4. moræ enim purgatio cum actum æquitatis concernat, vtique ſemper eſt admittenda, iuxta latè tradita per Theſaur. in deciſ. 77. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 90. & cap. fin. de locat. & licet dicant id procedere infra modicum tempus, intra quod poſſet quis moram purgare, quod modicum tempus diuerſimode à Doctoribus fuit declaratum, & cōmunis tamen opinio 5 eſt, quod ſit Iudicis arbitrarium, Ripa in l. in Inſulam nu. 35. vbi Niger nu. 100. Alex. nu. 15. ff. de verbor. obligat. Dec. conſ. 146. col. 2. Pariſ. conſ. 108. nu. 4. lib. 1. cum alijs latiſſime adductis per Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 7. lib. 2. centur. 1. & vltra eum Cephal. conſ. 25. lib. 1. tamen Iudicem poſſe admittere purgationem moræ, etiam poſt annum tradunt Doctor. in d. l. in Inſulam, & Ioſeph. Ludouic. vbi ſupra.

Secundò, venit talis Parochus excuſandus ex 6 cauſa ignorantiæ, vt tradit Nauarr. in conſ. 3. alias 12. de iureiurand. Sayr. in deciſ. 4. de Summa Trinit. & fid. cathol. vbi qui non fecit profeſſionem fidei ob ignorantiam, vel inaduer- 7 tentiam dicti præcepti Concilij, excuſatur, lex enim nunquam obligat ignorantem cap. eos de tempor. ordinat. cap. vt animarum de conſtit. lib. 6. cap. vt Apoſtolicæ, & cap. ſi celebret de cleric. excomm. miniſtr. & hinc eſt, quod text. in extrauag. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien. infligens pęnā alienātibus bona Eccleſię, abſque 8 ſolemnitatibus requiſitis, non extenditur ad ea ignoranter alienantes, vel bonā fidem habentes, Nauarr. conſ. 19. de reb. eccleſ. non alien. in nouis, Sayr. in deciſ. 12. eod. tit. & ad plenum de alijs excuſationibus, dixi infra deciſ. 222.

Non obſtat, quod eſt ignorantia iuris, quæ 9 non excuſat cap. ignorantia de regul. iur. in ſexto, Suarez de cenſur. tom. 5 diſputat. 4. ſect. 8. nu. 13. Nauarr. conſ. 7. nu. 2. & conſ. 12. de iureiurand. Paris de reſignat. q. 9. lib. 10. nu. 8. & 9. quia reſpondetur id procedere, quando eſſet ignorantia clari, ſecus ſi eſſet dubij, vt hic, vt per Garz. de benefic. loco ſuperius citato.

Sed dato, quod profeſſio fidei non fuiſſet fa- 10 cta pœna iſtius Parochi non eſſet alia, niſi fructuum ammiſſio iam præteritorum, ex verbis Concilij, ibi, (nec illis poſſeſſio ſuffragetur) intelligitur enim de fructibus iam perceptis, non autem de percipiendis; vt in proprijs terminis reſoluit Nauarr. in conſ. 3. de verbor. ſignificat. quem refert, & ſequitur Sayr. in deciſ. 6. eod. tit. & idem Nauarr. in conſ. 11. nu. 3. de iureiurand. rectè ait, quod profeſſio facta poſt dictos duos menſes, non prodeſt ad quærēdum fructus temporis præteriti, ſed ſic ad quærendum fructus temporis futuri: nam cum ipſo iure amiſerit, & non fecerit ſuos fructus temporis præteriti, intelligitur de decurſis poſt lapſum duorum menſium, non vero de decurſis in ipſis duobus menſibus, & licet poſtea faciat profeſſionem debitam, eos tamen non quærit, ad l. qui res 3. aream ff. de ſolution. ſequitur Pariſ. de reſignat. benefic. d. q. 9. lib. 10. nu. 12. 13. & 14. Rodriqu. in ſua Summa tom. 1. cap. 19. nu. 7. & Ledeſm. in Summa 2. par. tract. 1. cap. 4. difficult. 3. cuius tamen dictum non placet in eo, quod ait, non facere fructus ſuos dictorum duorum menſium, nec ad id profeſſionem poſtea factam prodeſſe, quod tamen eſt omninò falſum: nam ſiuè faciat profeſſionem poſtea, ſiuè nunquam eam faciat, Concilium non priuat fructibus decurſis illis duobus menſibus, ſed in poſterum decurrendis, maximè cum 11 odia, & pœnæ ſint reſtringendæ cap. odia de reg. iur. in ſexto.

Et ita fertur cenſuiſſe Sac. Congregat. cuius tenor eſt: Nec longiſſima nedum triennalis poſſeſſio prodeſt ei, qui non emiſit profeſſionem fidei, quod fructus percipiendos quamdiù dictam profeſſionem non emiſerit, quam affert Pariſ. q. 9. lib. 10. nu. 122. Rodriqu. cap. 119. num. 7. Ledeſm. loco iam citato in 4. & 7. difficultate.

Eſt etiam aduertendum ſupradicto Parocho potuiſſe eius Superiorem licentiam impartire, 12 vt valuiſſet cauſa ſtudij abeſſe, cum eius ætas eſſet minor 30. annorum, prout ex declaratione Sac. Concil. poteſt præſtari licentia, vt per Zerul in ſua praxi in verb. ſtudium num. 2. & conſequenter conceſſa ei licentia, poteſt percipere fructus in abſentia cap. licet de præbend. Abb. in cap. tuæ de cleric. non reſident. & Ol- 13 drad. conſ. 220. quod ampliatur procedere, non ſolum in vacante ſtudio Theologiæ, vel Canonum, ſed etiam legum ciuilium, text. eſt in cap. cum ex eo de electìon. in quo vigore illius Canonis, gloſ. ibi dicit procedere, ſiuè in grammatica, ſiuè in iure canonico, vel ciuili, vel in ſcientia Theologiæ quis ſtudeat, quam opinionem tenuit Archidiac. in cap. de quibuſdam 16. diſt. ſequitur Federic. de Sen. in conſ. 14 146. ratio eſt in promptu, quia non dicitur abeſſe, qui abeſt cauſa ſtudij, ſed habetur pro præſente l. Sciæ Pamp. ff. de fund. inſtr. l. quæſitum ff. de leg. 3. cap. relatum. & cap ſuæ de cleric. non reſident. & portio debetur non tantum de fructibus beneficiorum, & præbendarum, & de maſſa communi, ſiuè groſſa, ſed etiam de quotidianis diſtributionibus, quæ dantur præſentibus, & intereſſentibus. Ludou. Bologn. in auth. habita C. ne filius pro patre nu. 381. immò 15 conceſſa licentia ad ſtudium, cenſetur conceſſi etiam ad fructuum perceptionem, ita tenet Archidiac. in citato cap. de quibuſdam, & rectè probari ex loco Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. in fin. refert Borrell. conſ. 16.

Quis

Digitized by Google

Quibus ſic ſupra firmatis fuit reſolutum ſupradictum Parochum, ob ſupradictas cauſas eſſe excuſandum.

SVMMARIVM.

1 *In concurſu creditorum in actione perſonali, ſunt præferendi habentes cauſam fauorabilem.*
2 *Legata pia ante omnia legata ſunt ſoluenda tanquam æs alienum.*
3 *Legatum pium deducendum eſt ad inſtar dotis.*
4 *Vbi concurrunt legata pia, & non pia, integrè debent ſolui pia, abſque detractione falcidiæ.*
5 *Legata non debentur vltra vires hæreditarias.*
6 *Si aliquibus legatarijs ſoluatur, & alijs non, datur repetitio collegatarijs, per conditionem indebiti, & procedit etiam ſi inter collegatarios ſit Eccleſia, nam etiam legata pia diminuuntur.*

Legata pia, an patiantur diminutionem, non exiſtente hæreditate ſufficiente pro omnibus alijs legatis.

DECISIO CCXXI.

IN cauſa prædicta occurrente in Cur. Archiepiſc. difficultatem faciebat pro ſententia negatiua concluſio illa: in concurſu
1 creditorum in actione perſonali eſſe præferendos habentes cauſam fauorabilem, vt probat text. ad literam in l. priuilegia, vbi gloſ. & communiter Doctor. ff. de priuileg. credit. Bart. in l. 1. num. 4. C. de priuileg. dot. & in l. ex quibus C. qui po
2 tior. in pignor. & addebatur etiam, quod legata pia ante omnia ſoluenda ſunt tanquam æs alienum, & de eo, quod ſupereſt ſoluuntur legata non pia, ita in indiuiduo ſcripſerunt Oldrad. conſ. 200. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis teſtamento §. apud Iulianum nu. 5. ff. de legat. 1. Bertach. in tract. de Epiſcop. lib. 4. par. 4. num. 84. videtur etiam probari opinio iſta à Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 72. probant expreſsè Bald. Nouell. in l. 1. nu. 471. ff. ſolut. matrimon. Surd. conſ. 209. nu. 7. vol. 2. qui dicit legatum pium deducendum eſſe ad inſtar dotis,
3 tanquam æs alienum: imò dicunt aliqui, quod præcipua ſolutio fieri debeat loco pio, deinde alijs concurrentibus creditoribus, ex receptiori
4 ſententia illius propoſitionis, vt ſi concurrant legata pia, & non pia, integrè ſolui debeant pia legata abſque detractione falcidiæ, ex diſpoſitione authent. ſimiliter C. ad l. falcid. vbi Rom. in eius repet. hoc etiam voluit Bart. in l. ſi quis ſeruum §. final. circa fin. ff. de legat. 2. Bertach. in d. tract. de Epiſcop. par. 4 lib. 4. nu. 84. vbi allegat Oldrad. in allegato conſ. 200. & Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 72. hanc concluſionem veriorem etiam cenſet alia ſententia Bart. in d. auth. ſimiliter, Surd. in tract. de aliment. priuileg. 30. nu. 3. circa finem. qui etiam pro hac opinione adducit conſ. Federic. de Sen. 250. in fine, vnde Angel. in l. doli clauſula ff. de verbor. obligat. voluit, quod ſi teſtator pro eius anima relinqueret pauperibus certam quantitatem pro alimentis, & alia legata fecerit, talia legata alimentorum non patientur diminutionem, ſed deducentur ante omnia legata, ſequitur Bertach. in d. tract. de Epiſcop. lib. 4. par. 4. nu. 85. quem ſequitur Cordub. in l. ſi quis à liberis §. vtrum nu. 29. ff. de liber. agnoſc. ſequitur Surd. loco citato nu. 2. poſt Feder. de Sen. in d. conſ. 250. & tandem pro hac ſententia facit ratio æquiparationis piæ cauſæ ad dotē, vt per Surd. in tract. de aliment. q. 16. nu. 21. quo caſu ſi concurrat legatum dotis, & alia legata, legatū dotis non patietur diminutionem, immò tanquam æs alienum deducetur l. 2. §. 1. ff. de priuileg. credit. Caſtrenſ. in d. §. apud Iulianū nu. 4. in fin. Bertach. loco citato nu. 84. Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi pater nu. 7. ſolut. matrim. Bald. Nouell. in l. 1. nu. 471. ff. ſolut. matrim. Natt. conſ. 455. nu. 8. Roland. conſ. 25. nu. 21. vol. 4. quia habetur illa dos tanquam æs alienum: quinimò Roland. loco citato, ampliat etiam quando in legato non fit mentio dotis, puta quando fit filiæ, quia in dubio præſumitur factum in cauſam dotis, Bart. in l. quod autem ff. de iur. dot. Caſtrenſ. in l. Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr. & ſapit eandem naturam, quod etiam ampliatur, ſi legatum fieret filiæ iam nuptæ, quia non deſinit continere æs alienum, quem refert, & ſequitur Surd. loco citato nu. 4.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit incidenter deciſum, & ratio, quia in legatis, in quorum exactione actio perſonalis tantum datur, vt eſt notiſſimum, ſi legata non poſſent integrè ſolui, vt quia hæreditas non eſſet ſoluendo pro omnibus, legata diminuerentur pro rata, vt probat text. in l. ſi poſt miſſionem, & in l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l. falcid. l. ſi verò compoſita §. 1. ff. de teſtam. milit. vbi gloſ. Bart. Alex. & alij, cum pluribus
5 alijs infra cumulandis, & ratio, quia legata non debentur vltra vires hæreditarias, vt in l. 1. §. is qui ff. ad Trebellian. & conſequenter iniquum eſſet quoſdam legatarios eſſe melioris conditionis, & eſſe præferendos, & ſi alicui legatario
6 facta eſſet ſolutio, daretur repetitio cæteris collegatarijs per conditionem indebiti, vt ſcripſit Bald. in l. 2. §. 1. vbi Alex. nu. 3. & 4. ff. de condit. indebit. vbi etiam Iaſ. de Franch. deciſ. 236. quæ quidem regula locum ſibi vendicat, etiam ſi inter collegatarios eſſet Eccleſia: nam etiam legata pia diminuuntur, vt ſcripſit Bart. quem allegat Iaſ. in l. ſi quis teſtamento §. 1. num. 2. ff. de leg. 1. quos probat de Franch. loc. cit. nu. 2. & Bart. hoc etiam probat in auth. ſimiliter nu. 4. C. ad l. falcid. ad quem ſe remittit Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art. 4. nu. 63. in fin. & ita fuit iudicatum annis elapſis in Sac. Conſil. inter legatarios hæreditatis Comitis Morchoni, & ſic practicatur in Tribunalibus, vt dùm hæreditas non eſt ſoluēdo pro omnibus legatis, fiat diminutio pro rata ab omnibus legatis, etiam pijs.

SVMMARIVM.

1 *Alienans res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis excuſatur ob bonam fidem.*

2 Ven-

Digitized by Google

2 *Verbum (præſumpſerit) exigit dolum.*
3 *Alienans ſv. prædictus excuſatur, etiam ob ignorantiam facti probabilis, ac iuris.*
4 *Excuſatur etiam quando fuiſſet erratum in ſubtilitatibus iuris.*
5 *Ob reuocationem alienationis, & pœnitentiam ante realem, & pacificam traditionem, etiam excuſatur.*
6 *Item excuſatur ob apparentiam iuſtæ cauſæ.*
7 *Excuſatur quoque Beneficiatus, qui bona fide alienat iuſta de cauſa, inconſulto Papa.*
8 *Doctores, & homines ſagaces, & negotiorum experti non excuſantur alienando res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis in extrauagant. ambitioſæ, & redditur ratio num. 9. 10. 11. & 12.*

Bona fides, quæ excuſat alienantem bona Eccleſiæ, non ſeruatis ſolemnitatibus extrauagant. ambitioſæ, an procedat in Doctore ſacrorum Canonum, & in homine ſagaci, & negotiorum experto.

DECISIO CCXXII.

MVltoties occurrit quem alienare bona Eccleſiæ, Romano Pontifice inconſulto, item locare vltra triennium, non adhibitis ſolemnitatibus extrauagant. ambitioſæ de reb. eccleſ. non aliena nd. & pro euitandis cenſuris in dicta extrauagant. inflictis, allegat ſe bona fide alienaſſe, & locaſſe abſque aſſenſu Apoſtolico, ignorans eſſe neceſſarium, & cum aliquando huiuſmodi contractus fieri contingeret per V. I. D D. vel per viros ſagaces, negotiorumq; expertos, fuit dubitatum, an illos excuſaret dicta bona fides, & conſequenter ignorantia dictæ extrauagant. ambitioſæ, & dicebatur, quod bona
1 fides illos excuſat, Nauarr. in conſ. 19. de reb. eccleſ. non alien. cum dicatur in illa extrauagant.
2 præſumpſerit quod quidem verbum exigit dolum, ſecundum Bald. conſ. 91. vol. 1. & lex poſita contra præſumentem aliquid facere non comprehendit eum, qui abſque dolo, vel contemptu bona fide, vel ſimplicitate alienat, ita Cardin. Zabarell. in clem. 1. nu. 22. de priuileg. Nauarr. in cap. accepta in 8. oppoſit. de reſtit. ſpoliat. & idem Nauarr. citato conſ. 19. in fine, & in manual confeſſ. cap. 27. nu. 74. Sayr. in deciſ. 12. de reb. eccl. non alien. & Steph. Quarant. in Summ. Bullar. verb. alienatio ſub nu. 9. excu-
3 ſatur etiam alienans. Primò, ob ignorantiam facti probabilis, ac iuris, Nauarr. in manual. cap.
4 23. nu. 44. Secundò, quando fuiſſet erratum in ſubtilitatibus iuris, vel quando pro alienatione eſſent aliquæ Doctorum opiniones, vel eſſet ius non clarum, ſed dubitabile, Felyn. in cap. 1. nu. 15. de ſentent. & re iudic. Nauarr. in conſ. 8. de reb. eccleſ. non alien. in antiquis, & in conſ. 2. de præſcript. in nouis, & in comment. de reb. eccleſ. non alien. ſub nu. 16. vbi dicit, quod non peccat mortaliter, qui tranſgreditur legem humanam malè intellectam, credens bona fide, ita eſſe intelligendam ſecundum Innocent. receptum in cap. per tuas il ſecundo de baptiſm.
5 Felyn. in loco præallegato. Tertiò, excuſatur ob reuocationem alienationis, & pœnitentiam ante realem, & pacificam traditionem cap. ſi quis Presbyterorum, & ibi gloſ. in verb. celeriter de reb. eccleſ. non alien. Iaſ. in l. fin. nu. 132. C. de iur. emphyt. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 16. nu. 7. nam reuocatio, & reſtitutio poſt traditionem non excuſant à cenſura, & pœna, Nauarr. in conſ. 3. nu. 4. de reb. eccleſ. non alien.
6 in antiquis, & conſ. 18. eod. tit. in nouis. Quartò, excuſatur ob apparentiam iuſtæ cauſæ, licèt alienatio eſſet ipſo iure nulla, quia qui bona fide facit aliquid contra legem humanam, putans ſe iuſtam cauſam habere id faciendi, non peccat mortaliter, Nauarr. in manual. cap. 23. num. 43. & in d. comment. de reb. eccleſ. non
7 alien. num. 10. Quintò beneficiatus, qui alienat iuſta de cauſa rem Eccleſiæ, inconſulto Papa, etiam cum conſilium eius requiratur quoad forum exterius, bona tamen fide, & faciens conditionem Eccleſiæ meliorem, non peccat quoad Deum mortaliter, nec incidit in pœnas prædictas, tùm quia non frangit legem per præſumptionem, tùm quia alienat in caſu permiſſo à iure, tùm quia licet non ſeruet formam alienandi iuris humani, ſeruat tamen formam iure naturali, & diuino neceſſariam, quæ eſt magna conſolatio multorum, qui per ſimplicitatem, vel ignorantiam alienant res Eccleſiæ, inconſulto Papa, ita Nauarr. in d. comment. ſub num. 17. vbi tenet valere alienationem in foro conſcientiæ poſt Abb in cap. 1. nu. 17. de reſtit. in integr. Felyn. in cap. 1. nu. 29. de conſtit.

Cæterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium fuit reſolutum in dicta Curia Ar-
8 chiepiſcopali, ſcilicet non prodeſſe Doctori, & alijs ſupranominatis hominibus alienantibus bona Eccleſiæ allegare bonam fidem, & ignorantiam dictæ extrauagant. cuius deciſionis ratio ex eo colligitur, quod error verſatur circa
9 iuris peritiam, quo caſu neminem excuſari voluerunt communiter omnes Doctores in l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. l. leges C. de legibus, Sarmient. lib. 3. ſelectar. interpret. cap. 12. nu. 10. vnde Odd. Sforz. de reſtit. in integr. q. 23. par. 1.
10 art. 7. nu. 24. notabiliter voluit minori Doctori denegari reſtitutionem in integrum, & ante eum hoc idem dixerunt Guid. Pap. deciſ. 88. nu. 4 Boer. deciſ. 350. nu. 6. & Iaffred. deciſ. 396.
11 pro quorum ſententia facit, quia petendo reſtitutionem in integrum, turpitudinem ſuam allegaret l. profeſſio C. de muner. patrim. lib.
12 10. & ſic audiri non debet, vnde in l. 2. §. Quintus Mutius ff. de origin. iur. habetur illud vulgatum, turpe eſſe patritio viro ius, in quo verſatur ignorare, & in l. regula §. ſed & iuris ff. de iur. & fact. ignor. ibi, vel ſua prudentia inſtructus ſit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius gaudet fori priuilegio.*
2 *Superiores Regularium ſunt Priores Prouincia-*

Digitized by Google

les,& Generales eorum Religionis.

3 *Iudex ordinarius Regularium, eſt Protector Religionis.*

4 *Nouitius Hoſpitalis S. Antonij de Vienna delinquens extra clauſtra, punitur ab Ordinario loci, vbi deliquit.*

5 *Regulares exiſtentes in aliqua domo ad erectionem Monaſterij deſtinata ſi delinquant, puniuntur ab Ordinario loci, vbi delinquunt, & redditur ratio.*

6 *Milites Hieroſolymitani degentes extra locum ſuorum ordinum, etiam cum licentia ſuorum Superiorum, ſi delinquant, puniuntur ad Ordinario loci, vbi delinquunt, exceptis ijs, qui in priuilegio Pij V. comprehenduntur, & redditur ratio nu.7.*

Nouitius Hoſpitalis S. Antonij de Vienna, delinquens extra clauſtra, an poſſit à loci Ordinario puniri, ex vi Concil. Trident.

DECISIO CCXXIII.

1 FVndatum fuit à me alias, Nouitium gaudere fori priuilegio, ex ijs, quæ latiſſimè tradiderunt communiter Doctor. in cap. Religioſo de ſentent. excomm. in ſexto; quare fuit dubitatum, an Nouitius Religionis Hoſpitalis S. Antonij de Vienna, qui de eius Superioris licentia hic Neapoli degebat delinquens, poſſit ab Illuſtr. loci Ordinario puniri, & dicebatur Supe-
2 riores Regularium eſſe Priores Prouinciales, & Generales eorum Religionis, vt latè de hac re agit Triuiſ. in tract. de modo, & ordine criminaliter procedendi inter Regulares cap.4. & in deciſ.36. par.1. per text. in cap.1. de cappell. monachor. vbi Sũmus Pontifex mandat Epiſcopis, ne Regulares inquietent, & moleſtent, ſed eorum crimina relinquant Superioribus ipſorum
3 punienda, item dicebatur Iudicem ordinarium Regularium eſſe Protectorem Religionis, vt per Cardin. in conſ.17. nu.1. & latius in practica obſeruari teſtatur Staphil. de literis ſignaturæ, & iuſtitiæ in verb. in tit. de ſanatione contractus inualidi nu.7. fol.287. Triuiſ. loco ſuperius citato num.2. Alban. in conſ. 93. Monald. conſ.22. vol.1.

Cæterùm fuit reſolutum, prædictum Noui-
4 tium minimè remittendum Nuncio Apoſtolico, ſed detinendum per Cur. Archiepiſc. quæ deciſio obtinuit fundamentum, ex traditis nouiſſimè per Concil. Trident. ſeſſ.6. cap 3. vbi ſancitur, quod Regularis extra Monaſterium degens etiam ſui ordinis prætextu, ſi deliquerit, ab Ordinario loci tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato inquiri, puniri, & corrigi valeat, immò dixit Rub. in deciſ.15. huiuſmodi
5 decretum comprehẽdere, etiam Regulares exiſtentes in aliqua domo ad erectionem Monaſterij deſtinata, ſi ibi non haberent Priorem, ſeù Guardianum, & non viuerent iuxta inſtitutum Regulæ illius Religionis, in tantum etiam quod Piccard. in conſ.91. voluit Epiſcopos in vim d. text. Concilij agere poſſe contra omnes
6 profeſſos militiarum Hieroſolymitanarum, exceptis ijs, qui in priuilegio Pij V. comprehenduntur, etiam ſi dicti milites extra locum ſuorum ordinum, cum licentia Superiorum degerent.

Non obſtat, quod qui de licentia Superioris
7 abeſt à clauſtro, cenſetur reſidere in clauſtro, argum. text. in l. quæſitum §.1. ff. de legat.3. & in l. Seiæ ff. de fund. inſtruct. quia reſpondetur id procedere extra caſum delicti, vt per Rub. loco citato, & ratio eſt, quia tunc eſt acquiſitum ius Ordinario loci, & conſequenter tolli non poteſt per licentiam Superioris.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione iuriſpatronatus requiritur Epiſcopi aſſenſus.*

2 *Limitatur in donatione, quæ fit compatrono, & filio.*

3 *Donatio iuriſpatronatus facta ſine conſenſu Epiſcopi, eſt nulla.*

4 *Aſſenſus eſt ſtricti iuris, & non debet extendi.*

5 *Aſſenſus conceſſus pro donatione facienda Titio, non operatur, vt poſſit donari alteri, quam nominato.*

6 *Ius adimplendi, non tranſit ad hæredes.*

7 *Ius reuocandi donationem ex remedio l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. non tranſit ad hæredes, quemadmodum ius reuocandi ex cauſa ingratitudinis.*

8 *Donatio poteſt acceptari, mortuo donatore.*

9 *Aſſenſus regulariter poteſt præcedere donationem, interuenire, & ſubſequi, & nu.12.*

10 *Præſentatus à donatario, præfertur præſentato ab hæredibus donatoris.*

11 *Iuſpatronatus acquiritur, etiam poſt Eccleſiæ cõſtructionem & donationem, accedente tamen Epiſcopi conſenſu.*

Hæredes donatarij iuriſpatronatus, an poſſint impetrare aſſenſum Epiſcopi, poſt eius mortem.

DECISIO CCXXIV.

1 VEra, & apud omnes recepta eſt concluſio, in donatione iuriſpatronatus requiri aſſenſum Epiſcopi cap.1. de iurepatron. in ſexto, cap. illud cap. cum ſeculum eod. tit. Calder. cõſ. 6. Alban. conſ.23. Lambert. qui alios refert in tract. de iurepatron. lib.1. par.2. q.2. Verall. qui in deciſ.131. par.2. ex mente Rot. aſſerit hoc li-
2 mitari in donatione, quæ fit compatrono, & filio, Franc. Marc. in deciſ.472. quicquid dicat in
3 deciſ.1136. & propterea donatio iuriſpatronatus facta ſine Epiſcopi conſenſu, nulla eſt, Rot. in deciſ.877. Verall. in deciſ.144. vol.2. in deciſ. 282. & in deciſ.287. quare fuit dubitatum in Cur. Archiepiſc. an huiuſmodi aſſenſus poſſit ſubſequi donationem, & conſequenter licuiſſe hæredibus donatarij impetrare aſſenſum Epiſcopi,

Digitized by Google

4 ſeppi, & pro parte negatiua faciebat, quod aſſenſus eſt ſtricti iuris, & non debet extendi, Franch in deciſ.71.num.16. & in deciſ.253.nu. 25.Surd.in deciſ.203.& Lanar.conſ.60.nu.220. Ann.in alleg.41.nu.26.vbi aſſenſus regulariter non extenditur de vno caſu ad alium, nec de perſona ad perſonam, vt hic, hinc eſt, quod aſ-
5 ſenſus conceſſus pro donatione facienda Titio, non operatur, vt poſſit donari alteri, quam nominato, Molin.de primogen.hiſpan.lib.4. cap. 5.idem Surd.in deciſ.325.nu.9.nec aſſenſus impetratus ſuper donatione facta, prodeſſet ſuper facienda, Afflict.in deciſ.353. de Franch.in de-
6 ciſ.105.Accedat ſupradictis, quod ius adimplendi, non tranſit ad hæredes l. qui decem cum vulgaribus ff. de verbor.obligat. Valaſc.in de-
7 ciſ. 31. qui voluit ius reuocandi donationem ex remedio l.ſi vnquam C.de reuoc.donat.non tranſire ad hæredes, quemadmodum ius reuocandi ex cauſa ingratitudinis cap. final. de donat. l.fin. C.citat.tit. Theſaur. in deciſ.124. vbi
8 dicit, quod poteſt acceptari donatio mortuo donatore.

Cæterùm Cur. Archiepiſc. cenſuit contrarium, mota præſertim ex generali concluſione,
9 aſſenſum regulariter poſſe præcedere donationem interuenire, & ſubſequi, Natt. conſ.126. nu.6.Neuizan.in conſ.93. Viu.in deciſ.530.nu. 1. cum plurib. ſeqq. & in proprijs terminis donationis facit deciſ. Rotæ 873. vbi ſi conſenſus ſuperuenit poſt donationem laico factam, vel poſt donationis mortem, donatio valida erit, &
10 præſentatus à donatario, præfertur præſentato ab hæredibus donatoris, ſequitur Verall. in deciſ.144. nu.4. vol.2. & ita à ſimili dicimus de fundatione iuriſpatronatus, in qua requiritur Epiſcopi conſenſus: nam poteſt ſubſequi, & preſtari poſt fundationem, conſtructionem, vel dotationem, vt per gloſ.in cap. nullus in verb. conferat de iurepatronat. in cap. ſuggeſtum, ibi, aut eius aſſenſus de decimis, & cap. cura paſtoralis, ibi, habuerit poſtea conſenſum eod.tit. Ludou.in lib.comm.concluſ.concl.42. ampl.1. verſ.acquiritur etiam donatio, Roch de Curt. de iurepatron.par.1.lib.1.fol.17. Pariſ.conſ.35. nu.10.vol.4. Berou.conſ.21. nu.26. vol.2. quod
11 probatur: nam iuſpatronatus acquiritur etiam poſt Eccleſiæ conſtructionem, & dotationem, accedente tamen Epiſcopi cõſenſu, vt habetur per Pariſ.in cõſ.47.nu.21.vol.2.Io.Andr.in cap. 1.nu.8.de iurepatr. Innoc.in rubr. de iurepatr. nu.2. verſ.poſſet tamen, Roch.de Curt.in verb. & dotauit q.2.& 7.& ſi Epiſcopi conſenſus non fuerit præſtitus, Eccleſia erit libera, & non patronata, vt per Lambert.de iurepatron. 11. art.2.q.princip.par.1.lib.1.fol.17.col.3.& 12.& facit text. in cap. nobis à contrario de iurepatron. & per ea, quæ notat Lambert. de iurepatron.in 3.art.2.q.princip.par.1.num.1.& 8. fol. 11.& ex his fuit interpoſitus conſenſus poſt donationem, Soccin.Iun.in conſ.79.nu.32. verſ. ſed vlterius vol.2.Berou.in cap.illud nu.11. de iurepatron. & habetur per Doctores in ſupracitatis locis, & conſenſus taliter præſtitus habetur, ac ſi fuiſſet ante donationem, vel in ipſo donationis actu, vt per Ruyn.in conſ.108. nu. 6.& per Soccin.Iun.in d conſ.79.nu.35 & Rot. Roman.deciſ.17.alias 873.de iurepatronat.in
12 antiquis, vnde fuit deciſum in dicta Curia aſſenſum Epiſcopi poſſe ſubſequi donationem iuriſpatronatus, etiam quando donatarius eſſet mortuus, ita quod hæredes ipſius poſſent impetrare aſſenſum ab ipſo Epiſcopo, ex doctrina Afflict.in cap.1.de prohibit.feud.alien. per Federic.q.34.

SVMMARIVM.

1 *Statutum eſt talis naturæ, vt ex ipſius verbis argui poſſit, niſi quatenus ex ipſiſmet verbis neceſſario inferatur.*
2 *Iudex ſi condemnauit in parte, à contrario ſenſu, non videtur ab alia parte abſoluere.*
3 *In edictis, & ſtatutis non valet argumentum à contrario ſenſu. & quomodo procedat nu.4.*
5 *Edictum non intelligitur plus, quam verba ſonant & eſt ſtricti iuris, nu.6.*
7 *Statutum includens maiores etiam 18.annorum in pœnas aſportantium arma probibita, in eo cenſentur excluſi minores.*
8 *Vnius incluſio, eſt alterius excluſio.*
9 *Ea eſt vis limitatæ conſtitutionis, vt contineat contrariam diſpoſitionem.*
10 *Licentia conceſſa ad tempus, non extenditur extra tempus.*

An in pœnas edicti Cur. Archiepiſc. prohibentis armorum aſportationem, dum includuntur maiores 18. annorum, includantur etiam minores.

DECISIO CCXXV.

Edicto Cur. Archiepiſc. Neapol. cauetur, vt in pœna aſportantium arma comprehendantur et maiores 18.annorum; quare fuit dubitatum, an cenſeantur excluſi minores dictæ
1 ætatis. Et primò videbatur negandum, ſi quidem ſtatutum, ſiuè edictum ſit eius naturæ, vt ex ipſius verbis nil argui poſſit, niſi quatenus ex ipſiſmet verbis neceſſariò inferatur, ita Bart. in l.Iulianus num.5.ff.de condit.indeb. Fulgoſ. conſ.139.nu.3.in 2.dub. Dec.conſ.43.nu.4. per text.in l.ſi Iudex ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cum ſimilibus, idem tradit Dec.in l. 1. nu.50.ff.de offic.eius, vbi allegat text.in l.ſi inter me ff.de except.rei iudic.in fin. arguendo à ſtatuto ad ſententiam, quod ſi ſit iudicatum rem non eſſe meam, non per hoc videtur iudicatum, quod ſit tua, quia ſtant ſimul, ita quod nõ ſit mea, nec etiam tua, & ſic datur medium,
2 inſuper ſi Iudex condemnauit in parte, à contrario ſenſu non videtur ab alia parte abſoluere, gloſ.& Bart.in l.1.C ſi aduerſus rem iudicatam, & ibi Addent. optimè Dec.in d.l.1.nu.50.
3 in fin. dicebatur etiam, quod in edictis, & ſtatutis non valet argumentum à contrario ſenſu,
4 Ann. conſ.116. quod maximè procedere com-

Digitized by Google

muniter aſſerunt, quando per argumentum à contrario ſenſu corrigeretur aliqua pars edicti, vt in caſu, de quo controuertitur l. conuenticulum C. de Epiſcop. & cleric. optimè Corn. in conſ. 159. num. 9. vol. 2. Alciat. conſ. 537. num. 3. Ruyn in conſ. 73. & Riminald. conſ. 91. quibus addo gloſ. in clem. 1. verſ. ſciuerint de ſentent. excomm. vbi argumentum à contrario ſenſu, non ſumitur contra expreſſum ſenſum eiuſdē, nec per illud reuocatur expreſſa deciſio contraria, ad idem expenditur text. in cap. 1. de ætat. & qualit. in ſexto cap. ſignificauit de for. compet. Corn. in conſ. 270. col. 1. vol. 1. & in conſ. 308. nu. 4. vol. 4. Iſtis addo, quod contra mentem diſponentis, tale argumentum non ſumitur, Pariſ. conſ. 57. in fin. vol. 2. idem Pariſ. in conſ. 7. num. 6. vbi dicit, quod tale argumentum, non eſt niſi coniectura, allegat text. in l. apud antiquos C. de furtis, quinimò generaliter quando reſultat correctio iuris antiqui, non ſumitur tale argumentum l. 2. C. de condit. inſert. Corn. in conſ. 53. nu. 23. conſ. 194. nu. 12. & conſ. 235. num. 3. vol. 2. Crauett. conſ. 39. num. 5.
5 comprobantur hæc omnia quia edictum non intelligitur pluſquam verba ſonāt l. 1. C. ſi plures vna ſententia, Alex. conſ. 48. num. 2. vol. 6.
6 Curt. Iun. conſ. 153. nu. 19. & ſtatutum eſt ſtricti iuris l. fin. ff. de conditionibus cap. dilectus de offic. Ordinar. vbi Panormit. cum alijs allegatis à Curt. Iun. conſ. 155. nu. 19. & ideò ſtrictè intelligendum l. quidquid adſtringendæ ff. de verbor. obligat.

Ceterùm ſupradictis minimè ſuffragantibus
7 contrarium fuit pluries reſolutum, vt ſcilicet in pœna præfati edicti, dùm expreſsè includuntur maiores etiam 14 annorum, propterea mi-
8 nores cenſentur excluſi, ex vulgata iuris regula, vnius incluſio, eſt alterius excluſio l. qui accuſare ff. de accuſat. cap. cum dilectus de donationibus, contrariorum enim eadem eſt diſciplina l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris & quod quibuſdam prohibetur, cæteris videtur eſſe permiſſum l. cum Prætor ff. de iudic. Bald. conſ. 23. vol. 1. Alex. conſ. 17. eod. vol. Ea enim
9 eſt vis limitatæ conſtitutionis, vt contineat cōtrariam diſpoſitionem l. fratres ff. de pœnis, Bald. in proœm. ff. §. hæc autem tria, Angel. in l. ſi vnus §. ſi cum reo ff. de pact. Dec. in conſ. 61. nu. 4. Tiraqu. de re ract. conuent. §. 1. gloſ. 2.
10 num. 45. Surd. in deciſ. 203. qui voluit, quod licentia conceſſa ad tempus, non extenditur vltra tempus.

SVMMARIVM.

1 *Immobilium alienatio de re minoris, abſque cauſa vrgente facta non valet.*
2 *Pupillo prohibita eſt alienatio pro pecunia habenda, etiam ſi ex illa pecunia poſſet multum lucrari, redditur ratio nu. 3.*
4 *Amplia, vt in iſto caſu veniant reſtituendi etiam fructus, limita vbi vrget æs alienum nu. 7.*
5 *Facti ſpecies.*
6 *Alienatio rerum pupillorum, vt valeat, quæ requirantur.*
8 *Decretum Iudicis in alienatione rerum pupillorum, vbi æs alienum vrget ex æquitate non requiritur.*
9 *Amplia ſtante hypotheca præcedenti.*
10 *Amplia in tranſactione, quæ poteſt fieri abſque Iudicis decreto, ſi eſt vtilis pupillo.*
11 *Tranſactio in dubio præſumitur facta vtiliter.*
12 *Alienatio de re Eccleſiæ facta abſque ſolemnitatibus valet, vbi Eccleſiæ neceſſitas vrget.*
13 *Deciſio Curiæ Epiſcopalis Nolanæ.*

An in alienandis rebus minorum, ſufficiat Iudicis decretum, deficientibus alijs ſolemnitatibus.

DECISIO CCXXVI.

1 ALienatio de re ſtabili minoris non vrgente ære alieno, nulla eſt ipſo iure, ad text. in l. nullo magis §. ne paſſim. & §. æs alienum ff. de rebus eorum l. ob æs C. de præd. minor. Camill. Borell. in conſ. 109. nu. 23. Rebuff. tit. de reſtit. gloſ. 7. art. 2. nu. 2. nec vtilitas erat iuſta cauſa deueniendi ad huiuſmodi alienationem, cum tantū permittatur id fieri ob æs alienum, & eo vrgente, ita Capyc. deciſ. 113. Surd. dicens de commun. opin. conſ. 115. nu. 55. Neuiz. conſ. 83. Natt. conſ. 631. nu. 35. & 36. Afflict. deciſ. 87. vbi Vrſill. latè Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 171. Foller. ſuper bulla verb. huiuſmodi
2 cenſus num. 40. vbi dicit, quod minor alienare non poteſt pro habenda pecunia, ex qua multum poſſet lucrari, & hanc eſſe communem opinionem dicit idem Surd. deciſ. 278. nu. 20. &
3 23. poſt alios, quos refert, quia non eſt conſideranda vtilitas in augendo patrimonio, ſed in non diminuendo, & loquitur de fundo, qui nullam affert vtilitatem, nec damnum, Maſull. ad Capyc. d. deciſ. 113. Roland. conſ. 33. & conſ. 99. lib. 1. de magis communi tradit Menoch. cōſ. 655. nu. 9. lib. 7. & conſ. 812. nu. 82. cum ſeq. lib. 8.
4 vbi ait, quod iſto caſu reſtituenda eſt res, vna cum fructibus, Decian. conſ. 29. num. 51. & 83. lib. 5. Honded conſ. 23. nu. 26. & ſeq. lib. 2. Raudenſ. de Analog. cap. 30. nu. 118. & conſ. 10. lib. 1. & in deciſ. 30. nu. 229. Simone de decret. inſpect. 17. nu. 124. & ſeq.

Quibus ſic præmiſſis, cum quidam Presby-
5 ter Terræ Lauri, Nolanæ Diœceſis eſſet conuentus in eadem Curia à quibuſdam pupillis, vt eis relaxaretur quoddam territorium ab eodem Presbytero emptum ob defectum ſolemnitatum in alienatione rerum minorum adhi-
6 bendarum, reſpondi, quod licet, vt alienatio rei pupilli valeat, octo requiſita ſint neceſſaria. Primò, cauſa vrgens alienandi. Secundò, quando debitum non poſſit ſolui. Tertiò, quod liqueat Iudici per diſcuſſionem. Quartò, quod vendatur res minus damnoſa. Quintò, quod pro paruo debito non vendatur res magna. Sextò interuentum tutoris. Septimò, decretum Iudicis. Octauò, ſubhaſtatio, Afflict. deciſ. 240. Grammat. in conſ. ciuil. 37. num. 16. Io. Andr. Georg. in allegat. 5. num. 64. Bertazzol. in tract.

clauſ.

Digitized by Google

clauſ.10.gloſ.2.num.1. in medio, Pariſ.conſ.12. vol.2.nu.40.Hieronym.de Laurent.deciſ.Auenion.56.nu.1.& deciſ.47.nu.1.

Attamen ſupradicta minimè locum ſibi ven-
7 dicant exiſtente vrgentia æris alieni, prout in caſu,de quo verba facimus,in quo maximè vrgebat æs alienum, nec aderant alia bona, ſuper quibus poſſent creditores ſatisfieri : quo caſu valet alienatio, nedum abſque ſolemnitatibus, verum etiam abſque Iudicis decreto,ſecundum Odoffred. Angel. & alios per Aponte conſ.1. num.83.& 85.Berrecta conſ.42.Viuiu.deciſ.22. Afflict. deciſ. 87. Ann.ſingul. 396. Surd. deciſ. 268.eſt verum, quod Simoncell.in tract.de decret.inſpect.17. num.124. & 129. fol.325.tenet contrarium, ſed ex capite diſtinguit, aut affert plus commodi, quam incommodi, & dicunt Raudenſ.conſ.17.par.2.num.137.& ſeq. Felyn.
8 conſ.42.num.3. quod ſolemnitas decreti ceſſat ſuadente æquitate,& dicit text.in l.quod ſi minor §.1. l. patri §. prædium ff. de minor. quod geſta cum minoribus non ſemper infirmanda ſunt,ſed reducenda ad bonum,& æquum, Rot. Lucenſ.deciſ.13. num.36. vbi allegat text. in l. quod ſi minor §.1. ff. de minorib. & ſtante hy-
9 potheca præcedenti, minor poteſt alienare ſine decreto l.1.& 2. C.ſi aduerſ.pign.vend. gloſ.in
10 cap.1.per quos fiat inueſtit. & in tranſactione, quod poſſit fieri alienatio, ſi ſit vtilis minori, eſt text. in l.cum ij §.quid ergo C. de tranſact.
11 Simoncell.tit.7.inſpect.11.num.115. fol.314.& tranſactio de iure præſumitur facta vtiliter,maximè ſi multo tempore fuit ſeruata, Palaez de maioratu par.4.q.22.nu.11.par.1.fol.430.

Supradictis accedat illud ſimile de alienatio-
12 ne rerum Eccleſiæ, in qua licet,de iure requirantur nonnullæ ſolemnitates, tamen quando vrgens eſt debitum, & euidens imminet neceſſitas, valet ſupradicta alienatio abſque ſupradictis ſolemnitatibus, ita gloſ. in l. cum hi §.eam tranſactionem ff. de tranſaction. Bart. in l.quicunque C. de bon. quæ liber. &,ibi Alex. in addit. Bald. in conſ.374. verſ. tertius caſus volum.3. Pariſ.conſ.16. num.97. 99. 101. & 104. vol.2. Gabriel. in commun. concluſ. tit. de rerum alienatione concluſ.1. num.1. qui pro hac opinione allegat Roman. Barbat. Angel. Dec. Alex.Corſet.vtrumque Soccin. Cæpoll. Grat. Ruyn. Grammat. & Felyn. addo Viuiu. opin. 39.nu.16.lib.1.qui dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & æquam, eamq; magis communem atteſtatur Lambert.in tractat.de contract.§.fin.q.50.num.166.Decian.conſ.121. nu.55.vol.3. Sarmient.de redditib.eccleſ.par.1. cap.2. & latiſſimè hãc opinionem probat Raudenſ.in tract.de analogis cap. 38. nu.22. & ſeq. ex quibus patet, quod licet Gabriel. in dicta concluſ.1.nu.2. aliquos alleget pro contraria parte negatiua, tamen re vera magis communis eſt pro affirmatiua, & hanc opinionem amplexa eſt Rota Roman.deciſ.18.par.2.diuerſor.vbi dixit,quod quando alienatio vertitur ad vtilitatem Eccleſiæ, poteſt fieri non ſolum conſanguineis, ſed etiam extraneis, poſtea addit, & multo magis ſi cum ſolemnitate facta ſit,ergo præſupponit alienationem vtilem, eſſe validam ſine ſolemnitate,prout re vera illi Doctores, quos allegat,ita concludunt, item hanc opinionem tenuit Rota magis ſpecificè in cauſa Romana domus 4. Nouembris 1592. coram Cardin. Mantica, vbi ait, quod ſi alienatio ſit vtilius Eccleſiæ,etiam ſi ſine ſolemnitate bene-
13 placiti facta fuerit,non licet ipſi emptori recedere à contractu, & ſic ſecundum ſupradicta fuit deciſum in Curia Nolana, licet pendeat appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis, regulariter poteſt præcedere contractum, interuenire in contractu, & ſubſequi contractum.*
2 *Amplia etiam in feudalibus.*
3 *Reſpondetur Capycio in inueſtit.feudal. quod ſcilicet illius opinio non procedat, vbi rei pupillaris alienatio ſit ære alieno vrgente, probatur etiam hoc nu.4.& 5.*
6 *Ratificatio ſubſequens, confirmat actum ab initio nullum.*
7 *In dubio pro Iudicis decreto præſumitur.*

Decretum Iudicis, an poſſit ſubſequi in alienatione bonorum pupillorum.

DECISIO CCXXVII.

FVit reſolutum etiam in dicta Curia, decretum Iudicis in alienatione bonorum pupillorum poſſe ſubſequi, ex rationibus infraſcriptis.

Primò quoniam regulariter aſſenſus,ſeù Iu-
1 dicis decretum poteſt præcedere contractum, interuenire in contractu, & ſubſequi poſt contractum, vt in proprijs terminis voluit Natt.in conſ.126.nu.6.vol.1.Viuiu.deciſ.130.nu.1. cum plurib. ſeqq. vbi concludit hanc eſſe communem ſententiam,ſcilicet Iudicis decretum poſſe ſubſequi alienationem, cuius opinionem ſequuti ſunt Cantiunc.conſ.1.num.88.Leonin. conſ.78. nu.11. cum alijs, quos probat Coſta in ſuo tractat.de retrotractionibus cap.8.caſu 10. nu.8. Vrſill.deciſ.353. nu.9. & arguendo à maiori ad minus, quod validum eſt in iure argumentum; tradiderunt communiter omnes in
2 l.1.ff.de offic.eius, aſſenſus enim in feudalibus poteſt præcedere contractum, interuenire in contractu, & ſubſequi contractum, prout in proprijs terminis firmarunt Ann. allegat. 69. Afflict. in conſtitut. diuæ memoriæ num. 80. Grammat.in deciſ.Luſitan.215. num.6. & in deciſ.345.nu.3. Neuizan.conſ.93. Paris de Put. in ſuo tract.de reintegrat.feud.verſ.incip.An conſenſus per totum, vnde ſi hoc eſt indubitatum in feudalibus,vt Regius aſſenſus poſſit ſubſequi alienationem, fortius eſt dicendum in alienatione bonorum pupillorum, in qua minus præiudicium concurrit.

Non obſtat, quod ſupradicta procedant tàm
3 de aſſenſu, quàm de Iudicis decreto, vbi non

Digitized by Google

ageretur de præiudicio alterius, ſecundum Capyc. in inueſtit. feud. §. ſudorum aſſenſus col. 1. in princ. Paris de Put. citato tract. de redintegratione feudor. cap. 261. nu. 3. fol. 146. cum innumeris, quos nouiſſimè congerit Borrell. in ſumma rerum iudicatarum cap. 36. num. 16. Quia reſpondetur in contractu, de quo verba facimus nullum fuiſſe, nec eſſe præiudicium dictorum pupillorum, ex quo alienatio fuit celebrata ære alieno vrgente, nec alia bona aderant, ſuper quibus creditoribus conſuli poſſet, nec apparet læſio dictorum pupillorum, & cõſequenter ceſſat motiuum, argum. text. in l. non omnia ff. de minoribus.

Tùm ſecundò, quia iuxta ea, quæ in præce-
4 denti deciſione diximus, valet alienatio bonorum pupilli, etiam abſque decreto, quando vrget æs alienum, & tendit in vtilitatem pupillorum, Viuiu. deciſ. 22. Surd. deciſ. 286. & latè de Ponte conſ. 1. nu. 88.

Tùm tertiò, quia inter actus, qui in iure præcedere debent, non video eſſe Iudicis decretum in alienatione bonorum pupillorum; ſcio enim, quod iuſſus Patris, ac Domini debet præcedere l. ſi quis mihi bona §. iuſſus ff. de acquir. hæredit. l. filiusfamilias C. de petit. hæredit. Item conſenſus patris, vt filiusfamilias agere valeat l. fin. §. neceſſitatem C. de bon. quæ liber. Item licẽtia Abbatis, vt Monachus poſſit comparere in iudicio, clement. Procurator, & clement. Religioſus de Procurat. Item aſſenſus Summi Pontificis in alienatione bonorum Eccleſiæ, iuxta text in extrauagant. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien. & latè tradita in cap. ſine exceptione 12. q. 2. & tamen ſi hæc omnia ſubſequantur, corroborant, & inducunt validitatem actus ab initio nulli, vt de iuſſu patris, latè Rubin. deciſ. 69. de conſenſu eiuſdem patris, fuit deciſum in noſtro Sacr. Conſil. Neapolit. quod licet filius egit in iudicio abſque patris conſenſu, & conſequenter iudicium nullum, citata l. fin. C. de bon. quæ liber. tamen ſi poſtea ſubſequatur valididat iudicium nullum, ita in proprijs terminis Afflict. deciſ. 180. de licentia Abbatis eſt deciſ. Achill. de Graſſis vnica de Regular. & tandem de aſſenſu Summi Pontificis: nam ſi ſubſequatur, confirmat alienationem, quando non eſt deuentum ad traditionem poſſeſſionis, prout fuit deciſum in noſtra Archiepiſcopali Curia, vt in pract. eccleſ. deciſ. 190. nu. 2. retuli, Genuenſ. in ſua praxi cap. 51.

Supradictis accedat, quod ratificatio ſubſe-
6 quens confirmat actum alias nullum ab initio, argument. text. in cap. ratihabitionem de regul. iur. in ſexto, & facit text. in l. fin. & ibi communiter omnes ff. rem ratam haberi, vnde in l. licet ff. de iudic. habetur, quod ratihabitio retrotrahitur, & confirmat iudicium agitatum per falſum Procuratorem, & maximè, vt diximus, dictum decretum non eſt neceſſe, vt præcedat, & proinde ad hoc optimè facit text. in l. quid ergo ff. de his, qui notantur infamia, vbi quando conſenſus non requiritur certo, & conſtituto tempore, tunc ratihabitio ſubſequens retrotrahitur, & confirmat actum nullum.

Tùm denique quoniam cum diſputatio hæc concernat iuris ſubtilitatem, de ea non eſt curandum, vt dixit Anton. de Burr. in cap. cum
7 dilectus de conſuetud. & præcipuè, quia in dubio pro Iudicis decreto præſumitur, iuxta latè tradita per Alciat. de præſumption. regul. 3. preſumpt. 9. Iaſ. in l. pacta nouiſſima in 1. col. C. de pact. & fuiſſe interpoſitum cum maxima cauſæ cognitione, Viuiu. deciſ. 89.

F I N I S.

IN:

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS OMNIVM,

Tàm Rerum, quàm Verborum ſcitu, & notatu dignorum, quæ in hiſce Deciſionibus continentur, ordine Alphabetico digeſtus,

A IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO.

A

Abbatiſſa non poteſt conſenſum præſtare, niſi capitulariter cõgregata cum alijs Monialibus, deciſ.27.ſub nu.4.

Abigei, qui ſint, deciſ.128.nu.1.& 6.

Abigeus non dicitur, qui oues aberrantes, vel equos in ſolitudine relictos abduxerit, ibidem num.3.

Abigeatus crimen abſque dolo non committitur, & ideò abigeus non dicitur, qui pecora de quorum proprietate controuerſiam faciebat abegit, dolo tamen omninò ceſſante, ibid.nu.4.

Abigeatus in crimine non ſufficit quælibet pecoris abductio, ſed requiritur, quod ex animalibus minutis ſurripiãtur decem, ex porcis quatuor, & ex animalibus groſſis puta bobus, vnum ibid.nu.2.

Abſens, & non dimittens Procuratorem, eo ipſo eſt in culpa, deciſ.202.nu.4.

Abſens cauſa ſtudij, poteſt percipere fructus de beneficijs, deciſ.220.nu.12. Ampliatur non ſolum in vacante ſtudio Theologiæ, vel Canonum, ſed etiã legum Ciuilium, vel Grammaticæ, ibid.nu.13.

Abſens cauſa ſtudij, non dicitur abeſſe, ſed habetur pro præſente, ibid.nu.14.

Abſenti quæritur ius, Notario ſtipulante pro eo, deciſ.75.nu.10. Etiam irreuocabiliter, ibid.nu.11.

Abſolutiones tot ſunt concedendæ, quot iuramenta fuerunt emiſſa, quod ſi abſolutio ab vno iuramento impetratur, non ſufficit, deciſ.162. nu.1.

Abſolutiones tot requirũtur, quot promiſſiones cum iuramento reperiuntur, ibid.nu.2.

Abſolutio obtineri poteſt ab omnibus iuramentis, quando cauſa eſt commiſſa cum facultate abſoluendi à iuramento, quia vnum iuramentum eſt tranſlatum in aliud, ibid.nu.3.

Abſolutio vnica non ſufficit excommunicato multiplici excommunicatione, ibid.ſub nu.1.

Acceptatio, & admiſſio volentis ingredi Religionem pertinet ad Prælatum, & Conuentum, deciſ. 175. ſub num. 10.

Acceptans literas camhij, & ſoluere promittens, remanet obligatus, deciſ.55.nu.4. Obligatur etiam ad intereſſe ſi in tempore ſtatuto non ſoluat, ibid. num.5.

Acceptilatio ius creditoris extinguit, deciſ.75. n.9.

Acceptilatio debet fieri per interrogationem à debitore, cum ſimplici declaratione ſatisfactionis facta à creditore, ibid.nu.28.

Accuſatus pendente accuſatione promoueri non debet, deciſ.133.nu.5.

Acta facta in iudicio à Monacho, conualidantur per ſuperuenientem Superioris conſenſum, deciſ. 6. num.2.

Actio creditoris contra debitorem, tollitur pacto, deciſ.75.nu.2.

Actio iniuriarum datur contra amouentem ſcamnum de loco, in quo laicus ius ſedendi habebat, deciſ.68.nu.8.

Actio iniuriarum nõ eſt danda contra eum, qui non patitur honorem alicui decerni, ibid.nu. 17. Intellige, vt nu. 18.

Actor, & reus tenentur probare eorum intentionem, deciſ.71.nu.7.& deciſ.211,nu. 5.

Actore non probante, reus abſoluitur, ibid.nu.8. & d.deciſ.211.nu.6. Ampliatur, vt nu.7.& 8.

Actoris probatio debet eſſe certa, & concludens, non autem dubia, & incerta, ibid.nu.4. & d.deciſ.211. num.3.

Actoris probatio, quomodo ſit neceſſaria, d. deciſ. 211.nu.3.& 4.

Actum faciens aliquis ob ignorantiam proprij iuris & ob errorẽ, iuramento probatur, deciſ.4.ſub nu.1.

Actus debet fieri regulariter expenſis petentis, deciſ.33. nu.3.

Actus ſi certo loco, vel tempore potuit eſſe licitus, alio verò illicitus, præſumitur geſtus in caſu licito, deciſ.62.nu 4. & 8.

Actum fruſtratorium, non præſumitur quem facere voluiſſe, ibid.nu.9.

Actus vltra agentium voluntatem, non extenditur, deciſ.75.nu.22.& deciſ.175.nu.10.

Actus

Digitized by Google

Actus à principio inualidus, tractu temporis non conualeſcit.ibid.nu.23.
Actus non vitiatur ob paruum, & modicum defectum,deciſ.104. ſub nu.1.
Actus,qui reſcindi debet, ſemper intelligitur, quod fieri debeat parte petente, deciſ.117. nu.4.
Actum faciens extra territorium,in fraudem cenſetur facere,ac ſi fieret in Ciuitate,deciſ.124. nu.3.
Actus nullus non meretur nomen actus, deciſ.135. num.2.
Actus ſine conſenſu,nihil valet,deciſ.192. ſub nu.1.
Actus liber non dicitur,cum pendet à voluntate alterius,ibid.ſub nu.2.
Actui conſentiens,actum ipſum gerere videtur,ibidem ſub nu 4.
Actus ſi eſſet celebratus in vtilitatem rei, in eo non requiritur conſenſus,ibidem.
Adminiſtratione quis non debet priuari, niſi cum cauſæ cognitione,deciſ.1[illegible]2.nu.3.
Adoleſcens muliebria paſſus, & ob id ignitis lardi guttis cruciatus,eſt irregularis,deciſ.60.nu.1. Et non poteſt promoueri ad titulum beneficij tenuis, ibid.nu.2.
Adulterium, mutua compenſatione tollitur, deciſ. [illegible].nu.2.
Ad[illegible] vide in verb.Clericus adulter.
Aduocatus nobilis, auget ſuam dignitatem, deciſ. [illegible].nu.12.
A[illegible] punitur licet non ſequatur effectus, deciſ. [illegible] Sed contrarium eſt de conſuetudine, ibid.nu.6.
[illegible] deciſ.[illegible]. quomodo procedat, & quod ipſa fuerit votum ipſius,non autem deciſ.Sac.Conſ.deciſ.75. nu.25.& 26. Et quod proceſſit potius de conſuetudine mercatorũ,quam de iure,ibid.nu.27
Affligitur is,qui deliquit,deciſ.47.ſub nu.3.
Alapam inferens Officiali, punitur pœna mortis, deciſ.31.nu.5.
Alapam inferens manu vacua,non tenetur niſi pœna exilij,ibid.ſub nu.4.
Alchymia nihil derogat Maieſtati Diuinæ, deciſ. 197.nu.1.
Alchymia prohibetur ijs,qui aurum, vel argentum ſophiſticum, & adulterinum confingunt, ſecus verò ſi aurum,vel argentum verum, & probatum componatur,ibid.nu.3.
Alchymiæ exercitium,non eſt peccatum,niſi ſpecialiter prohibeatur,ibid.nu.2.
Allegans animum ſe non habuiſſe occidendi, probat ſuo dumtaxat iuramento,deciſ.4. ſub nu.1.
Allegans literas licentiæ alienandi, debet probare contenta in precibus Principi porrectis, deciſ. 211.nu.10.
Allegans conſuetudinem,illam probare tenetur,ibidem nu.16.
D.Alexander Ruſſus Canonicus Neapolitanus memoratur,deciſ.21.in fin.
Alienatio facta rei alienæ,validatur per ſuperueniẽtiam conſenſus Superioris,deciſ.6. ſub nu.3.
Alienatio, & locatio, pari paſſu ambulant apud ſacros Canones,deciſ.10. in princ.
Alienare prohibitus, non cenſetur prohibitus locare ad modicum tempus,ibid. ſub nu.3.
Alienationis prohibitio, qualiter veſtiatur; deciſ. 28.nu.1.
Alienationis prohibitio extra familiam, non inducit ſimplex fideicommiſſum, deciſ.29.nu.5.
Alienatione prohibita, prohibita eſt etiam conceſſio ad emphyteuſim,deciſ.32.nu.1.
Alienationis expreſſa prohibitio, impedit dominij tranſlationem,deciſ.32.nu.2.
Alienans rem emphyteuticam, vt liberam, emphyteuta poteſt agere contra alienantem, vt eam liberet ab onere hypothecæ,deciſ.105.nu.3.
Alienationis prohibitio,non excludit commoditatis perceptionem,deciſ.118.nu.4.
Alienatio quando fuit nulla, commiſſi pœna ceſſat, deciſ.135.nu.2.
Alienatio rerum Eccleſiæ non fit,niſi adſit ſolemnitas,& cauſa, deciſ.136.nu.4.
Alienare non dicitur, qui ſtatim recuperat, deciſ. 167.nu.11.
Alienatio abſque beneplacito Apoſtolico valet,quãdo adeſt euidens vtilitas Eccleſiæ,deciſ.192.nu.5.
Alienari poteſt abſque ſolemnitatibus extrauag.ambitioſæ ſuperficies,in qua impoſitus eſt primus lapis pro Eccleſia ædificanda,deciſ.199 ſub nu.2.
Alienans res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis excuſatur ob ignorantiam,deciſ.220.nu.8.Et quot alijs modis excuſetur,deciſ.222.à nu.1.vſq; ad 7.
Alienatio immobilium de re minoris abſque vrgente cauſa facta non valet,deciſ.226.nu.1.
Alienatio eſt prohibita pupillo pro pecunia habenda etiam ſi ex illa pecunia poſſet multum lucrari,ibidem nu.2.Redditur ratio nu.3. Amplia,vt in iſto caſu veniant reſtituendi etiam fructus, ibid.nu.4. Limita vbi vrget æs alienum,ibid.nu.7.
Alienatio rerum pupillorum, vt valeat, quæ requirantur,ibid.nu.6.
Alienatio de re Eccleſiæ facta abſque ſolẽnitatibus valet,vbi Eccleſiæ neceſſitas vrget, ibid.nu.12.
Alienationis ſpecies eſt, acquirere damnoſa Eccleſiæ,deciſ.134.nu.8.
Alimenta debentur inopi ex officio Iudicis, deciſ. 191.nu.1.
Alimenta debentur vxori eiectæ à viro,ſecus ſi ſpõtè receſſit,ibid.nu.2.
Alimenta debentur Monacho ſi ſit in poſſeſſione monachatus,lite pendente inter Monachum, & Abbatem,ibid.nu.3.
Alimenta, & litis expenſæ debentur in cauſis matrimonialibus,conſtito de paupertate,ibid.nu.4.
Alimenta,quibus alijs debeantur,ibid.per totam deciſionem.
Alimentorum cauſa, vide cauſa alimentorum.
Alteri per alterum iniqua conditio non datur,deciſ. 47.nu.4.
Animus reconciliatus, æquipollet inimico, deciſ. 168.nu.3.
Amicus reconciliatus,eſt fugiendus,vt peſtis, ibid. num.4.
Amicus reconciliatus, repellitur à iudicando, ibid. num.5.
Amicus reconciliatus,repellitur à teſtificando,ibid. num.6.
Amor nullus vincit paternum,deciſ.186.nu.2.
Ancilla,& concubina, quæ ſint, ex modo tractandi cognoſcitur,deciſ.76 nu.1.
Anima,quæ peccauerit, ipſa morietur, deciſ.47.ſub num.1.

Ani-

Digitized by Google

Animus potius attenditur in delictis, quam actus, deciſ. ead. in fine.
Animus delinquentis, præſumitur ex qualitate inſtrumenti, armorumq. delatione, deciſ. 173. nu. 5.
Animus delinquentis, præſumitur proijciendo lapides, & ſagittas, ibid. nu. 6.
Animus, & mens delinquentis, inſpicienda ſunt in criminalibus, ibid. nu. 7.
Animus delinquendi, ex coniecturis, & præſumptionibus probatur, ibid. nu. 8.
Annui redditus, habentur loco immobilium, deciſ. 134. nu. 1.
Annui redditus Eccleſiæ, alienari nō poſſunt abſque ſolemnitatibus, deciſ. 134. nu. 3.
Antiquiora ſunt digniora, deciſ. 131. nu. 4. & 6.
Antiquior origo eſt inſpicienda, ibid. nu. 5.
Antiquior præferendus eſt, ibid. nu. 9.
Antiquior ſubrogatur in locum decedentis, ibidem num. 11.
Antiquior in Prælatura debet præferri, ibid. nu. 12.
Antiquior debet primo loqui, tanquam dignior, ibidem nu. 15.
Antiquitati ſemper defertur, ibid. nu. 13.
Appellanti ſufficit, ſi dicat ſolum, appello ad Iudicem competentem, de iure canonico, nam intelligitur de Superiore proximo, deciſ. 12. nu. 1.
Appellanti ſufficit dicere, appello, ibid. nu. 2.
Appellans ſimpliciter, vel ad Iudicem competētem, videtur intelligere de Iudice immediato, & non de mediato, ad quem eſt de iure appellandum, ibid. ſub nu. 2.
Appellatio, in dubio eſt admittenda, deciſ. 26. nu. 1.
Appellationem præceſſiſſe excommunicationem non ſufficit, quod vnius teſtis teſtimonio probetur, ad effectum abſolutionis ad cautelam, deciſ. 91. nu. 3.
Appellationem ante ſententiam, ad obtinendam abſolutionem ad cautelam, non ſufficit probare, ſed appellationem ex legitima cauſa fuiſſe interpoſitam, & tunc præſtita cautione de ſatisfaciendo, ſi apparuerit ſententiam fuiſſe iuſtam, conceditur dicta abſolutio, ibid. nu. 4.
Appellatione pendente nihil eſt innouandum, deciſ. 135. nu. 22.
Appellatione declarata nulla, attentata non ſunt reuocanda, ibid. nu. 23.
Appellari non poteſt à ſententia in poſſeſſorio ſummariſſimo quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum quoad deuolutiuum, deciſ. 203. nu. 1.
Appellari poteſt à qualibet ſententia de iure canonico, ibid. in princ. deciſ.
Apotheca non deſeruiens Hoſpitali, non gaudet immunitate, qua gaudet Hoſpitale, deciſ. 171. num. 8. Redditur ratio nu. 9.
Archiepiſcopus poteſt concedere, vt iterum reuideatur ſententia, deciſ. 98. nu. 3.
Argumentum à rubricis valet, deciſ. 74. nu. 6.
Arma poſſunt aſportari cauſa defenſionis, deciſ. 43. nu. 7. Sed quomodo intelligatur, ibid. in fin. deciſ.
Arma aſportare non dicitur, qui aſportat ea non apta ad nocendum, deciſ. 93. nu. 1.
Arma retinēs domi, punitur à Cur. Archiepiſc. Neapol. niſi retineret ad modicum tempus, & ſi retineret loco pignoris, non autem iure dominij, deciſ. 209. nu. 2.
Armorum appellatione, non venit cultellus aptus ad incidendum panem, deciſ. 122. nu. 2.
Armorum aſportatio, vide in verb. cauſa finalis.
Aſſaſini dicuntur, qui pecunia conducti aliquem occidunt, deciſ. 112. nu. 1.
Aſſaſinus non dicitur, qui vulnerauit pro pecunia, ibid. nu. 2.
Aſſenſus Epiſcopi requiritur in alienatione iuriſpatronatus, deciſ. 224. nu. 1. Limitatur in donatione, quæ fit compatrono, & filio, ibid. nu. 2.
Aſſenſus eſt ſtricti iuris & non debet extendi, ibid. num. 4.
Aſſenſus conceſſus pro donatione facienda Titio nō operatur, vt poſſit donari alteri, quam nominato, ibid. nu. 5.
Aſſenſus regulariter poteſt præcedere donationem, interuenire, & ſubſequi, ibid. nu. 9. & 12.
Aſſertione iurata probantur ea, quæ in animo noſtro conſiſtunt, deciſ. 4. ſub nu. 1.
Aſſertio in facto proprio, non valet, deciſ. 137. nu. 12.
Aſſertioni Notarij, vel partis non eſt ſtandum, vbi de tertij præiudicio agitur, deciſ. 211. nu. 14.
Aſſiſtentia in homicidio, in dubio præſumitur caſualis, deciſ. 34. nu. 2.
Aſſiſtens homicidio, tunc cenſetur irregularis, quando directè, vel indirectè cooperatus fuit in homicidio, puta animando percuſſores, &c. ſecus ſi aſſiſtit caſualiter, ibid. nu. 3.
Aſſiſtens homicidio, minori pœna venit puniendus, ibid. ſub nu. 2.
Aſtrologorum vanitas, deciſ. 93. ſub nu. 1.
Aurifices ementes anulos, & gemmas, ſiuè ſint bonæ, ſiuè malæ famæ non tenentur indicare à quo emerint, quia præſumitur illos bona fide emiſſe, deciſ. 50. in princ.

B

Baptizari bis nemo poteſt, deciſ. 127. nu. 1.
Baptiſmum bis ſuſcipiēs, de iure canonico peccat mortaliter, & fit irregularis, & de iure ciuili vltimo ſupplicio punitur, ibid. nu. 2.
Baptizatus bis ſcienter, quid debeat facere, ſi fecit pro hæreſi introducenda, & quid ſi pro munditia, id eſt pro ſalute corporis obtinēda, ibid. nu. 3. & 4.
Baptiſmum iterans vltra ſacrilegium eſt excommunicatus, irregularis, & deponendus ab officio, & beneficio, & tanquam indignus ſacerdotio deponitur, ibid. nu. 5. & 6.
Baptizātes debent animaduertere in ſciendo si puer ſit baptizatus, vel ne, ibid. nu. 7.
Baptizans cum cōditione ſi non eſt baptizatus, non eſt irregularis, ibid. nu. 8.
Baptizādi pueros forma præſcribitur Parocho, quando dubitatur ſi ſint baptizati, ibid. nu. 9.
Baptizatus, qui non præſumitur in dubio, ibid. nu. 10.
Baptizare, vt quis poſſit cum clauſula, ſi non es baptizatus, quod nam dicatur dubium probabile, ibid. nu. 11.
Beneficia Principum cōceduntur ſine alterius præiudicio, deciſ. 47. nu. 5.
Beneficia non ſunt conferenda, niſi ei, qui ſcientia & moribus commendandus exiſtit, deciſ. 133. nu. 10.
Beneficia regularia, non ſunt conferenda ſecularibus & è contra, deciſ. 159. in princ.
Beneficij diuiſio, in dubio eſt prohibita, deciſ. 7. nu. 12.
Beneficij collatio facta infami, eſt ipſo iure nulla, deciſ. 133. nu. 6. & 8.

Benefi-

Digitized by Google

Beneficii collatio facta aleatori non valet, ibid.nu.7.

Beneficii collatio notoriè nulla, non dat colorem poſſidendi, nec aliquod poſſeſſorium. deciſ.135.nu.18.

Beneficium regulare ſi impetratur à clerico ſeculari, non facta mentione de regularitate, erit gratia nulla, deciſ.159. in princ.

Beneficium reuerſum ad collationem Epiſcopo per extinctionẽ patronorum, poteſt ab eodem Epiſcopo iterũ ſubijci alteri iuripatronatus. deciſ.201.nu.3.

Bigamus qui regulariter ordinari nõ debet, ſi de facto fuerit ordinatus, ex communi ſententia recipit ordinem, eiusq. characterem, quamuis executione ordinum careat. deciſ.45 ſub nu.2.

Bonus quilibet præſumitur, deciſ.62. nu.6.

Bulla Sixti V. edita contra Clericos malè promotos, redacta eſt ad terminos iuris communis per conſtitutionem Clementis VIII. deciſ.9. nu.1. Et qui ante Conſtitutionem prædictam moderatoriam inciderunt in pœnas Bullæ prædictæ non cenſentur abſoluti per dictam moderationem, ibid.nu.2.

Bulla Gregorij XIV. de immunitate eccleſiaſtica, non eſt extendenda ad caſus ſimiles propter dictionem taxatiuam tantum, deciſ.141. nu.2.

Bullæ Pij V. ſi de protegendis cauſa finalis refertur, deciſ.74.nu.2.

C

CAlix ſi debeatur Eccleſiæ, debet fieri de argento, deciſ.10. in princ.

Cancellaria Apoſtolica non reſcribit Vicario Capituli ſede vacante, ſed Epiſcopo viciniori, deciſ. 44.nu.2.

Cancellationes inualidæ non derogant ſcripturæ, deciſ.135.nu.24.

Cancellatus indebitè de matricula, habetur pro non cancellato. ibid.nu.26.

Canonicus Regularis ex decreto Gregorij XIII. & declaratione Sacræ Congregationis non poteſt obtinere beneficia curata etiam ad tempus, abſque diſpenſatione Apoſtolica. deciſ.159.nu.1.

Canonicus Iudex, eſt ſuſpectus in cauſa ſui Concanonici, quia ſunt fratres, deciſ.179.nu.1.

Canonici habent inter ſe ſocietatem, & familiaritatem, ibid.nu.2.

Cappellæ conſtructio, non requiritur ad acquirendum iuſpatronatus, deciſ.72.nu.1.

Cappella & Eccleſia in multis æquiparantur, deciſ. [illegible] nu.2.

Capitulũ ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo, reſpectu iuriſdictionis delegatæ. deciſ 43.nu.2.

Capituli Odoardus in materia ſufficit, vt ſummariè conſtet de paupertate, nec in ea eſt multum ſcrupuloſè agendum, ſed vrbanè. deciſ.81. nu.6.

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel alius adminiſtrator Hoſpitalis, non poteſt adminiſtratione priuari, niſi eo citato. & iuris ordine ſeruato, deciſ. 122.nu.4.

Capitulum, quod Dei timorem de ſtatu monachorum hodie eſt correctum, deciſ.159.nu.3.

Carceratus, qui effregit carceres, & iam exibat, ſi fuerit captus, habetur, ac ſi aufugiſſet, deciſ.70. num.2.

Carcerati poſſunt examinari ad probandum aliquod factum, deciſ.180.nu.1.

Carceratis, & criminoſis perſonis, nulla eſt adhibenda fides, ibid. in princ. deciſ.

Cardinalis, vel Rex, ſi aliquid facit iure ſuperioritatis, inferior non amittit ſui iuris, niſi poſſeſſionem, quia non eſt actus derogatiuus, ſed prærogatiuus cuiuſdam ſuperioritatis, aut potioritatis, deciſ. 132.nu.7.

Caſus, in quibus quis non tenetur ex facto alterius, enumerantur, deciſ.47.nu.2.

Cauſa grauis dicitur, vbi de honorificentia tractatur deciſ.68.nu 4.

Cauſa nullitatis debet ſaltim ſemiplenè probari, ad effectum obtinendi abſolutionem ad cautelam, & præmitti debet aliqua cauſæ cognitio ante dictam abſolutionem, deciſ.91.nu.2.

Cauſæ reuiſio ſimpliciter conceſſa per Principem, vel per Senatum, intelligitur ſeruatis ſeruandis, deciſ.98. in fine.

Cauſa proxima eſt attendenda in homicidio, & talis eſt, factum ſufficienter directum in mortem, vel mutilationem. deciſ.100 nu. 1.

Cauſa qualibet ſiuè iuſta, ſiue iniuſta, excuſat à dolo, deciſ.137.nu.1. & deciſ.167.nu.12.

Cauſa limitata, limitatum producit effectum, deciſ. 29.nu.7.

Cauſa ceſſante, ceſſat priuilegium. deciſ.157.nu.2.

Cauſa alimentorum ſummariè eſt tractanda, deciſ. 166.nu.7.

Cauſa finalis prohibitionis edicti eſt continua armorum aſportatio, deciſ.167.nu.5.

Cauſa ſemel effecta curialis, ſemper remanet curialis, deciſ.188.nu.2.

Cauſa reſtitutionis æſtimationis, & intereſſe, eſt ita priuilegiata, prout cauſa poſſeſſionis, deciſ. 200. ſub nu. 2.

Cauſa proxima & immediata in omni materia eſt inſpicienda. deciſ.216.nu.3.

Cauſam fauorabilem habentes, ſunt præferendi in concurſu creditorum in actione perſonali, deciſ. 221.nu.1.

Cautio iuratoria admittitur, vbi non reperiuntur fideiuſſores, deciſ.114. in princ.

Cautio de non offendendo, quid ſit, deciſ.129.nu.3.

Cautio de non offendendo eſt impartienda parti aduerſæ eam petenti, ibid.nu.2.

Cautionem de non offendendo petens, iuſtam timoris cauſam probare tenetur, qua non probata reijci debet, ibid. nu.6.

Cautionem de non offendendo petens, poteſt etiam petere à Iudice, quod ei impartiatur licentia aſportandi familiam, ibid.nu 9.

Cæcus poteſt teſtificari de his, quæ viderit in lumine. deciſ.151 ſub nu.1.

Cedens bonis, tenetur indicare bona, vbi nam ſint, alias perdit beneficium ceſſionis. deciſ.81.nu.4.

Charitas debet eſſe in clericis, deciſ.86. in princ.

Chriſtianus quilibet ſuper re propria eſt capax iuriſpatronatus, deciſ.13. in princ.

Citatio generalis ad totam cauſam, & omnes actus, contumacia non obſtante, &c. eſt legitima, deciſ. 3. nu.1.

Citatio arctat citatum ad duo, ſcilicet ad comparendum in termino, & ad comparendum ad cauſam, ibid.nu.3.

Citatione generali facta, procedi ſolet in ipſa cauſa, & pronunciatur etiam diffinitiuè, abſque vlteriori citatione, ibid.nu.2.

Cita-

Digitized by Google

Citationes plures requiruntur in cauſis purgationum, & materia l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. ibidem.

Citato oſtendenti eſſe euidentem calumniam in petendo abſolutionem à iuramento, & quod fiat ad fatigandum aduerſarium pro huiuſmodi probatione facienda, conceditur terminus, deciſ. 30. nu. 1.

Citatio in quolibet negotio, & cauſa requiritur, deciſ. 64. nu. 2. & deciſ. 194. nu. 1. Requiritur in notorijs, d. deciſ. 64. num. 3. Requiritur in ſententijs procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore, ibid. nu. 4. Requiritur in cauſis ſummarijs, ibid. nu. 5. Requiritur ſi ſtatutum diceret, quod ſententia proferri poſſit abſque partis citatione, ibid. nu. 6. Requiritur in laudo proferendo per arbitros, ibid. nu. 7. Requiritur quando tractatur de eijciendo aliquo iniuſto detentore, ibid. nu. 8. Requiritur in prorogatione compromiſſi, ibid. nu. 9.

Citatio non eſt de ſubſtantia in recognitione manus literarum cambij, ibid. nu. 10.

Citatus comparẽs, videtur à iure monitus, deciſ. 135. nu. 27. Et quomodo intelligatur, ibid. nu. 28.

Citatus non tenetur comparere, ſi certum ſit non eſſe de iuriſdictione citantis, deciſ. 163. ſub nu. 12.

Citatio circumducitur ſpatio vnius menſis, deciſ. 83. num. 1.

Citatio partis requiritur in abſolutione ad cautelam, deciſ. 92. nu. 1.

Citatio domi legitimè facta, reddit citatum contumacem ſicut ſi fuiſſet citatus perſonaliter, deciſ. 202. ſub nu. 4.

Citatus per Nuncium bis domi, ſi non comparet reputetur contumax, & poteſt excommunicari, ibid. in fine deciſionis, & in deciſ. 204. in princ.

Citatio ſecunda domi facta per Nuncium abſque commiſſione D. Vicarij, eſt nulla, deciſ. 204. nu. 1.

Citatio realis, non poteſt fieri, niſi à maioribus Iudicibus habentibus mixtum imperium, ibid. nu. 2. In omni citatione requiruntur tria, ſcilicet commiſſio Iudicis, executio, & relatio, ibid. nu. 3. Limitatur prædicta diſpoſitio in debitore fugitiuo, ibidem nu. 4.

Clauſula generalis prohibens alienationem extra familiam, an inducat fideicommiſſum, deciſ. 19. nu. 1.

Clauſula (parito prius iudicato) intelligitur conditionaliter, quando adeſt res iudicata, deciſ. 98. ſub num. 2.

Clauſula (pro te, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcũque) operatur, vt poſſit emphyteuſis alienari ad manus mortuas, deciſ. 126. nu. 7.

Clauſula (pro te, &c.) æquipollet clauſulæ, (& quibus dederis) ibid. nu. 8.

Clauſula (pro te, &c.) operatur, vt feudum, vel emphyteuſis trãſeat ad hæredes extraneos, & etiam ad ſucceſſores ſingulares, ibid. nu. 9. & 10.

Clauſulæ (pro te, &c.) vis, operatur, vt emphyteuſis tranſeat ad omnes, ad quos de ſui natura non tranſiret, ibid. nu. 11.

Clauſulæ (pro te, &c.) vis eſt, vt omnia, & ſingula ſimul veniant in diſpoſitione, & omnia ſingulariter comprehenſa cenſentur, ibid. nu. 12. & 13.

Clauſulæ (pro te, &c.) vis importat expreſſionem caſus ſpecialis, & operatur, vt feudum, & emphyteuſis veniant in reſtitutione fideicommiſſi, ibid. nu. 14. & 15.

Clauſula (non aliter, nec alio modo) non iuuat, quando adeſt culpa reſignantis beneficium, deciſ. 207. num. 4.

Clericus non cenſetur irregularis ex eo tantum, quod interfuit homicidio, niſi etiam conſtet de participatione deciſ. 34. nu. 1.

Clerici introeuntis domum meretricum, quæ ſit pœna de iure Cur. Archiep. Neap. deciſ. 63. nu. 1.

Clericus peccat non oſtendendo ſigna dilectionis particularis, & ingratè recipiendo petentem ſibi veniam, deciſ. 86. in princ.

Clericus adulter, ob cuius ſuſpitionem maritus occidit vxorem, eſt irregularis, deciſ. 100. nu. 4.

Clericus adulter, ſi ſe defendendo alium occidit, eſt irregularis, ibid. nu. 3.

Clericus incorrigibilis, vide in verb. incorrigibilis clericus.

Clericus teſtis poſt probationes receptas in cauſa criminali, non eſt irregularis, ibid. nu. 2.

Clericus, qui reum capit inquiſitũ de capitali crimine, & Iudici tradit, erit irregularis ſequuta morte deciſ. ead. ſub nu. 2.

Clerici, & Doctores antiquiores debent primam vocem habere, & locum in ſedendo, deciſ. 131. nu. 16.

Clericus ſodomitatus efficitur infamis, deciſ. 133. num. 11.

Clericus confugiens ad Eccleſiam, gaudet immunitate eccleſiaſtica, deciſ. 141. ſub nu. 1.

Clerici non ſunt repellendi abſque rationabili cauſa à ferendo teſtimonio in cauſa ſuæ Eccleſiæ, deciſ. 144. ſub nu. 2.

Clericus citatus ſuper tenore inſtrumenti, ſi comparet, & allegat ſolutionem, & offert cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, niſi oſtenderit ſatisfactionem, non carceratur, deciſ. 155. nu. 3.

Clerici pro debito ciuili non carcerantur, nec reconueniuntur, niſi in quantum facere poſſunt in Cur. Archiep. Neap. deciſ. 160. nu. 1. & deciſ. 59. in princ.

Clericus ſpoliator non conuenitur ſuper fructibus, niſi in quantum facere poteſt, ſecus ſuper præbenda, qua alium ſpoliauit, ibid. nu. 2.

Clericus non poteſt iuriſdictionem Iudicis laici prorogare deciſ. 163. nu. 9.

Clerici poſſunt cogi ab Epiſcopo ad præſtandam cautionem de non offendendo, deciſ. 184. in fin.

Clerici iniuriantis Iudicem laicum pœna, deciſ. 31. ſub nu. 6. in fin. deciſ.

Clericus in caſibus in quibus venit priuandus beneficijs, ſi eget, debet ei ſubueniri de fructibus eorundem beneficiorum, deciſ. 185. nu. 1.

Clerici quoties condemnantur, habenda eſt ratio, ne cogantur mendicare, ibid. ſub nu. 2.

Clerico ſuſpenſo propter concubinatum, non ſubuenitur de fructibus beneficij, ibid. ſub nu. 3. Fallit tamen in articulo mortis, vel in alia extremiſſima neceſſitate, ibid.

Clericus non poteſt renunciare beneficio fori in præiudicium Eccleſiæ, deciſ. 174. ſub nu. 2.

Clerici filij Doctorum non condemnantur ad triremes, ſed relegantur in Cur. Archiep. Neapol. deciſ. 216. nu. 1.

Cognitio ſummaria præcedere debet in diſpenſatione facienda, an ſit vtilitas, vel neceſſitas, deciſ. 30. nu. 2.

Colla-

Digitized by Google

Collatio, quæ debet fieri cum alterius conſenſu, non poteſt dici libera, deciſ.192.nu.2.
Collatio probari poteſt per teſtes in beneficijs exigui valoris, & quæ non ſunt in dignitate, deciſ.201. num.2.
Collatio facta à Summo Pontifice, non indiget alia confirmatione, ibid.
Collegij conuocatio, deficiente Rectore fit ab antiquiore Collegij, deciſ.131.nu.10.
Comes Palatinus baſtardos legitimans, cum non ſit Comes, poteſt ad mortem condemnari, deciſ. 107.ſub nu.1.
Commiſſarius nouus, tenetur iterum citare partem abſentem, deciſ.94.nu.2.
Commiſſi pœna ceſſat, quando fuit nulla alienatio, deciſ.135.nu.2.
Commodum quis conſequi non debet ex ſuo delicto, deciſ.47.ſub nu.6.
Communio alias excommunicati, an faciat præſumi quem eſſe abſolutum, remittitur arbitrio Iudicis, deciſ.113 nu.4.
Communis opinio ſemper ſequi debet, & ſecundum eam eſt iudicandum, & aſſignatur ratio, deciſ.47. ſub nu.13.
Compater, qui eſt affinis, dicitur teſtis idoneus, & omni exceptione maior, deciſ.217.nu.7.
Compater poteſt teſtimonium ferre pro eo, quem de ſacro fonte leuauit, ibid.nu.8.
Conceſſo aliquod alicui, dicitur conceſſum omne, quod requiritur ad illud, deciſ.48. nu.1.
Conceſſo alicui maius, dicitur conceſſum, & minus, ibid. nu.3.
Concil.Trident. nihil innouauit circa modos probandi iuſpatronatus in perſonis priuatis, & particularibus, ſed tantummodo in perſonis Magnatibus, Communitatibus, & Vniuerſitatibus, deciſ. 72. nu.11. Et an inter huiuſmodi perſonas Magnates, Communitates, & Vniuerſitates comprehendatur Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ad finem, vt poſſit præſumi vſurpatio, ibid.nu.12.
Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.9.de Regular. videtur tollere viam ordinariam dicendi de nullitate profeſſionis, non tamen viam extraordinariam, deciſ. 182.nu.4.
Concluſio in criminalibus, non eſt de neceſſitate libelli deciſ.78 nu.3.
Concubina, & ancilla, quæ ſint, cognoſcitur ex modo tractandi, deciſ.76.nu.1.
Concubinarius eſt non ſolum, qui retinet cõcubinam domi, ſed etiam alibi, puta in domo matris, vel aliarum conſanguinearum retineat, & cum ea aſſiduam habeat conſuetudinem, deciſ.76. nu.3.
Concubinatus probatur ex acceſſu, & quotidiana conuerſatione cum muliere, ibid.nu.2.
Condemnatus iniuſtè, ob euitandam mortem, ſi reperiret carceres apertos tenetur exire, deciſ. 47. ſub nu. 12.
Condemnatio ad æſtimationem rei in poſſeſſorio non poteſt fieri, ſed tantum ad æſtimationem poſſeſſionis, deciſ.200.nu.3.
Conditio deficit, quando conſtat ſtatim defecturam, deciſ.199.in princ.
Conducens mulierem, libidinis cauſa de loco ad locum, raptus crimen committit, deciſ.214.nu.1.
Conducens puellam de vna camera ad aliam, & ſuper lectum proijciens, non eſt tanquam raptor puniendus, ibid.nu.2.
Conductor antiquus, præfertur nouo pro eodem pretio, tamen limitatur in prædijs Eccleſiæ, deciſ. 181.nu.1.
Conductor primus ſi prætendit relocationem, debet eam probare per ſcripturam, ibid.nu.3.
Confeſſio extraiudicialis non probatur per teſtes ſingulares, deciſ.35.nu.1.
Confeſſio extraiudicialis probat ſemiplenè, & requiritur, quod per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore probetur, ibid.nu.2.
Confeſſio incidenter facta non nocet, deciſ.52.num.2. Intelligitur ſi non tangit negotium principale, ibid.nu.3.
Confeſſio facta in vna cauſa, non nocet in alia inter alias perſonas, ibid.nu.6.
Confeſſus incidenter, vt poſſit puniri, noua requiritur inquiſitio, deciſ.ead.nu.8.
Confeſſioni ſupplicantis ſtatur in eius præiudicium, deciſ.71.nu.11.& deciſ.172 nu.7.
Confeſſio ad liberandum, valet parte abſente, deciſ. 75.nu.29.
Confeſſio ad liberandum, valet parte abſente ſi facta ſit ſimpliciter, non ſub aliquo prætextu non ſequuto, ibid.nu.30.
Confeſſor peccat mortaliter abſoluendo, niſi prius parti læſæ ſit ſatisfactum, petendo veniam, deciſ. 86.ſub nu 2.
Confeſſione inualida, quis non poteſt damnum pati, deciſ.135.nu.14.
Confeſsio quoties emanat contra legis prohibitionem, non habetur pro vera, ſed pro erronea reputatur, ibid.nu.15.
Confeſſus habetur pro iudicato, & in eum nullæ ſunt Iudicis partes, deciſ.172.nu.2.
Confeſsio eſt tantæ efficaciæ, vt nunquam intelligatur reiecta, ibid.nu.4. Et contra propriam confeſſionem non eſt quis audiendus, ibid.nu.3.
Confeſsio eſt maior quocunque inſtrumento publico, ibid.nu.5.
Confeſsio facta Deo, non probat in foro exteriori, ibidem nu.8.
Confeſsionis reuelatio condemnati ad mortem facta à Confeſſore, de licentia ipſius condemnati, non valet, ibid.nu.9.
Confeſsio eſt de iure diuino, ibid.nu.10.
Confeſsio facta non coram Iudice in figura iudicij, ſed coram Notario cauſæ, non præiudicat, ibidem num.13.
Confeſsio facta à patre metu torturæ filio inferendæ, non nocet, deciſ.186.nu.3.
Confeſsio delicti extorta metu torturæ non præcedentibus legitimis iudicijs non offendit confitentem, etiam ſi ſit perſeuerata, & millies ratificata, ibid.ſub nu.2.
Confeſsionis ſacramentalis ſecretum, eſt de iure diuino, deciſ.190.nu.1.
Confeſsionem caſu audiens, tenetur ſeruare ſecretum ſigilli, ibid.nu.2.
Confeſsionem Sacerdos non poteſt releuare, etiam in crimine læſæ Maieſtatis, & ſimoniæ, ibidem num.3.
Confeſſor non poteſt cogi ad reuelandum confeſsionem nullo præcepto, etiam ſub pœna excommunicatio-

Digitized by Google

cationis, ibidem ſub num.1.
Conſanguinei, vel affines admittuntur ad probandam innocentiam ſui conſanguinei inquiſiti, deciſ.217.nu.5.
Conſenſus quando non requiritur certo, & limitato tempore, tunc actus conualidatur quandocunque dictus conſenſus ſuperuenerit, deciſ.6.nu.3.
Conſenſus ab initio debebat præſtari, & non fuit præſtitus, quandocunque præſtatur, validat actum, ibid.ſub nu.3.
Conſenſus patris licet ab initio non fuerit præſtitus filio comparenti in iudicio, quandocunque tamen præſtetur, validat iudicium, ibid. in fin. deciſ.
Conſenſus priuati facit Iudicem eum, qui iuriſdictioni præeſt, deciſ.163.nu.5.
Conſenſus ſpiritualis eſt fortior, quam laicalis, deciſ.177.nu.4.
Conſenſus eſt ſimul ſenſus, deciſ.192.nu.1.
Conſenſus includit conſilium, ibid.nu.4.
Conſenſus, & voluntas idem ſunt, ibid.ſub nu.2.
Conſilium, quod ſe haberet ad bonum, & ad malum, debet interpretari in meliorem partem, deciſ. 62. num.5.
Conſilium ſufficit petere, ſed non eſt neceſſe ſequi, ſecus vero in conſenſu, deciſ.192.nu.3.
Conſtitutio in dubio intelligi debet continere ius cõmune, & non ſpeciale, deciſ.12.ſub nu.2.
Conſtitutio facta ad euitandas fraudes, concernit publicam vtilitatem, deciſ.74.nu.4.
Conſtitutio ligat forenſes contra Bart. deciſ.84.nu.1.
Conſtitutio, ſiue edictum eſt ſtricti iuris, & ideo nõ extendenda, deciſ.122 in princ. & deciſ.225 nu.6.
Conſtitutio tantum habet de actu, quantum habet de potentia, & non amplius, deciſ.122. in princ.
Conſtitutio ſi de aliquo non diſponit, nec nos diſponere debemus, ibid.
Conſtitutionis limitatæ vis ea eſt, vt contineat contrariam diſpoſitionem, deciſ.225.nu.9.
Conſtitutio omnis de ſui natura eſt retractabilis, & mutabilis, habito reſpectu ad temporis mutationem. deciſ.157. nu.1.
Conſtitutio mutatur voluntate Conditoris, ibid. ſub num. 3.
Conſuetudinis vis eſt magna, deciſ.67. nu.4.
Conſuetudo dicitur pars iuris ciuilis, ibid.nu.5.
Conſuetudo vincit legem, ibid.nu.6.
Conſuetudo loci eſt obſeruanda, ibid.nu.7.
Conſuetudo, etiam mala excuſat, ibid.nu.8.
Conſuetudo poteſt facere, quod facit pactum, ibidem num.9.
Conſuetudo tribuit iuriſdictionem homini priuato, ibid.nu.10.
Cõſuetudo loci, in quo quis defunctus eſt quoad ſucceſſionem ſeruanda eſt, ibid.nu.11.
Conſuetudo loci, in quo res ſita eſt ſemper inſpicitur, ibid. nu.12.
Conſuetudo in prælationibus attenditur, ibid.nu. 13.
Conſuetudo iudicij eſt attendenda quoad ſolemnitates concernentes ad litis ordinationẽ, ibid.nu.14.
Conſuetudo eſt optima legum interpres, ibid.nu.15.
Conſuetudo dicitur interpretatiua contractuum, ibid. nu.16.
Conſuetudo facit ſilere leges, & omnis lex poſitiua per eam tollitur, ibid.nu.17.
Conſuetudo loci, vbi fit contractus attenditur cum duabus illationibus, ibid.nu.18.
Contractus verba ſunt ſeruanda, deciſ.74.nu.10.
Contractus factus præcedente cauſa illum veſtiẽte, ea non ſequuta reſoluitur, deciſ.75.nu.17.
Contractum nullum dicens, audiendus eſt etiam non reſtituto eo, quod accepit, deciſ. 117. nu.1.
Contractum petens reſcindi, non eſt audiendus, niſi relicto prius eo, quod tranſigendo accepit, ibidem num.2.
Contractus quando non eſt reſciſſus in minuendis annuis redditibus requiritur Pontificis aſſenſus, deciſ.134.nu.4.
Contractus validus non innouatur per nullum, deciſ. 135.nu.16.
Contumacia, & litis pendentia non inducuntur ex citatione circumducta, deciſ.83.nu.2.
Contumax dicitur is, ad quem citationis notitia peruenit, & requiritur, quod notitia verè ad eum perueniat, nec ſufficit, quod potuerit notitia veriſimiliter ad eum peruenire, deciſ.207.nu.1.
Contumax verus dicitur is, qui poſt delictum ne citaretur perſonaliter aufugit a loco delicti, & in ſui odium habetur pro præſente, ibid.nu.2.
Conuictus ſemel de crimine, non eſt puniendus, deciſ.63.nu.2.
Copia copiæ non facit fidem, etiam quod à pluribus Notarijs ſit conſcripta, & etiam ſi illi Notarij atteſtarẽtur ſe vidiſſe originale deciſ. 198. in princ. Limitatur quando pars fuit citata, & nihil contra eam fuit oppoſitum, ibid.nu.1.
Corpora, ſeu cadauera punitorum ſunt ſepulturæ tradenda, deciſ.215.nu.1. Intellige prout n.2.
Corpora, ſeu cadauera punitorum, ſi ſunt perſonarum vilium tradi poſſunt anatomiæ, ibid.nu.3.
Corpus Chriſti inuentum in terra, licitum eſt laicis ſumere in caſu neceſſitatis, deciſ.96. ſub nu.1
Credens viro fide digno, excuſatur non tantum à dolo, ſed à culpa, deciſ.127.nu.2. & 3.
Creditor qui tenet pignus, non admittitur ad præſentandum, quia fructus rei pignoratæ non ſpectant ad creditorem, deciſ.11.nu.4.
Creditor non niſi per ſatisfactionem videtur à iure ſuo recedere. deciſ.75.nu.14.
Crimen ſtellionatus, non dicitur contractum ex ſola petitione debiti, deciſ.40.nu.3.
Crimen non eſt exprimendum in impetratione gratiæ deciſ. 137.nu.2.
Crudelis dicitur ille, qui propriam famam negligit, deciſ.68. nu.14.
Culpa, & pœna ſuos debet ſequi authores, deciſ.47. num.2.
Culpa in dubio non præſumitur, deciſ. 62.nu.7.
Culpa lata in criminalibus non æquiparatur dolo, deciſ.130.nu.3.
Cultellus aptus ad incidendum panem, non venit appellatione armorum, deciſ.122.nu.2. & deciſ.208. num.2.
Cultellus panis ſi portetur ad offendẽdum, venit appellatione armorum, deciſ.208.nu.3.
Curiales ſunt cognoſcendi ab illo Iudice, qui Curiæ præeſt, deciſ.69 nu.9.
Curſores Cur. Archiep. Neap. non poſſunt capere Clericos abſque expreſſo mandato in ſcriptis D. Vicarij, deciſ.206.nu.1.
Curſores Cur. Archiep. Neap. inuenientes Clericos por-

Digitized by Google

portantes arma prohibita, vel facientes aliquid prohibitum, poſſunt capere eos abſque mandato, ibid. nu.2.

Curſores Cur. Archiep. Neap. poſſunt declarare eorum intimationes, ſeù citationes, deciſ.15.nu.2.

Cuſtos Arcis excuſatur ſi loco ſui virum non alias probatæ conditionis ſubrogauit, ſi poſtea ſubrogatus prodiderit, deciſ.137.nu.10.

D

Debitor à creditore liberatur quietatione, deciſ. 75.nu.1. Declaratur nu.16.

Debitor ne carceretur, poteſt cedere bonis, niſi ſtatutum aliter diſponat, deciſ.81.nu.2.

Debitor, qui poteſt acquirere, & non acquirit, videtur in fraudem creditorum facere, deciſ.134.nu.9.

Debitores (de iure ciuili antiquiſſimo) tradebantur creditoribus dilaniandi, ſed à media iuriſprudentia hoc fuit abrogatum, deciſ.59.nu.1.

Debitum quis non dicitur petiſſe, ſi petenti non eſt ſatisfactum, deciſ.40. nu.3.

Debitum debet eſſe liquidum, vt quis poſſit capi de perſona, deciſ.61. nu.7.

Decima non debet ſolui de rebus illicitè acquiſitis, intelligitur quando pro ijs competeret repetitio, & dominium non transfertur, deciſ.143.nu.2.

Declaratio nihil de nouo inducit, & non immutat ſenſum declarati, & illud retrotrahitur, deciſ.15. num.2.

Declaratio non fit niſi per eum, qui poteſt reuocare vel condere actum, ibid. ſub nu.1.

Decretum Iudicis in alienatione rerum pupillorum, vbi æs alienum vrget, ex æquitate non requiritur, deciſ.226 nu.8. Amplia ſtante hypotheca præcedente, ibid.nu.9. Amplia in tranſactione, quæ poteſt fieri abſque Iudicis decreto, ſi eſt vtilis pupillo. ibid.nu.10.

Decretum Iudicis regulariter poteſt præcedere cōtractum, interuenire, & ſubſequi, deciſ.227. nu.1. Amplia in feudalibus, ibid. num.2. Reſpondetur Capyc. in inueſtit. feudal. quod ſcilicet illius opinio non procedat, vbi rei pupillaris alienatio fit ære alieno vergente, ibid.nu.3. Probatur etiam hoc, ibid.nu.4. & 5. Et in dubio pro Iudicis decreto præſumitur, ibid.nu 7.

Delegatio ſoluit obligationem, & delegare eſt ſoluere, deciſ.75.nu.6.

Delegatio requirit perſonas delegantis, delegati, & delegatarij, ibid.nu.21.

Delegatione perfecta, liberatur omninò delegans, etiā non ſequuta ſolutione à delegato, ibid.nu.8.

Delegatus à debitore, debet ſtipulari, & promittere ad beneficium creditoris, cui delegatur, ibidem num.24.

Delinquens in officio, eſt ſuſpendendus ab illo, deciſ. 22.nu.2.

Delinquens in legem, non debet gaudere priuilegio legis, deciſ.94. in princ.

Delinquens, ex citatione facta domi poteſt banniri, ſi non comparet, deciſ.202.nu.3.

Delicti in genere probatio non requiritur cum publicis graſſatoribus, quando confitentur occidiſſe, & proieciſſe in mare corpora incognitorum, deciſ. 46.nu.1.

Delictum alterius nemo purgare debet, deciſ. 47. num.1.

Pro uno delicto quis pōt puniri diversis poenis fol 85

Delictum eſt, gerere ſe pro clerico, cum talis non ſit, & poteſt puniri pœna arbitraria, deciſ.107.nu.1.

Delictum atrocius exiſtimatur, quod fit, aut fieri mādatur per pecuniam, deciſ.112. ſub nu.2.

Delictum non poteſt probari, niſi teſtibus omni exceptione maioribus, deciſ.217.nu.1.

Denunciator ſi animo calumniandi crimina non denunciauerit, eiuſdem denunciantis iuramento probatur, deciſ.4. ſub nu.1.

Deponere omnes poſſunt, dummodò eis non reperiatur expreſsè prohibitum, deciſ.2. ſub nu.1.

Deſtinatio habetur pro facto, deciſ.199. in princ.

Deus de periurio plurimum contriſtatur, deciſ.114. ſub nu.1.

Dictio (vel) eſt alternatiua, deciſ.72.nu.5. Limita quando ponitur inter genus, & ſpeciem, in hoc enim caſu eſt copulatiua, ibid.nu.6.

Dictio (alias) poſita per Concil. Trident. in cap.9. ſeſſ.25. circa modum probandi iuſpatronatus, quid importet, ibid.nu.7.

Dictio (tu) ponitur ad demonſtrandum, non ad coarctandum, deciſ.88. ſub nu.5.

Dictio (quibuſcunque) vti vniuerſalis omnia comprehendit, deciſ.136.nu.16.

Dicto vnius teſtis ſtatur, vbi agitur de peccato euitando, vtputa de probando impedimento matrimonij, deciſ.169.nu.2.

Dictum habetur pro certo, quod à fide digno audiuimus, deciſ.137.nu.6.

Dictum iuramento, præfertur non iurato, deciſ.148. ſub nu.4.

Dictum vnius, ſicut & fama impedit matrimonium, deciſ.169.nu.5.

Dies Dominici ſunt ſeruandi de iure Eccleſiaſtico, deciſ.189.nu.1.

Diebus feſtis ſeptem permittuntur, ibid.nu.2.

Dignior quis dicitur ratione antiquioris originis, deciſ.131. nu.2.

Dignitas antiquior eſt nobilior, ibid.nu.8.

Dilatio probatoria 20. dierū datur in Regno Neapolitano, in quo cauſæ ſunt ſummariæ, dec.166.nu.6.

Dilationem triennalem, vel quinquennalē concedere pōt Epiſcopus clericis debitoribus, dec.97.nu.1.

Dilationes triennales, vel quinquennales non poſſunt cōcedi debitoribus, niſi à Principibus Superiores non recognoſcentibus, ibid. in princ. deciſ.

Dilationes in cauſis exequutiuis, non dantur, deciſ. 166.nu.2.

Diminutio eſt ſpecies alienationis, deciſ.134.nu.5.

Dimiſſoriarum amiſſio poteſt probari per teſtes, deciſ.150.nu.2.

Diſpenſatio non debet concedi, vbi non ſubeſt iuſta cauſa, deciſ.30.nu.3.

Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, ibid. ſub num.2.

Diſpenſatio dicitur quaſi diſcreta penſatio, ibid.

Diſpenſatio intelligitur pro prima vice, niſi ſimus in actu iterabili, vt in facultate teſtandi, dec.95.nu.3.

Diſpenſatus ad ordines non eſt diſpenſatus ad beneficia, nam diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictè eſt interpretanda, ibid.nu.1.

Diſpenſatus ad obtinendum, non eſt diſpenſatus ad retinendum, ibid.nu.2.

Diſpenſatus ad beneficia curata, non dicitur diſpenſatus ad ſimplicia, ibid. ſub nu.3.

Diſpo-

Digitized by Google

Diſponere in facto proprio nemo poteſt, deciſ. 157. in princ.
Diſpoſitio de bonis antiquis hodie non fit, niſi de medietate, deciſ. 28. nu. 3.
Diſtinctio debet eſſe inter agentem, & patientem, deciſ. 157. in princ.
Diuiſio beneficij, in dubio eſt prohibita, deciſ. 7. nu. 1. & 2.
Diuitiæ nobilitant hominem, deciſ. 216. nu. 10.
Doctor dicitur magis nobilis, quam ille, qui eſt nobilis genere, deciſ. 216. nu. 11.
Doctor præfertur nobili ſimpliciter, ibid. nu. 13.
Doctori minori non datur reſtitutio in integrum, deciſ. 222. nu. 10.
Doctores, & homines ſagaces, & negotiorum experti non excuſantur alienando res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis in extrauagant. ambitioſæ, ibid. nu. 9.
Doctores, qui tractarunt de materia inuentarij referuntur, deciſ. 67. nu. 2.
Doctores, & Clerici antiquiores debent primam vocem habere, & locum in ſedendo, deciſ. 121. nu. 16.
Dolus regulariter non præſumitur, niſi probetur, deciſ. 167. nu. 13.
Domicilium ratione quis forum ſortitur, deciſ. 124. num. 6.
Dominium non transfertur per alienationem factam contra expreſſam voluntatem teſtatoris, deciſ. 28. num. 4.
Dominium transfertur in Eccleſiam ipſo iure ſine traditione, deciſ. 177. nu. 2.
Dominus directus non poteſt cedere prælationem, deciſ. 27. nu. 3.
Dominus de re propria liberè, & abſolutè diſponit, deciſ. 128. in princ.
Dominus poteſt rem ſuam locare, cui voluerit, deciſ. 181. nu. 2.
Domus iudicatur ex aditu à quo habetur frequentior acceſſus, deciſ. 171. nu. 7.
Donatio facta à patre ad finem, vt filius poſſit promoueri ad ordines, non poteſt reuocari vitio ingratitudinis, deciſ. 19. nu. 1. & deciſ. 185. nu. 3.
Donatio facta ob cauſam, non poteſt reuocari vitio ingratitudinis, ibid. nu. 2.
Donatio facta Eccleſiæ, non poteſt reuocari propter ingratitudinem Prælati, deciſ. 19. ſub nu. 2.
Donatio connumeratur inter ſpecies alienationis, ibidem.
Donatio facta cauſa matrimonij carnalis, quemadmodum non poteſt reuocari propter ingratitudinem, ita non poteſt reuocari ſi ſit facta contemplatione coniugij ſpiritualis, quod eſt Clericatus, ibid. ſub nu. 3.
Donatio iuriſpatronatus, vide in verb. iuriſpatronatus donatio.
Donatio poteſt acceptari mortuo donatore, deciſ. 124 num. 8.
Donator non poteſt promittere etiam cum iuramento nõ reuocare donationem propter ingratitudinem, deciſ. 19. in princ.
Dos, & cauſa pia æquiparantur, deciſ. 221. ſub nu. 4.

E

Eccleſia non eſt tutela ijs, qui non ſunt ſub eius lege, deciſ. 94. in princ.
Eccleſia non poteſt alienare, deciſ. 136. nu. 3.
Eccleſiæ appellatione, continetur omnis locus pius, deciſ. 147. nu. 3.
Eccleſia dum eſt interdicta, non poteſt in ea celebrari, ita in Cappella, ibid. nu. 4.
Eccleſiæ debent eſſe in maxima veneratione, deciſ. 171. nu. 1.
Eccleſia non fouet fraudem in ſuis contractibus, deciſ. 177. nu. 3.
Eccleſia gaudet immunitate, etiam ſi non fuerit perfectè conſtructa, deciſ. 199. nu. 1.
Eccleſia ſpoliata, ante omnia eſt reſtituenda, deciſ. 174. nu. 3.
Eccleſiæ damnoſa acquirere, eſt ſpecies alienationis deciſ. 134. nu. 8.
Edicta ſunt temporanea, & expirant morte conditoris, deciſ. 149. nu. 1.
Edicta facta in Synodo Diœceſana, ſeu Prouinciali, ſunt perpetua, ibid. nu 2.
Edicta facta à Capitulo ſede vacante ſunt perpetua, niſi reuocentur per Epiſcopum de nouo creatum, ibidem.
Edicti Cur. Archiep. Neap. pena, vide in verb. pena.
Edicti verbis ſtandum eſt, & ab eis non recedẽdum, deciſ. 167. nu. 1.
Edictum per quod ius tertij læditur ſtrictè eſt intelligendum, ibid. nu. 4.
Edictum de teſtibus eſt prohibitorium, deciſ. 2. nu. 1. & deciſ. 217. nu. 3.
Edictum de conſtituendo iuſpatronatus videtur prohibitorium, & omnibus cenſetur permiſſum, niſi reperiatur expreſsè prohibitum, deciſ. 13. in princ.
Edictum extenditur ad non expreſſa, quando viget identitas rationis, deciſ. 122. nu. 3.
Edictum de teſtibus eſt generale, deciſ. 180. nu. 1.
Edictum non intelligitur plus quam verba ſonant, deciſ. 225. nu. 5.
Edictum, ſiue Conſtitutio eſt ſtricti iuris, & ideò non extendẽdum ibid. nu. 6. & deciſ. 122. in princ.
In Edictis, & Statutis non valet argumentum à contrario ſenſu, d. deciſ. 225. num. 3. Et quomodo procedat, ibid. nu. 4.
Emens rem furtiuam ſi non eſt mercator, & eſt malæ famæ, & non docet à quo habuerit poteſt torqueri, deciſ. 50. nu. 3.
Emens ab aliquo, qui aſſerit ſe Procuratorem excuſatur ſi à fide dignis intellexerit illum habere mandatum, deciſ. 137. nu. 8. Ampliatur vt nu. 9.
Emptor tenetur ſoluere laudemium, si de hac re certioratus fuit à venditore, deciſ. 105. nu. 1.
Emptor quilibet præſumitur ſcire qualitates rei, quam emit, deciſ. 105 ſub nu. 1.
Emptor cui nondum res eſt tradita, non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, & impedire ne tertius in poſſeſſionem mittatur, deciſ. 177. nu. 1.
Emphyteuſis non tranſit ad Eccleſiam, deciſ. 136. nu. 1. Aſſignatur duplex ratio, ibid. nu. 2.
Emphyteuſis tranſiens in Collegium, ſiuè Vniuerſitatem dicitur tranſire ad manus mortuas, ibid. num. 5.
Emphyteuta non priuatur re emphyteutica, niſi cum effectu vendatur, & ideò ſi exponit rem venalem, & non vendit, ea non priuatur, & ſimiliter quando alienatio fuit nulla ex aliqua cauſa, deciſ. 70. nu. 7. 8. & 9.
Emphyteuta alienans abſque conſenſu directi Domini,

Digitized by Google

ni,incidit in commiſſum.deciſ.27.nu.1.
Emphyteuticarius nedum prohibetur rem emphyteuticam alienare,verum etiam illam deteriorare,deciſ.134.nu.12.
Enunciare quid in libello non ſufficit,niſi probetur, deciſ.211 nu 9.
Enunciata debent probari, & non eſt ſtandum verbis enunciatiuis partis, ibid. nu 11. Amplia, vt num.12.
Epiſcopi ſuffraganei tenentur ſeruare interdictum Eccleſiæ matricis.deciſ.65.nu.6.
Epiſcopi in eorum Diœceſibus dicuntur Principes, deciſ.97.nu.3
Epiſcopo dandum eſt mandatum de manutenendo quoad exercitium iuriſdictionis in tota ſua Diœceſi, etiam ſi non probet quaſi poſſeſſionem, deciſ. 213.nu.3. Ampliatur ſiuè Epiſcopus ſit in Ciuitate,vel alibi per Diœceſim, & ſiuè per ſe, ſiuè per Vicarios ſuos quouis modo ſolitus ſit exercere iuriſdictionem, ibid.nu.4.
Epiſcopus licet veniat appellatione Sacerdotis, ſecus tamen eſt in materia penali, deciſ.16.nu.3.
Epiſcopus eſt Caput Cleri,ibid.ſub nu.4.& deciſ.97. ſub nu.1.
Epiſcopus eſt ſuper omnes Principes, ibid ſub nu.4. & deciſ.97.ſub nu.1.
Epiſcopus diſpenſans ad id,quod non licet fieri,punitur deciſ.30. ſub nu.2.
Epiſcopus debet dirimere controuerſias in proceſſionibus.deciſ.90.nu.1.
Epiſcopus poteſt condere Statuta, habet merum, & miſtum imperium,& dicitur illuſtris,deciſ.97. num.2.
Epiſcopus poteſt eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, deciſ.144.num.1.Sed quando cauſa eſt perſonalis Epiſcopi non poteſt eſſe Iudex. ibid.nu.2.
Epiſcopus dicitur ſponſus Eccleſiæ, ibid. in princ. deciſ.
Epiſcopus pro offenſione ſibi facta poteſt malefactores punire,ibid.in fin deciſ.
Epiſcopus poteſt præcipere Parocho,vt inhabitet intra fines Parochiæ, deciſ.145. nu.1.
Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentia ordinare non poteſt,deciſ.152. in princ.
Epiſcopus poteſt cauſam pendentem coram ſuo Vicario ad ſe auocare,deciſ.158.nu.1.
Epiſcopus non poteſt ad ſe auocare cauſam pendentem coram Ordinario inferiore. ibid nu.2.
Epiſcopus poteſt ex toto reuocare Vicarium ad libitum,& etiam ex parte prohibere illi,ne iudicet in cauſa. ibid.ſub nu.1.
Epiſcopus tenetur eius Diœceſim rixoſis, & ſcandaloſis Clericis purgare,deciſ.184.ſub nu.1.
Epiſcopus non poteſt corrigere Capitulares ſine conſenſu Capituli,deciſ.192. ſub nu.4.
Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper collatione omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis,etiam ſi ſint in Eccleſiis Collegiatis,deciſ.201.nu.1.
Epiſcopus de iure communi habet intentionem fundatam exercẽdi iuriſdictionem quoad omnes ſubditos in tota ſua Diœceſi, etiam in inuitos, deciſ. 213.nu.2.
Epiſcopus ſiuè ſit in poſſeſſione ſubiectionis, ſiuè non,poteſt vti ſua iuriſdictione contra inferiorem præſcriptionem allegantem, quouſque præſcriptio probetur.deciſ ead.num.5.
Epiſcopus de iure communi habet intentionem fundatam, vt poſſit viſitare omnes Eccleſias ſibi ſubiectas. ibid nu.9. Ampliatur vt poſſit propria authoritate viſitare etiam Eccleſias exemptas, quando non habent ſpecialem exemptionem quoad viſitationem.ibid nu.10.
Epiſcopus non poteſt ex facultate ſua ordinaria viſitare Eccleſiam ſpecialiter exemptam quoad viſitationem,nec aliam illi vnitam. item nec Clericos ibi exiſtentes corrigere.ibid.nu.12.
Epiſcopus poteſt ad inſtantiam cuiuſque concedere monitoria,etiam pro re furtiua,deciſ.219.nu.3.
Epiſcopus poteſt concedere dilationem triennalem, vel quinquennalem clericis debitoribus,deciſ.97. num. 1.
Errans in delictis, in quibus requiritur dolus excuſatur,deciſ.128.nu.5.
Euchariſtiam euomentis per ebrietatem,vel voracitatem pœna,deciſ.96.ſub nu.1.
Examinati ab Vniuerſitatibus,& approbati,non debent iterum ab aliis examinari, deciſ.139.nu.2.
Exceptio quando eſt intricata in iure,aut in facto,poteſt reſeruari ad merita cauſæ.deciſ.26.nu.2.
Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur in literis cambii,deciſ.55.nu.13. in fine.
Exceptio periurii, quando requirit altiorem indaginem, reſeruatur ad merita cauſæ, ne retardetur proceſſus ſuper negotio principali, deciſ.115.n.1.
Exceptione periurii probata in fine cauſæ, proceſſus redditur nullus,ibid.nu.2.
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, deciſ.141. ſub nu.1.
Exceptiones propoſitæ per proceſſum ad vlteriora, cenſentur reiectæ quando adeſt incompatibilitas, deciſ.176 nu.1.
Exceptio propoſita per proceſſum ad vlteriora,cẽſetur reiecta,quando de ea fuit cognitum, ibid.n.2.
Exceptio peremptoria, in exequutione ſententiæ opponi non poteſt,deciſ.174.nu.1.
Exceptio immunitatis eccleſiaſticæ, poteſt opponi in qualibet parte iudicii,ibid.ſub nu.1.
Excipere de iure tertii non licet regulariter, deciſ. 27.nu.5.
Excommunicatus petens abſolutionem ad cautelam, debet ſummariè cauſas nullitatis excommunicationis probare,quod ſi ab initio conſtat non eſſe nullam,non conceditur, & ſi conſtat eſſe nullam, ſtatim datur abſolutio ſimpliciter,deciſ.91.nu.1.
Excõicationem eſſe latam ob manifeſtam offenſam opponens,multa probare debet,deciſ.92.nu.2.
Excommunicatus debet gaudere immunitate eccleſiaſtica,deciſ.94.nu.1.
Excommunicatus non arcetur ab Eccleſia,quando in eo non celebrantur diuina,ibid.nu.2.
Excommunicatus non poteſt ſepeliri in Eccleſia,deciſ.94.in princ.
Excommunicatio eſt maior pœna, quæ datur in Eccleſia.ibid. in fin.princ.deciſ.ante nu.1.
Excommunicatus ſemel, ſemper præſumitur talis, donec legitimè probetur abſolutio, deciſ.113.n.1.
Excommunicatus.vel ſuſpenſus,vbique eſt excõmunicatus,vel ſuſpenſus,deciſ.124.nu.9.
Excommunicato prouidetur de fructibus beneficii, quando aliundè viuere nequit, & alias eſſet fame periturus.

Digitized by Google

perituros, etiam ſi ex propria culpa fuiſſet excommunicatus. deciſ. 185. nu. 2.

Excommunicatus propter contumaciam in cauſa fidei, de qua erat ſuſpectus poſt annum damnatur vt hæreticus. deciſ. 202. in princ.

Exculpatio facta per ſocium criminis in articulo mortis, vel in patibulo prodeſt inculpato. deciſ. 24. nu. 2.

Exemptio à viſitatione non comprehenditur ſub generali conceſſione exemptionum facta ad fauorem alicuius Eccleſiæ. deciſ. 213. nu. 11.

Exemptus æquipollet non ſubdito, deciſ. 163. num. 1. Et in eo non poteſt quicquam ſtatui, ibid. ſub nu. 2.

Exemptus citatus, quando non tenetur comparere, ibid. nu. 11.

Exemptus citatus, non efficitur contumax in non comparendo, ibid. nu. 12.

Exemptus in vno loco non eſt exemptus in alio, deciſ. 178. nu. 2.

Exemptus ratione certæ rei, & loci, non eſt exemptus ratione alterius rei, & loci. ibid. nu. 3.

Exequutio dum fieri poteſt in bonis debitoris, nunquam ad eius carcerationem deuenitur, deciſ. 59. ſub nu. 1.

Exequutio poteſt fieri pendente lite ſuper ceſſione bonorum, deciſ. 31. nu. 3.

Exequutio fit, quando contra exequutionem inſtrumenti nulla poteſt opponi exceptio vigore ſtatuti, ſecus ſi poteſt aliqua exceptio opponi, ibid. nu. 5.

Exequutio, & quilibet ordo iudiciarius eſt prohibitus fieri in Eccleſia. deciſ. 171. nu. 3.

Exequutor Apoſtolicus poteſt exercere officium ſuum, quando prouiſus in continenti turbatur, deciſ. 58. nu. 2.

Exequutoris Apoſtolici poteſtas, expirat eo ipſo, quod prouiſus Apoſtolicus inductus eſt in poſſeſſionem, & per aliquod tempus pacificè poſſedit, ibid. nu. 1.

Exiſtens in articulo mortis, præſumitur verum dixiſſe. deciſ. 24. nu. 1.

Exiſtens in quaſi poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco, poteſt armata manu reſiſtere ei, qui vult illum amouere, deciſ. 63. num. 10. Quaſi poſſeſſio ſedendi acquiritur vnico actu, & facit, vt in dubio pro poſſeſſoribus pronuncietur, ibid. nu. 4.

Expenſæ debent fieri per fiſcum, quando proceditur per viam inquiſitionis. deciſ. 33. nu. 1.

Expenſæ non debentur quando cauſa eſt criminaliter intentata à reo, ſiuè abſoluto, ſiuè condemnato, ibid. in princ. deciſ.

Expenſæ litis debent ſubminiſtrari pauperi litiganti, deciſ. 56. nu. 2. Quomodo intelligatur, ibid. nu. 4.

Expenſæ litis debentur ſi filius petat bona paterna, vel mulier dotem, ibid. nu. 3.

Expenſæ litis debentur ſi de parte hæreditatis agatur, ibid. nu. 9.

Expenſæ litis debentur fratri petenti vitam, & militiam à fratre, ibid. nu. 10.

Expenſæ litis debentur vxori de matrimonio litiganti cum viro, ibid. nu. 11.

Expenſæ litis debentur etiam ſi vxor agat contra hæredes mariti pro dote, & donatione propter nuptias, ibid. nu. 13.

Expenſæ litis debentur vxori de matrimonio litiganti cum viro, & etiam poteſt petere alimenta lite pendente, ibid. nu. 12. Limita vbicunque maritus eſt pauper, & nullam dotem recepit, ibid. nu. 14. Et in cauſa, vbi vxor de adulterio à marito accuſata primam ſententiam contra ſe reportaſſet, ibidem num. 7.

Expenſæ litis debentur Canonico agenti contra Prælatum, qui fuit remotus. ibid. nu. 15.

Expenſæ litis debentur Monacho litiganti cum Abbate ibid. nu. 16.

Expenſæ litis debentur cuilibet pro alimentis, quando alimenta debentur. ibid. nu. 17.

Expenſæ litis debentur cuilibet litiganti pro vtilitate publica, & Clerico litiganti pro vtilitate Eccleſiæ, ibid. nu. 18.

Expenſæ litis debentur Electo, ſiuè Poſtulato interim dum proſequitur electionem, ibid. nu. 19.

Expenſæ litis debentur priuato prætendenti bona communia, vel ad ſe ſpectare contra poſſeſſorem, ibid. nu. 20.

Expenſæ litis debentur etiam pauperibus litigantibus cum Iudice, qui ſtat ſyndicatui, ibid. nu. 21.

Expenſæ litis non debentur, quando actor, qui petit non habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ, ibidem num. 5.

Expenſæ litis non debentur filio petenti reſcindi tranſactionem cum patre in vita factam, & quando petit reſcindi donationem à matre factam, vel ſi hæreditatem, quam petit vendidit, vel renunciauit, ibid. nu. 6.

Expenſæ litis non debentur ſpurio ſtante teſtamento patris contra eum facto, & pupillo litiganti cum tutore de adminiſtratione tutelæ etiam denegantur, ibid. nu. 8.

Extenſio de perſona ad perſonam, non eſt permiſſa. deciſ. 29. in fin.

Extenſio non eſt facienda in pœnali, & ardua materia, deciſ. 74. nu. 8.

Extractus ab Eccleſia blandis verbis, vel minis Iudicis, eſt reſtituendus. deciſ. 174. nu. 4.

Extrauagant. ambitioſæ ſolemnitas requiritur in alienatione annuorum redditũum Eccleſiæ, deciſ. 134. nu. 2. & 3.

F

FAciendum de proximo, habetur pro facto, quando id quod eſt faciendum infallibile, & certum exiſtit. deciſ. 190. nu. 3.

Factum infectum fieri non poteſt. deciſ. 45. ſub nu. 2.

Factum dicitur illud, quo commodè vti poſſumus, deciſ. 93. ſub. nu. 1.

Falſas menſuras tenentes ſunt puniendi, nec excuſantur per ignorantiam, deciſ. 89. in fin.

Falſam monetam fabricans, qui punitur pœna mortis, non punitur ſi fabricauerit bugatenos non vſuales in Ciuitate, deciſ. 104. ſub nu. 1.

Falſi pœna non infligitur illi, qui non fuit in dolo, deciſ. 130. nu. 1. & 5.

Falſi in crimine non ſufficit dolus præſumptus, ſed requiritur verus, ibid. nu. 6.

Falſi coniectura euitari poteſt, quando adeſt veritatis primordium, ibid. nu. 7.

Falſi expreſſio, quæ non mouet ad facilius concedendum, non vitiat gratiam. deciſ. 165. nu. 3.

Falſi expreſſio qualibet vitiat gratiam, ibid. nu. 6.

Falſificans per ſe, vel per alios literas Papæ, eſt excommunicatus, deciſ. 42. nu. 1.

Fal-

Digitized by Google

Falſificans literas Cardinalis ſcribentis nomine Sanctiſſimi, non incurrit pœnas cap. ad falſariorum de crim. falſ. cum verè non dicatur falſare literas Papæ, ibid. nu. 3.
Falſificans literas Delegati Papæ, non punitur ita acriter, ac falſificans literas Papæ, ibid. num. 4. Et contra falſarios larga eſt facienda interpretatio, ibid. nu. 2.
Falſificantium literas pœnæ, ibid. ſub nu. 5.
Falſitas potius præſumitur in literis gratiæ, quam iuſtitiæ, ibid. nu. 5.
Falſitatis enormitates recenſentur, ibid. ſub nu. 2.
Falſitas ad hoc, vt dicatur, requiritur ſcientia, & dolus, deciſ. 89. nu. 2.
Falſitas apocæ in vno caroleno, non meretur punitionem, propter modicitatem rei, deciſ. 104. nu. 1.
Fama impedit matrimonium contrahendum, deciſ. 169. nu. 3.
Fama plus facit, quam vnus teſtis, vbi iuramentum interuenit, ibid. nu. 4.
Fama, vt concludat, debet probari ante litem motam ſuper eo, ſuper quo probatio famæ requiritur, ibid. num. 6.
Famæ ſpecies quælibet ſufficit fauore matrimonij, ibidem nu. 7.
Fama publica cum vno teſte de veritate, non probat, ibid. nu. 8. Sed declara, vt nu. 9.
Famæ probatio fit etiam ſi teſtes dicant, quod publicè dicitur, licet non ſpecificent à quibus audierint ibid. ſub nu. 9.
Familiaris Epiſcopi gaudet priuilegio eiuſdem Epiſcopi, deciſ. 19. nu. 2.
Familiares comprehenduntur in priuilegio Dominorum, ibid. nu. 7.
Fatuus æquiparatur furioſo, deciſ. 130. nu. 8.
Fœmina excluſa à ſucceſſione, cenſetur etiam excluſa à iurepatronatus, deciſ. 126. nu. 13.
Febricola leuis, non dicitur febris, deciſ. 102. ſub num. 1.
Fictio non habet locum in diſpoſitionibus, in quibus attenditur veritas, & non fictio, deciſ. 36. ſub nu. 4.
Fideicommiſſum relictum in diem mortis, non cedit ante diem mortis, deciſ. 28. nu. 2.
Fideicommiſſum, an inducatur per clauſulam generalem prohibentem alienationem extra familiam, deciſ. 29. nu. 1.
Fideicommiſſum abſolutum, ex quibus inducatur, ibid. nu. 4.
Fideicommiſſum in dubio non præſumitur, & propterea illud allegans tenetur probare, ibid. nu. 6.
Fideicommiſſum non ſolum cenſetur inductum in cauſa alienationis, verùm etiam in cauſa mortis, ibid. ſub nu. 1.
Fideiuſſor liberatur à præſentatione rei principalis, quando antequam idem fideiuſſor requiratur, vel in mora conſtituatur, reus citatur, deciſ. 37. nu. 1.
Fideiuſſor non tenetur præſentare reum, quando Superior comminatus eſt reo mortem, ibid. nu. 2.
Fideiuſſor remanet liberatus, reo effecto irrepreſentabili, facto Iudicis, ibid. nu. 3.
Fideiuſſor quandó eſt ſoluēdo, non carceratur principalis, nam bona fideiuſſoris computantur in bonis creditoris, deciſ. 59. nu. 2.
Fides facit fidem, quando ſumus in caſu in quo ſufficiunt probationes leuiores, & concurrunt adminicula, deciſ. 99. num. 1.
Filius ergo hæres, quomodo intelligatur, deciſ. 142. per totam.
Filius habitans domi patris, quãmuis præſumatur animo educandi, quoniam actio pendet ab animo, ſtandum eſt eius iuramento, ſi aſſerat tali animo non habitaſſe, deciſ. 4. ſub nu. 1.
Filius non poteſt carcerari facere patrem, nec liquidare inſtrumentum contra ipſum via ritus, deciſ. 186. nu. 1.
Filius non eximitur à patria poteſtate per clericatum, ibid. nu. 4.
Filiusfamilias clericus poteſt carcerari ad inſtantiã patris, ob eius malos mores, ibid. ſub nu. 1.
Filiusfamilias ſi percuſſit Clericum, & viuit ſeorſum à patre, debet adire Romam pro abſolutione, ſecus verò ſi eſt in familia paterna, niſi hoc feciſſet in fraudem patris, deciſ. 156. nu. 2.
Filiorum appellatione, nepotes continentur, deciſ. 216. nu. 2.
Fiſcus non poteſt lite pendente priuatum cum quo contendit, re ipſa, de qua tractatur priuare, deciſ. 132. nu. 12.
Fiſcus non poteſt compellere priuatos, vt emant res confiſcatas per eum ſubhaſtandas, deciſ. 138. in princ.
Fiſcus tenetur probare coniecturas ſi delictum fuerit factum animo deliberato, deciſ. 173. ſub nu. 1.
Forma abſoluendi ab excommunicatione, conſiſtit primo, vt quis iuret de parendo mandatis Eccleſiæ, ſecundo, vt ſatisfaciat parti, ſi offenſa eſt notoria, aut expenſas, ſi contumacia ſimiliter ſit notoria, deciſ. 86. nu. 2.
Forum quis ſortitur ratione delicti, deciſ. 49. nu. 1.
Frater repellitur à iudicando in cauſa ſui fratris, deciſ. 179. ſub nu. 1.
Fugæ præparatio idem operatur, quod operatur ipſa fuga, deciſ. 70. nu. 4.
Fundamentum intentionis ſuæ vnuſquiſque probare tenetur, deciſ. 211. nu. 1. & 2.
Fur condemnatus ad fuſtigandum non eſt dimittendus è carceribus, niſi prius ſatisfaciat parti, & fiſco, deciſ. 86. ſub nu. 2.
Furtum quid ſit, deciſ. 62. nu. 1.
Furtum eſt difficilis probationis, ibid. nu. 2.

G

Gabella non debetur ex contractu nullo, deciſ. 135. nu. 10.
Geſta à Vicario poſt auocationem cauſæ, non valent, deciſ. 158. nu. 2.
Gloſſæ opinio ſemper eſt ſequenda, & periculoſiſſimum eſt ab ea recedere, deciſ. 59. in fin.
Graſſatus ſemel gaudet immunitate Eccleſiæ, deciſ. 63. nu. 3. Redditur ratio, ibid. nu. 4.
Gratia promiſſa, non complectitur torturam, quæ fit ad eruendam veritatem, deciſ. 38. nu. 2.
Gratia Principis ſemper eſt interpretanda, vt iura tertij non lædantur, deciſ. 97. in princ.
Gratia eſt ſubreptitia, in qua non ſunt expreſſa ea omnia delicta, deciſ. 116. nu. 1.
Gratia eſt etiam ſubreptitia, quãdo non ſunt expreſſa ea omnia, quæ Principem retraxiſſent à conceſſione, ibid. nu. 2. In ea exprimenda ſunt etiam illa, quæ ſi expreſſa fuiſſent, Princeps non facilè conceſſiſſet, ibid. nu. 3.

[illegible]

Gra-

Digitized by Google

Gratia eſt etiam ſubreptitia, quando non eſt in ea expreſſum intereſſe tertij, ibid.nu.4.

Gratia ad hoc, vt ſit valida, non ſufficit generalis expreſſio delictorum, ſed ſpecifica requiritur, ibid. num.5.

Gratia ſecunda valet, non facta mentione de prima, quando in dicta ſecunda adeſt clauſula generalis, quod ſit gratia de illo delicto, & de omnibus alijs, ibid.nu.6.

Gratia de ſecundo delicto valet, non facta mentione de primo, quando primum delictum eſt eiuſdem generis cum ſecundo, ibid.nu.7.

Gratiam impetrans, tenetur verificare narrata, deciſ.165.nu.1. Sed non tenetur verificare, niſi ea, quorum falſitas vitiat gratiam, ibid.nu.2.

H

HÆreditas nõ poteſt pro parte adiri, & pro parte repudiari, deciſ.126.nu.3.

Hæreditas dum non eſt ſoluendo pro omnibus legatis, fiat diminutio pro rata ab omnibus legatis, etiam pijs, deciſ.221.in fin.

Homicida committens homicidium animo deliberato, ſi fuerit captus à Iudice incompetenti, remittitur ſuo Iudici competenti, deciſ.49. nu.3.

Homicida proditorius, non gaudet immunitate eccleſiaſtica, deciſ.80.ſub nu.2.

Homicida in dubio præſumitur feciſſe delictum cum dolo, & ex propoſito, niſi contrarium probetur, deciſ.173.nu.1.

Homicidium proditorium eſt, cum quis nulla præcedente inimicitia, vel rixa alium occidit, deciſ.80. nu.2. & deciſ.168.nu.1.

Hominem poſſe viuere vſque ad centum annos præſumitur, deciſ.18.in princ.

Hominem eſſe, & Inferno eſſe, quam non eſſe melius eſt, deciſ.47.nu.9.

Honeſtas morum, eſt neceſſaria in diſtribuendis beneficijs, deciſ.133.nu.1.

Honor, vitæ adæquatur, deciſ.68.nu.5. & 16.

Honorem inultum relinquere, verecundum reputatur, ibid.nu.7.

Honor eſt præferendus omni lucro, ibid.nu.6.

Hoſpitium Religioſorum dicitur locus Religioſus, & æquipollet Monaſterio, deciſ.138.nu.1.

Hoſtiam conſecratam eleuans de terra in peccato mortali, peccat mortaliter, deciſ.96. ſub nu.1.

I

ID quod noſtrum eſt, ſine facto à nobis auferri non poteſt, deciſ.132.nu.9.

Ignorans non dicitur delinquere, & ignorantia in dubio præſumitur, deciſ.89.nu.1.

Ignorans mitius punitur, deciſ.130. nu.10.

Ignorantia excuſat à delicto, ibid.nu.9.

Ignorantia non præſumitur, niſi ſufficienter probetur, deciſ 65.nu.5.

Ignorantia iuris aliquem non excuſat, & quomodo intelligatur, deciſ.220.nu.9.

Illegitimè aliquid fieri, & non fieri paria ſunt, deciſ.125.nu.5. & 9.

Immunitate eccleſiaſtica gaudent, qui non reperiuntur expreſsè prohibiti, deciſ.141 nu.1.

Imploratur fruſtra à Principe id, quod de iure communi permittitur, deciſ.41. ſub nu.4.

Impoſitio ſeruitutis, vide in verb. ſeruitutis impoſitio.

Incendiarius, non poteſt abſolui ab excommunicatione, niſi prius damnum reſarciat, quod intulit per incendium, aut iuret inſuper de cætero non apponere ignem, deciſ.86.ſub nu.3.

Incorrigibilis Clericus dicitur, qui reuertitur ad priora delicta, & maiora, ac in eis perſeuerat, deciſ.87.nu.1.

Incorrigibilis non dicitur, qui etiam ſi commiſerit innumera delicta, tamen pœnitentia ductus, eſt emendatus, ibid.num.2. Ad incorrigibilitatem requiruntur duo copulatiuè, ſcilicet perſeuerantia in delictis, & trina monitio, ibid.nu.3.

Incorrigibilis dicitur, qui differt iniūctam pœnitentiam facere, ibid.nu.4.

Incorrigilis dicitur etiam, qui ſe immiſcet enormibus delictis, & non incedit in habitu, & tonſura quoad effectum amiſſionis priuilegij fori. Item dicitur incorrigibilis per binas remiſſiones de delictis, pro quibus imponitur pena mortis, ibid.nu.5.

Indicia purgantur per torturam, deciſ.73.nu.4.

Indicijs purgatis per torturam, reus eſt relaxandus, ibid.nu.5.

Indicia grauia, & vrgentia purgantur per torturam ibid. nu.6.

Indicia remanent vacua, dum reus perſiſtit in negando, deciſ.101.nu.1.

Indicia noua, ſunt illa, quæ differunt à primis in ſpecie, deciſ.154. nu.1.

Indicia noua non dicuntur adeſſe ſi teſtes repetantur, ibid.nu.2.

Indicia noua ſi ſunt impertinentia, non debet repeti quæſtio, ibid.nu.3.

Induſtria perſonæ quando cenſetur electa, vide in verb. perſonæ induſtria.

Infames repelluntur à teſtificando, etiam ſi ſint infames infamia facti, deciſ.146. nu.1.

Infamia impedit quem conſequi beneficia, deciſ.133. num 3.

Infamibus portæ dignitatum patere non debent, ibid. num.2.

Infamis tàm de iure, quàm de facto repellitur à promotione, ibid nu.4.

Inferior non poteſt tollere legem Superioris, deciſ. 14.in princ.

Infidelis non admittitur ad teſtimonium perhibendum contra Chriſtianum, deciſ.51.nu.1. Redditur ratio, ibid.num.2. Et concluſio prædicta ampliatur procedere in quacunque ſpecie infidelitatis, ibid. num.3.

Infidelis effectus Chriſtianus admittitur ad perhibendum teſtimonium, ibid.nu 4.

Infirmis licitum eſt tangere ſacra, vt liberentur ab infirmitatibus, deciſ.96.nu.3.

Ingreſſus humilis fieri debet in Eccleſijs, deciſ.171. num. 2.

Ingreſſus Diœceſim cum armis, ſtatim fit ſubditus illius, ratione delicti, deciſ.84.nu.3.

Inimicitiæ cauſa ſi ſubſiſtat, vel ſubeſſe præſumatur ſufficit ad repellendum teſtem, deciſ.2.nu.3.

Iniuria quæuis illata Officiali, cenſetur atrox, deciſ. 31.nu.4.

Iniuria illata vni, alteri nocere non debet, deciſ. 47. ſub nu.4.

Iniuriam intulens Clerico, committit ſacrilegium decis.86.ſub nu.3.

Inſti-

Digitized by Google

Inſtitutionem Canonicam in beneficialibus, vnuſquiſque probare tenetur, deciſ.15. nu 4.
Inſtitutio quorum eſt prior, illi debent præcedere, deciſ.131.nu.17.
Inſtrumento minus ſolemni eſt credendum, quando apparet ſecundum illius tenorem fuiſſe obſeruatum. deciſ. 108. nu.3.
Inſtrumentum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum in Regno non probat in prophanis. deciſ. 125. nu.1.& 8.
Inſtrumentum ſtipulatum à Notario Apoſtolico, iuxta formam Conſtitutionis Regni, inſtrumentorum robur, ſi petatur exequi iuxta ritum Mag. Cur. Vicar. non probat. ibid. nu.4.
Inſtrumentum nullum, non dicitur inſtrumentum, deciſ.135.nu.6.
Inſtrumentum confectum per Notarium mortuum debet probari per comparationem literarum, deciſ.170.nu.5.
Inſtrumentum alienationis rei Eccleſiæ, quomodo ſit faciendum. deciſ.211.nu.13.
Intellectus ad gloſ. fin. in l.ſi literarum C. de ſolution. deciſ.75.nu.15.
Interdictum, vt obliget, debet intimari parti, & publicari. deciſ.65.nu.2.
Interdictum emanatum contra ſingulares perſonas, ipſis eſt intimandum, ibid.nu.3. Et quid ſi non comparent, ibid.nu.4.
Interdictum quando fertur in Ciuitatem, aut Oppidum, vel Vniuerſitatem, publicatio ſententiæ non eſt facienda ſingulis, ſed ſufficit, quod fiat in locis conſuetis iudiciorum, ibid.nu.7.
Inueniens puellam cum beſtijs in campis, & eam abducens per aliquot paſſus, vt eam carnaliter cognoſceret, non eſt puniendus tanquam raptor, deciſ.214.nu.3.
Inuentarium hæredis multas requirit ſolemnitates, de quibus remiſſiuè deciſ.67. nu.1.
Inuentarium confectum iuxta mores Ciuitatis, non requirit ſolemnitates de iure communi oppoſitas, ibid. nu.3.
Io. Maria Nouarius memoratur, deciſ.70.nu.10.& deciſ.71.nu.16.
Irregularis tunc cenſetur aſſiſtens homicidio, quando directè, vel indirectè cooperatus fuit in homicidio, puta animando percuſſores, &c. ſecus ſi adſtitit caſualiter, deciſ.34.nu.2.
Irregularis efficitur, dans cauſam homicidio, deciſ. 100. in princ.
Irregularitas, quæ ex bigamia contrahitur, eſt de iure poſitiuo, deciſ.45.nu.2.
Irregularitas contracta per homicidium voluntarium, non tollitur per profeſſionem in Religione, nam prouenit ex propria culpa, & facto. deciſ.82. num. 1.
Irregularitas ex defectu natalium, tollitur per ingreſſum Religionis, ibid.nu.2.
Irregularitas ſola, quæ eſt expreſſa in iure, tollitur per profeſſionem in Religione, in cæteris autem, quæ in iure non exprimuntur, facilius obtinetur diſpenſatio per dictam profeſſionem. ibid.nu.3.
Irregularitas per profeſſionem in Religione tollitur quoad ſuſcipiendos ordines, non tamen quoad dignitates, adminiſtrationes, & prælaturas, ibidem num.4.
Irregularitas, quæ ex vitio corporis oritur non tollitur per profeſſionem ſi impedit celebrationem, vel inducit deformitatem, ibid.nu.5.
Is, qui ſe fundat in morte alicuius, debet ipſam pleniſſimè probare, tanquam fundamentum intentionis, deciſ.18. in princ.
Itineris arreptio habet vim appellationis, dummodò ſit infra decem dies, & ſeruentur alia neceſſaria ad appellationem, deciſ.153.nu.1.
Itineris arreptio ſi fiat ad Papam ante cauſam cœptam, ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis inferioris, quando cauſa eſt probabilis, ibid.nu.2.
Iudei poſſunt mutuare pecuniam ſuper rebus furtiuis, deciſ.50 nu.2. Et quomodo intelligatur, ibid.
Iudex, qui vltra petita condemnat, dicitur fatuus, deciſ.5. ſub nu.1
Iudex pœnam à iure, vel Statuto impoſitam, poteſt ex cauſa minorare, deciſ.14.nu.1.
Iudex poſt ſententiam non poteſt minuere pœnam etiam ex cauſa, idem nu.2.
Iudex non poteſt cogi ad minuendam pœnam, etiam cauſa aliqua exiſtente, ſed aliqui ſentiunt contrarium, ibid.nu. 3.
Iudex poteſt minuere pœnam ex cauſa non obſtante, quod iuraſſet ſeruare ſtatuta, ibid. ſub nu. 1.
Iudex poteſt reſeruare delinquenti, in ſententia infamiam, ibidem.
Iudex non poteſt abſque cauſa minuere pœnam, & ſi in criminalibus minorem pœnam imponit, quam de iure imponere debebat, eſt infamis, & debet præterea puniri eadem pœna, qua erat puniendus Reus, ibid. ſub nu.2.
Iudex non poteſt declarare ſuam ſententiam, deciſ. 15.nu.1. Sed contrarium eſt verius, ibid. nu.4.
Iudex conſtitutus in mortis articulo, ſi dicat ſe tuliſſe falſam ſententiam, non ſtatur eius dicto, nec eius credito, nec per hoc ſententia annullatur, deciſ.24 nu.4.
Iudex eſſet fatuus, qui malefactorem torqueret ſuper plenè probatis, imò teneretur in ſyndicatu, deciſ. 39.nu.3.
Iudex nullam habens in reum iuriſdictionem, poteſt eum capere ad effectum remittendi ad Iudicem loci delicti, qui habeat in eum aliquam iuriſdictionem. deciſ.49.num.2. Et quomodo intelligatur, ibid. nu 6.
Iudex ordinarius non poteſt remittere delinquẽtem exemptum ad Iudicem loci delicti, ibid.nu.4.
Iudex incompetens, qui habet in manibus delinquentem extra ſuum territorium, non tenetur præſertim ex generali conſuetudine, remittere, ibid.nu.5.
Iudex ex confeſſione incidentèr facta, an nouum inchoando proceſſum poſſit reum punire, deciſ.52. num.4.
Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt, deciſ.54.nu. 2.& nu.5.
Iudex delegatus poteſt cognoſcere de iniuria facta Officiali ſuo ex cauſa officij, ibid.nu.10. Reſpondetur contrarijs, ibid.nu.11.
Iudex in criminalibus poteſt aliter, quam petitum ſit iudicare, deciſ.78.nu.4.
Iudex ſi per negligentiam non facit reſtituere furtum parti, vel damnum illatum, tenetur inſolidum, deciſ 86.nu.3.
Iudex poteſt facere taxationem in pecunia, vt ſoluatur

Digitized by Google

tur parti læſæ ſecundum qualitatem perſonæ iniuriatæ.deciſ.86.ſub nu.2.

Iudex, qui prætextu publicæ authoritatis occidit illicitè, vel ob cauſam leuiorem damnat iniuſtè ad mortem aliquem, fit irregularis, deciſ. 100. ſub num.2.

Iudex non tenetur in ſyndicatu ratione mutationis torturæ.deciſ.102.nu.2.

Iudex ex præſumptionibus, & indicijs indubitatis, non poteſt aliquem condemnare, imò neque plures præſumptiones coniungi poſſunt ad faciendam plenam probationem ſi ſint diuerſæ ſpeciei, deciſ. 109.nu.1.

Iudex ex indicijs vehementibus poteſt condemnare ad pœnam extraordinariam,ibid.nu.3.

Iudex æquiparatur Principi, qui non poteſt reprehendi,deciſ.115.ſub nu.1.

Iudex in ſententia, quam profert in fauorem inquiſiti, poteſt iuſta cauſa ſubſiſtente etiam ex officio condemnare inquiſitum abſolutum ad præſtandam cautionem de non offendendo querulantem offenſum,deciſ.129.nu.1.

Iudex omne,quod fecit, in dubio præſumitur de iure feciſſe,deciſ.170.nu.2.

Iudex quando procedit ad vlteriora, cauſa non cognita, ille actus non nocet opponenti exceptionem rei iudicatæ, ſecus vbi cauſa cognita, deciſ.176. ſub nu.2.

Iudex ſi non cognouit, non poteſt præſumi factum, ibid. in fin. deciſ.

Iudex habet latiſſimum officium, circa cautionem de non offendendo,deciſ.181.nu.1.

Iudex ex cauſa poteſt aliquem loco, vel Prouincia interdicere, ibid.nu.2.

Iudex tenetur Prouinciam, malis, & prauis hominibus purgare.ibid.ſub nu.1.

Iudex ex officio debet decernere alimenta inopi,deciſ.191.nu.1.

Iudex poteſt concordare dicta teſtium,data ipſorum imparitate in numero,deciſ.193. in princ.

Iudex ordinarius per delegationem ſibi factam à Superiore euadit Delegatus,deciſ.205. nu. 1. Limitatur quando committitur ei id,quod ad ſuam iuriſdictionem pertinet,ibid nu.2.

Iudex ordinarius tunc euadit Delegatus, quando per commiſſionem Superioris alteratur iuriſdictio Ordinarij, item cum adeſt verbum (delego) vel authoritate noſtra cognoſcas, dummodò in parte principali apponatur, ſecus ſi in clauſulis finalibus,ibid.nu.3.

Iudex ordinarius Regularium, eſt Protector Religionis,deciſ.223.nu.3.

Iudex ſi condemnauit in parte,à contrario ſenſu non videtur ab alia parte abſoluere, deciſ.225.nu.2.

Indices,qui ſubſunt eidem Principi, tenētur remittere delinquentes ad inuicem.deciſ.49.nu.6.

Iudicis imagini prohibetur quis iniuriam inferre, deciſ.31. ſub nu.5.

Iudicis officium eſt cogere partes ad concordiam, deciſ.86.in princ.

Iudicis arbitrio relinquitur,quæ dicantur ardua, magna,vel grauia negotia.deciſ.88.ſub nu.6.

Iudicandum eſt in dubio pro matrimonio, deciſ.66. num.10.

Iudicio pendente, num clericus debeat gaudere beneficio cap.Odoardus,non poteſt carcerari, deciſ. 160.nu.3.

Iudicium moueri poteſt contra perſonam in loco, vbi res ſita eſt, etiam ſi bona ſint mobilia, deciſ. 75. nu.1.

Iuramentum præſtitum in quietatione facta ſub prætextu ſolutionis non ſequutæ,non obſtat, deciſ.75. num.13.

Iuramentum ſuppletorium non defertur ei,qui ſemel peierauit.deciſ.114.nu.1. & deciſ.164.nu.1.

Iuramentum Conſtitutioni adiectum in tantum durare debet,in quantum natura Conſtitutionis tanquam principalis durat,nec debet durare vltra Conſtitutionis tempus, deciſ.157.ſub.nu.1.

Iuramento alicuius ſtatur in his,quæ dependunt ex eius conſcientia, deciſ.4.ſub nu.1.

Iuriſdictio conceſſa Illuſtriſſimo Nuncio Apoſtolico Neap. l. eſt priuatiue cum clauſula abdicatiua,deciſ.69.nu.11.

Iuriſdictiones cum ſint diſtinctæ, diſtinctus pariter debet eſſe vſus,deciſ.125.nu.2.

Iuriſdictiones inter ſe diſſidere non debent, ſed vna aliam iuuare,ibid.nu.3.

Iuriſdictio data inferiori,in dubio cenſetur data cumulatiuè ad Iudices ordinarios,non autem priuatiuè,deciſ.213.nu.13. Ampliatur etiam ſi competat ex fundatione,ibid.nu.14.

Iura concedentia, vt pro ampliatione Eccleſiæ poſſint cogi vicini ad vendendum, debent extendi etiam ad locationem deciſ.10.in princ.

Iura temporalia non poſſunt ſtatuere contra perſonas Eccleſiaſticas deciſ.70.nu.11.

Ius idem eſt ſtatuendum, vbi militat eadem ratio, deciſ.74.nu.2.

Iuri publico pactis priuatorum non derogatur, deciſ.163.nu.10.

Ius adimplendi non tranſit ad hæredes, deciſ. 224. num.6.

Ius à reſignante beneficium non abdicatur per reſignationem à principio nullam, deciſ. 207. in princ.

Ius opponendi quandocunque remanet ſaluum, quando in termino citationis opponuntur generalia contra,deciſ.198.nu.2.

Ius Parochiale,in quibus conſiſtat.deciſ.215.nu.6.

Iuſpatronatus quilibet poteſt conſtituere, deciſ.13. in princ.

Iuſpatronatus in dubio non præſumitur, ibid ſub num.1.

Iuſpatronatus probatur fama, concurrente longiſſima poſſeſſione, quando ſumus in antiquis, deciſ. 21.nu.1.

Iuſpatronatus ex quibus modis acquiratur, deciſ. 72.nu.2.

Iuſpatronatus,in dubio præſumitur ex fundatione, ibid. nu.3.

Iuſpatronatus dicitur probatum,docto de fundatione,aut dotatione per authentica documenta, ibid. num. 4.

Iuſpatronatus ſicuti ex fundatione, dotatione, ita & ex conſtructione acquiritur, ibid.nu.8.

Iuſpatronatus ad hoc, vt ex dotatione de nouo facta acquiratur, quæ concurrere debent, ibidem num.10.

Iuſpatronatus eſt pars hereditatis,deciſ.126. nu.1.

Iuſpa-

Digitized by Google

Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum, ibid. nu.2.

Iuſpatronatus eccleſiaſticum, iure hæreditario trãſfertur ad hæredes, non tamen ad illos, qui hæreditatem repudiant, ibid. nu. 6.

Iuſpatronatus transfertur ad hæredem extraneum, ibid. nu.7.

Iuſpatronatus non defertur ad filium, qui repudiauit hæreditatem, ibid. nu.8.

Iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem, ibid. nu. 14. In iurepatronatus non conſideratur qualitas ſanguinis, ſed hæreditatis, ibid. nu. 9. 10. & 12.

Iuſpatronatus eccleſiaſticum non competit filio, vt filio, ſed vt hæredi, ibid. in fin. deciſ.

Iuriſpatronatus donatio facta ſine conſenſu Epiſcopi, eſt nulla, deciſ. 224. nu. 3.

Iuſpatronatus acquiritur etiam poſt Eccleſiæ conſtructionem, & dotationem, accedente tamen Epiſcopi conſenſu, ibid. nu. 11.

Ius reuocandi donationem ex remedio l. ſi vnquam C de reu. d. donat. non tranſit ad hæredes quemadmodum ius reuocandi ex cauſa ingratitudinis, ibid. nu.7.

Ius ſedendi, prout iuſpatronatus in Eccleſia, tranſit ad hæredes, deciſ.68. nu.9.

L

Lacerans literas Superioris, punitur graui pœna, deciſ. 31. nu.3.

Laici non acquirunt ius in ſedibus in Eccleſia, niſi ex tolerantia Epiſcopi, deciſ.68 nu.13.

Laici non poſſunt tangere Sacramentalia, deciſ. 96. num.2.

Laicis permiſſum eſt ſe inuicem decipere, deciſ. 177. ſub nu.3.

Laicus, qui furatus eſt bona Eccleſiæ, & capitur in eadem Eccleſia reſtituendus eſt etiam ab Eccleſiaſtico Iudice Eccleſiæ, in qua captus fuit, deciſ. 110. per tot. deciſ.

Laudemium debetur vſufructuario, & non proprietario, deciſ.23. nu.3.

Laudemium tenetur ſoluere emptor, ſi hac re certioratus fuit à venditore deciſ. 101. nu.1.

Laudemium ſoluitur ex natura contractus emphyteutici, ibid. ſub nu.1.

Laudemium non cauſatur ex facto venditoris, ſed ex legis miniſterio, ibid.

Laudemium debetur perfecto contractu alienationis emphyteuſis, ratione nouæ inueſtituræ à Domino facienda, ibid.

Lenones, an ex vnico actu lenocinij ſint ſubditi Domino Gabellæ meretricum, deciſ.63. nu.8.

Legata pia ante omnia alia legata ſunt ſoluenda tanquam æs alienum, deciſ.221. nu.2.

Legata pia non debentur vltra vires hæreditarias, ibid. nu 5.

Legata pia diminuuntur, & ſi aliquibus legatarijs ſoluũtur, & alijs non, datur repetitio collegatarijs per conditionem indebiti, & procedit etiam ſi inter Collegatarios ſit Eccleſia, ibid. nu.6.

Legatis pijs, & non pijs concurrentibus, integrè debent ſolui pia, abſque detractione falcidiæ, ibidem num. 4.

Legatum pium deducendum eſt ad inſtar dotis, ibid. num.3.

Legatum factum filiæ in dubio præſumitur factum in cauſam dotis, ibid. ſub nu.4.

Legatum fructuum, & legatum vſusfructus differunt, deciſ.118. nu. 3.

Legem condens, poteſt eam deſtruere, deciſ. 157. num. 3.

Lex nihil fruſtra operatur, deciſ.47. nu.6.

Lex ſuccurrit facienti actum neceſſarium, ibidem num.8.

Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, ibid. nu. 12.

Lex permittit homicidium cauſa defenſionis factum vim vi repellendo, deciſ.48. num. 4. Ampliatur etiam ſeptem alijs modis, ibid. à nu.5. ad 7.

Lex nulla poteſt ligare non ſubditum, deciſ. 70. num.14.

Lex obligat ſcientem, non ignorantem, deciſ.89. ſub nu.1. & deciſ.220. nu.7.

Libelli ineptitudine non obſtante in Tribunali Principis poteſt iudicari ex proceſſu nullo, deciſ.78. num.6.

Libellus quando eſt particularis, licet in articulis productum eſſet aliquid largius, & plus ſuper illo p'uris iudicandum non eſt, deciſ. 5. ſub nu.2.

Libellus debet continere ea, quæ in iudicio petuntur, & non iudicatur, niſi ſuper deductis in libello, nam ſuper deductis in articulis tantum non fertur ſententia, niſi impropriando libellum, ibid.

Libellus nocet offerenti, deciſ 55. nu.9.

Libellus ſatis eſt, ſi ex vna parte ſuſtentari poſſit, maximè ſi conſtet de iuſtitia cauſæ, deciſ. 78. num.5.

Libellus valet ſi peto rem vt poſtea ſequatur condẽnatio ad æſtimationem, deciſ.200 ſub nu. 1.

Libri Aromatariorum ſingulis annis reuidentur, & recognoſcuntur, deciſ. 106. nu.2.

Libri faciunt pro ſcribente, quando nulla adeſt ſuſpitio, agitur de modico præiudicio, adminiculatur conſuetudo, continet data & accepta, & præcipuè cum iurant Scribentes de fideliter exercendo officium ſuum, ibid. nu. 3.

Libris Aromatariorum credendum eſt, etiam non exhibitis receptis Medicorum, ibid. nu. 1.

Libris mortuorum bonæ vitæ, & famæ concurrente conſuetudine, & præſtito hæredis iuramento in ſupplementum, creditur, ibid. in fin. deciſ.

Licentia conceſſa ad ſtudium, dicitur conceſſa etiam ad fructuum perceptionem, deciſ.220. nu. 15.

Licentia conceſſa ad tempus, non extenditur extra tempus, deciſ.225. nu.10.

Licitum non eſt pro iudicando ſeipſum, vel ſocios capere præmium, deciſ.38. nu.3.

Literæ cambij obligant acceptantem, deciſ.55. num.2. Redditur ratio nu. 3. ibid.

Literæ cambij habent vim inſtrumenti, ſententiæ, & rei iudicatæ, ibid. nu.6. Et quomodo, ibid. nu.7.

Literas cambij acceptans, & ſoluere promittens, remanet obligatus, ibid. nu.4. Obligatur etiam ad intereſſe, ſi in tempore ſtatuto non ſoluat, ibidem num. 5.

Literæ cambij habent executionem paratam, deciſ. 166. nu.1.

Locatio ad longum tempus æquiparatur alienationi, ſecus verò ſi ſit ad modicum tempus, deciſ. 10. nu.2.

Loca-

Digitized by Google

Locatio ad modicum tempus, non mutat dominium, ibid.nu.3.
Locatio proxima eſt emptioni, & venditioni, ibid.in princ.deciſ.
Loci vicinitas, qñq. fraudem arguit, deciſ.124.nu.2.

M

MAgiſter Actorum Ordinarij, dicitur de eius familia, deciſ.69.nu.2.
Maius dignũ trahit ad ſe minus dignũ, dec.171.n.5.
Malitia tunc dicitur ſupplere ætatem in contrahendo matrimonio per verba de præſenti, quãdo adeſt potentia generandi cum diſcretione, deciſ.20.n.3.
Mandans occidere aliquem, dicitur aſſaſſinus, deciſ.112.ſub nu.1.
Manifeſtum dicitur illud, quod conſtat per confeſſionem partis, vel euidentiam rei, deciſ.92.ſub nu.2.
Manus appoſitio Papæ nihil operatur, vbi induceretur derogatio Indulti Apoſtolici, deciſ.183.nu.4.
Manus Regia appoſita rei contentioſe non priuat aliquem poſſeſſione, deciſ.132.nu.8.
Manutentio datur habenti intentionem fundatam de iure communi, etiam nulla probata poſſeſſione, deciſ.213. nu.1.
Manutentio datur Epiſcopo propter iuris aſſiſtẽtiam in facultate exercendi iuriſdictionem, donec contra eum per tres ſententias conformes probetur immemorabilis, quæ Decano, & Capitulo in diſpoſitione Concil.Trident.reſeruatur, ibid.nu.6.
Manutentio datur etiam Ordinario inferiori, nulla probata poſſeſſione, quando habet iuriſdictionem fundatam ex priuilegio, vel conſuetudine, quæ ſit ita notoria, vt negari non poſſit, ibid.nu.7.
Maritus poteſt vxorem ſuam verberare, & corrigere leuiter, & non atrociter, deciſ.121.nu.1.
Matrimonium qui cõtrahere põt, & in Eccleſia orare poteſt etiã iuſpatronatus creare, deciſ.13.in princ.
Matrimonium non eſt minus fauorabile, quam teſtamentum, deciſ.20.ſub nu.3.
Medicus ſi præbeat medelam ante obtentam diſpenſationem ſuper eius irregularitate, diſpenſatio non dicitur ſubreptitia, deciſ.187.in princ.
Melioratio eſt quid diſtinctum ab hæreditate, deciſ.126.nu.11.
Memoriæ labilis exempla multa recenſentur, deciſ.25. in princ.
Mercator ſuſpectus de fuga, ſufficit, quod caueat de iudicio ſiſti, deciſ.61.nu.2. Redditur ratio, ibid.nu.3. Sed cõtrarium fertur deciſum in Cur. Archiep. Neap. & bis in S.C. ſcilicet, quod caueat de iudicio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, ibid.nu.5. & 6.
Meretrices ſimul cohabitantes, vide in verb. teſtimonium meretricum.
Meretrix põt creare iuſpatronatus, deciſ.13.in princ.
Meretrix an poſſit dici illa mulier, quæ ſemel fornicata fuit. deciſ.63.nu.5.
Meretrix an ex vnico actu meretricio ſit ſubdita Domino Gabellæ meretricum. ibid.nu.7.
Meretrix an ex iſto vnico actu poſſit expelli à vicinio, ibid.nu.6.
Meretrix licet turpiter agat, non tamen turpiter accipit, deciſ. 143.num.1.
Meretrix de ſuo meretricio tenetur ſoluere decimam, ibid.in princ.deciſ.
Metus minor requiritur in muliere, quam in maſculo, deciſ.129. nu.10.
Milites Hieroſolymitani degentes extra locum ſuorum ordinum etiã cum licentia ſuorum Superiorũ ſi delinquunt, puniuntur ab Ordinario loci, vbi delinquũt, exceptis iis, qui in priuilegio Pij V. cõprehendũtur, deciſ.223.nu.6. Redditur ratio, ibid.n.7.
Minor parricidium committens, pœna vltimi ſupplicij punitur, deciſ.77. in princ.
Minor ſodomita agens, punitur pœna mortis, ibid.
Minor poteſt foriudicari, ibid.
Minor ſi remedio reſtitutionis in integrum petit reſcindi contractum, non auditur niſi rem cum fructibus reſtituat, deciſ.117.nu.3.
Miſſio in poſſeſſionem contra poſſidentem de facto, facta, non valet abſque citatione. deciſ.132.nu.6.
Momentum temporis, non habetur in conſideratione deciſ.167.nu.7.
Monaſterium dicitur Monachorum ſtatio, deciſ.138. ſub nu.1.
Monitoria concedi debent pro ſcienda veritate alicuius rei contra ſcientes, ſcilicet & non reuelantes, deciſ.1.nu.1.
Monitoria conceduntur ad hoc, vt quis exeat à peccato, ibid.nu.2.
Monitoria poſſunt impetrari contra teſtes pro ſciẽda veritate, pendente cauſa coram Iudice ſeculari, & maximè quando teſtes ignorantur. deciſ.219.nu.1.
Monitoria non ſunt concedenda, ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ, ibid.nu.4.
Monitoria non conceduntur ſi ſint criminoſa, contineant delictum alicuius, aut copia eſſet conſignãda Iudici laico coram quo lis vertitur. ibid nu.6.
In monitorijs nunquam nominatur perſona, quæ præſumitur rem detinere, ſed cum moneſtia dicitur cuicunque ſciuerit apud quem reperiantur talia bona, ibid.nu. 5.
Monitorium generale fit quando aliquid non poteſt probari. ibid.nu.2.
Moræ purgatio cum actum æquitatis concernat, ſemper eſt admittenda deciſ.220 nu.4.
Moræ purgationis tempus relinquitur arbitrio Iudicis, ibid.nu.5.
Mors quæ ſequuta eſt in loco lõginquo, ſufficiunt leues probationes, maximè ſi adſit fama, deciſ.18.nu.2.
Mortis probatio debet eſſe plena, & concludens, vbi agitur de maximo, & irreparabili præiudicio, ibid. in princ. deciſ.
Mulier non poteſt eſſe curatrix, quia neſcit defendere iura, deciſ.11.nu.2.
Mulier nõ põt erigere iuſpatronatus, deciſ.13.in fin.
Mulier quo caſu eſt condemnanda, vt poligama, deciſ.123.nu.1.
Mulier rapiens virum eſt punienda pœna l.vnic.C. de rapt.virg. deciſ.214.nu.6.
Mulieri aſſerenti cum iuramento ſe non vouiſſe caſtitatem ad finem ne impediatur à contrahendo matrimonium creditur, deciſ.4.nu.1.
Mulieris conqueſtus ſolus de vitio nefando non ſufficit ad ſeparationem Thori, deciſ.71.nu.9.

N

NEapolitanorum priuilegium, quod trahant, & non trahantur, extenditur etiam ad eorum negotiorum geſtores. deciſ.69.nu.8.
Neceſſitas non habet legem, deciſ.47.nu.7.
Nemo inuitus cogi debet ad locandum, deciſ.9.nu.4.
Nemo poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro par-

Digitized by Google

te inteſtatus, deciſ.126.nu.5.
Nobilem ſe faciens, cum non ſit, incidit in crimen falſi, deciſ.107.nu.2.
Nobilitas eo perfectior, quo antiquior, deciſ.131.n.7.
Nobilitas procedit ex patre tantum, non ex matre, deciſ.216.nu.6.
Nobilitas ſine facultatibus, ludibrio eſt, & conſeruari non poteſt. ibid.nu.9.col.2. In nobilitate tria requiruntur, ibid.nu.8.
Notarij, vel partis aſſertioni non eſt ſtandum, vbi de tertij præiudicio tractatur, deciſ.211.nu.14.
Notarius inſtrumenta faciens, cum non eſſet Notarius, punitur pœna mortis, deciſ.107.ſub nu.1.
Notarius Apoſtol in Regno non poteſt conficere inſtrumenta in cauſis prophanis, deciſ.125.n.1.& 8.
Notarius Apoſtolicus ſi ſtipulatur inſtrumentum iuxta formam Conſtitut.Regni inſtrumentorum robur, ſi petatur exequi dictum inſtrumentum, iuxta Rit.Mag.Cur.Vic.non probat, ibid.nu.4.
Notarius alterius iuriſdictionis, inſtrumenta conficere nequit, ibid.nu.5.
Notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra Prouinciam conſtituentis, niſi de licentia illius, ad cuius iuriſdictionem declinat, ibid.nu.6.
Notarius fabricans inſtrumentum falſum alias nullum, non punitur pœna falſi, deciſ.135. nu.1.
Notorium facti eundem habet effectum, quem habet notorium iuris quoad iuriſdictionis exercitium, deciſ.213.nu.8.
Nouatio ēt per coniecturas inducitur, non obſtante l.fin.C.de nouation.deciſ.75. nu.4. Modo ſint vrgentiſſimæ, ibid.nu.5. Quod declaratur nu.19.
Nouatio non fit, niſi expreſsè, ibid.nu.18.
Nouatio per additionem tertij, & per alterius obligationem non inducitur, ibid.nu.20.
Nouerca poteſt teſtimonium ferre pro ſuo priuigno, deciſ.217.ſub nu.8.
Nouitius gaudet fori priuilegio. deciſ.223.nu.1.
Nouitius Hoſpitalis S.Antonij de Viēna delinquēs extra clauſtra, punitur ab Ordinario loci, vbi deliquit, ibid.nu.4.

O

OBligatio nulla, non dicitur obligatio, deciſ.135. num.8.
Obligatio eſt reſtringenda, deciſ.175.nu.9.
Obligatio prior tollitur nouatione, deciſ.75.nu.3.
Obliuio in teſte per ſex menſes nō præſumitur. deciſ. 25.nu.1.Sed præſumitur elapſo biennio, ibid.nu.2. Et quando agitur de re graui, requiritur curriculum decem annorum ſecūdum aliquos, ibid.nu.3.
Occidens inimicum à tergo, non dicitur committere homicidium proditorium, deciſ.80.nu.1.
Occidens hominem, qui re vera inuenitur bannitus, excuſatur à pœna homicidij, deciſ.123.nu.3.
Occidens amicum reconciliatum, non dicitur proditor, deciſ.168.nu.2.
Occidens aliquem ſine armis, vtputa manu ipſum ſtrangulando, tenetur pœna homicidij ordinaria, deciſ.173.nu.2.
Occidens aliquem manu vacua, punitur itidem, ac ſi gladio occidiſſet, ibid.nu.4.
Odia, & pœna ſunt reſtringenda, deciſ.220.nu.11.
Odium fauore publicæ vtilitatis, debet ampliari, deciſ.74.nu.5.
Offendēs aliquem cauſa iuuandi extraneum tenetur, deciſ.47.nu.19.

in Officio delinquens eu suspendr' decis 22

Offendens famulum Curiæ venit grauiter puniendus, deciſ.31.nu.2.
Offendens incautum de facie ad faciem ſine diffidatione, dicitur proditor, deciſ.80.nu.3.
Officialis offēſus pretextu dignitatis, ſeù cauſa officij, poteſt ipſemet cognoſcere de offenſione, & condēnare, deciſ.54.nu.7.& 8. Redditur ratio. ibid.n.9.
Officialis offenſus ex cauſa priuata, non poteſt ipſe cognoſcere, nec iudicare, ſed ad Superiorem debet recurrere, ibid.nu.3. & 4.
Officiales debent eſſe in maxima veneratione, cū ſint pars corporis Principis, eoſdēq. offendens dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis, deciſ.31.n.1.
Officialis poteſt deſtruere domum priuati pro decore Ciuitatis, deciſ.138.ſub nu.2.
Omnes habētes legitimam adminiſtrationem, admittuntur ad præſentandū in beneficio, deciſ.11.nu.5.
Onus probandi, quod offenſus eſſet inimicus, incumbit inquiſito, nam homines præſumuntur amici, & non inimici, deciſ.80.nu.4.
Opponens contra reſcriptum, quod ſit ſubreptitium, tenetur probare, deciſ.108.per tot.
Opus illicitum inducit irregularitatem, quando eſt cauſa homicidij, deciſ.34.nu.4.
Opus perfectum dicitur illud, quod conſtat ex omnibus ſuis partibus, deciſ.93.ſub nu.2.
Ordinarij in permutationibus beneficiorum, debent attendere ius commune, deciſ.43.nu.1.
Ordinarius quando poſt Concilium approbauit iuſpatronatus, non tenetur amplius patronus docere de titulo, deciſ.21.nu.1.
Ordo eſt principale beneficij, deciſ.95.in princ.
Origo Patris, nō Aui, eſt inſpiciēda, deciſ.216.nu.7.
Oſculum æquiparatur copulæ, deciſ.195.nu. 3.

P

PActa appoſita inter contrahentes, ſunt ſeruanda, deciſ.27.nu.2.
Pacta obſeruans alicuius ſcripturæ, illam approbare videtur, deciſ.198.ſub nu.2.
Pactū appoſitum in donatione, quod nō poſſit propter ingratitudinē reuocari, nō valet, deciſ.19.in princ.
Papa ſolus diſpenſat cum bigamo, deciſ.45.nu.1.
Papa videtur habere voluntatem, prout verba ſonant, deciſ.74.nu.9.
Papa ſuper iure diuino, diſpenſare non poteſt. deciſ. 172.nu.11.& deciſ.192 nu.1.
Papa apponens manus in cauſa, cenſetur illā auocata ab inferioribus Iudicibus, deciſ.188.nu.1.
Parochia dicitur portio curæ, deciſ.145.ſub nu.1.
Parochiani cogi non poſſunt ab Epiſcopo ad miſſam concionemuè in Parochia audiendam, neque ad addiſcenda ibidem chriſtianæ pietatis rudimenta, deciſ.152.nu.1.
Parochi ob cuius negligentiam aliquid de ſanguine Chriſti ſtillauerit in terrā, pena, deciſ.96.ſub nu.1.
Parochus non docens doctrinam Chriſtianam, eſt ſuſpendendus ab officio, deciſ.22.nu.1.
Parochus tenetur diebus Dominicis, & feſtis plebem ſibi commiſſam inſtruere circa neceſſaria ad ſalutem animarum, ibid.nu.3.
Parochus irreuerenter tractans Sacramentalia, ſuſpenditur à cura, deciſ.96.nu.4.
Parochus habitans extra Parochiam, difficilè poteſt curam animarum exercere, deciſ.145.nu.2.
Parochus eſt redditurus rationem animarum ſibi commiſ-

Digitized by Google

commiſſarum, ibidem ſub num.1.

Parochianus habet intentionem fundatam, vt oēs Chriſti fideles ſepeliantur in eius Eccleſia decedentes intra limites ſuæ Parochiæ, deciſ.215.nu.4.

Pars mitior eſt ſequenda in pœnalibus, deciſ.47.nu. 11. Et quare, ibid.

Pars nobilior vbi eſt, cenſetur ibi eſſe totum, deciſ. 171 num.6.

Parum, & nihil æquiparantur, deciſ.104.ſub nu.1.

Pater, & filius cenſentur eadē perſona, dec.36. n.1.

Pater poteſt præſentare filium ad beneficium iuriſpatronatus, ibid.num.3.

Pater pōt conſentire electioni de ſe factæ, ibid.nu.4.

Pater licet non habeat vſumfructum in bonis feudalibus filij, tamen habere poteſt commoditatem fructuum, deciſ.118.ſub nu.1.

Pater ſi filiū reum ſponte Iudici offerat carcerandū, mitior pena eſt ei infligenda, deciſ.185.ſub nu.1.

Pater eſt maior amicus filio, quam alius, & eum diligit magis quam ſeipſum, ibid.ſub nu.2.

Pater tempore neceſſitatis poteſt vendere filium, ibid.ſub num.3.

Pater ſi amiſerit dignitatem, non poterit eam habere ex perſona Aui, deciſ.216 nu.4.

Patri poteſt concedi licentia vt extrahatur filius ab Eccleſia, ad quam confugerit, cum non ſit ad effectum puniendi, deciſ.41. nu.3.

Patria poteſtas non attenditur in delictis, deciſ.156. ſub nu.2.

Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, ſuccedit in locum beneficij, deciſ.17. nu.1.

Patrimonium, ad cuius titulum eſt aliquis ordinatus quemadmodum non poteſt alienari, ex diſpoſitione Cōcil.Trid. ita donatio bonorum ſuper quibus fuit conſtitutum, reuocari nequit propter ingratitudinem, deciſ.19.ſub nu.2.

Patronus nō poteſt ſeipſum præſentare, dec.36.nu 6.

Pauper nobilis habens palatium deſtructum, cogitur vendere illud diuiti volenti ædificare, deciſ.138. ſub num.2.

Pax eſt de iure diuino, & eam omnes ſeruare debemus, deciſ.86. in princ.

Pax ad euitandam qualitatem proditionis, debet plenè, & euidenter probari, deciſ.168.nu.7.

Peccatum ſuſpitionis hæreſis conſiſtit principaliter in mente, & minus principaliter in effectu, deciſ. 123.nu.4.

Pecunia deſtinata ad emptionem immobilium, cenſetur immobilis, deciſ.199.nu.2.

Pœna falſificantium literas Cardinalis, vel Papæ, deciſ.42. ſub nu.5.

Pœna non debet excedere perſonam delinquentis, deciſ.47 ſub nu.1.

Pœna Clerici introeūtis domum meretricum, quæ ſit de iure Cur. Archiep. Neap. deciſ.63.nu.1.

Pœna extraordinaria punitur, dū quis prohibetur in loco ſedere, ſi defendendo ſe, ne ab illo deijciatur aduerſarium prohibentē occiderit, deciſ.68.nu.15.

Pena rōne minoris ætatis minoratur, deciſ.77.nu.1.

Pena ratione minoris ætatis minoratur, etiā in atrocioribus, puta in falſo, in homicidio voluntario, in præſtante auxilium homicidio animo deliberato commiſſo, & in Sodomita, ibid.num.2. Limitatur quando minor reus excederet annum 20. & eſſet conſtitutus inter 20. & 25. annos, ibid.nu.3.

Pœna præſupponit culpam, deciſ.89. ſub nu.2.

Pœna impoſita pro vulnere, non habet locum in vulnuſculo, deciſ.104.nu.2.

Pœna condemnationis ad triremes non contrahit infamiam, deciſ.119.nu.1.

Pœna condemnationis ad triremes, ſucceſſit pœnæ condemnationis ad metallum, ibid.nu.3.

Pœna infamium non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, ibid.nu.2.

Pœna edicti Cur. Archiep. Neap. contra aſportantes pugiones, &c. comprehendit etiam portantes cultellos duorum palmorum, &c. nam militat eadem ratio, deciſ.122.nu.1.

Pœnæ quandoque ſunt exagerandæ, vt delicta puniantur, & Reſpublica malis hominibus purgetur, ibid. in fin. deciſ.

Pœna non incurritur ex alienatione nulla, deciſ.135. num.11.

Pœna impoſita contra detinentes arma, extenditur etiam ad detinentes arma domi, quod limitatur quando quis detinet vnum, aut duo genera armorum pro tutela ſuæ domus, deciſ.209 nu.1.

Pœnitens ſi dicat aliquod factum, fuiſſe reuelatum à Confeſſario, cū illud in confeſſione audiuiſſet; Confeſſarius tenetur probare contrariū, deciſ.190.n.4.

Percuſſores Clericorum non ſunt abſoluendi, niſi ſatisfacta parte, deciſ.86.nu.1.

Percuſſus poteſt compelli per pœnas ſpirituales ad faciendum pacem, ibid in princ. deciſ.

Percutiens aliquem manu armata in capite, cenſetur percutere animo occidendi, deciſ.173.nu.5.

Periurium non committitur ſine dolo, deciſ. 114. ſub num.1.

Periuriū ex genere ſuo eſt peccatum mortale, ibid.

Periurij exceptio, vide in verb exceptio periurij.

Periurium in dubio non præſumitur, deciſ.164. n.6.

Periurus perdit beneficia omniū legū, deciſ.114 n.2.

Periurus non eſt admittendus in teſtem, ibid.nu.3. & deciſ.164. nu.3.

Periurus non poteſt retinere (ſalua conſcientia) id quod acquiſiuit mediante periurio, ibid.ſub nu.1.

Periurus peccat mortaliter ſiuè in affirmando, ſiuè in negando fiat periurium, ibid.

Periurus eſt infamis, ibid.

Periurus, vt infamis excluditur à dignitate, ibid.

Periurus priuatur beneficio eccleſiaſtico, ibid. & deciſ.133.nu.9. & deciſ.114 ſub nu.1.

Periurus excuſatur propter difficultatem, d. deciſ. 114. ſub nu.3.

Periurus ſolum Deum habet vltorem, ibid.

Periuro non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, deciſ.164.nu.1.

Periurus ſemel, perdit officium probandi per iuramentum, ibid.nu.2.

Periurus non probat etiam quod deponeret cum tortura, ibid nu.4.

Periurus in cauſa hæreſis, & criminis læſæ maieſtatis, admittitur in teſtem, ibid.nu.5.

Permutans beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinatus, tutus erit in foro cōſcientiæ, ſi illud, quod de nouo habuit eſt æquiualens, deciſ.17.nu.2.

Permutatio eſt vera reſignatio, ibid. ſub dicto nu.2. in fine.

Permutatio beneficiorum poteſt fieri attenta vtilitate perſonarum, quia redundat in Eccleſiæ vtilita-

[illegible]

Digitized by Google

tem, deciſ. 43. num. 5.

Permutatio in dubio præſumitur, quod ſit facta ex iuſta cauſa ab Ordinario, quando enunciat ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem, ibid.num.4. Sufficit, vt ex parte vnius permutantium adſit vtilitas Eccleſiæ, ibid.num.3. In permutationibus requiritur cauſa, ibid.nu.2.

Perſonæ induſtria cenſetur electa illis verbis, de induſtria, & circumſpectione tua confidentes, ſiue negotium ſit magnum, ſiuè paruum, vel perſonaliter cognoſcas, aut confiſi de tua induſtria, ſeù legalitate, deciſ 88.nu.1.

Perſonæ induſtria cenſetur electa, quando negotium non determinatum committitur, ibid.nu.2.

Perſonæ induſtria cenſetur electa quando committitur officium abſque iuriſdictione, & ſic actus nudi miniſterij, ibid.nu.3.

Perſonæ induſtria cenſetur electa, quando Princeps committit ea, quæ ſibi ſunt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, ibid.nu.4. Similiter ſi dicatur ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, ibid.nu.5.

Perſonæ induſtria cẽſetur electa per illa verba, talis expediat, & non alius, vel tuis manibus expedias, vel tu tu, per te te cognoſcas, ibid.nu.5. Itẽ quando commiſſum eſt arduum negotium. ibid.num.6. Item in dubio cenſetur electa, ibid.nu.7.

Perſonarum qualitatis, & notorietatis ratione multa permittuntur, quæ alias denegarentur, deciſ.139. num.1.

Perſonæ notæ, & alias approbatæ non debent examinari pro ſuſceptione ordinum, ibid.nu.3.

Petens admitti ad beneficium ceſſionis bonorum non poteſt carcerari, etiam ſi adſit obligatio virtute inſtrumenti guarentigiati, deciſ.81.nu.1.

Petit fruſtra ille id, quod ſtatim recuperat, deciſ.167. num.10.

Petitionis origo attenditur deciſ.5.ſub nu.2.

Pietas, & neceſſitas ſunt cauſa diſpẽſandi ſuper precepto Eccleſiæ de obſeruatione feſtorum, deciſ. 189.num.3.

Piſcatores non poſſunt piſcari diebus feſtiuis, ibid. in fin.deciſ.

Porterij Sac. Conſ. Neap. ſunt cognoſcendi à Præſidente ipſius Sac.Conſ deciſ.59.nu.10.

Poſſeſſio alicui ablata per Principem ſine ordine iudiciario, non acquiritur Principi, qui non poteſt alium in ſua poſſeſſione turbare, niſi prius doceat de iure ſuo, deciſ.132.ſub nu.10.

Poſſeſſione ſua quis non debet priuari, ſed in ea defendi, donec alius doceat de iure ſuo. ibid.nu.11.

Poſſeſſionis veræ præſumptio, ex multis colligitur, deciſ.29.nu.2.

Poſſeſſor ſpoliatus lite pendente, poteſt petere reſtitutionem in integrum, deciſ.132.nu.5.

Poſſeſſor prima facie iniuſtus, nõ debet ſua poſſeſſione priuari ſine cauſæ cognitione, ibid.ſub nu.10.

Poteſtas Exequutoris Apoſtolici expirat eo ipſo, q̃ prouiſus Apoſtolicus inductus eſt in poſſeſſione, & per aliquod tẽpus pacificè poſſedit. dec.8.n.1.

Poteſtas ſtatuendi inter ſubditos non arctiatur tantũmodo in territorio, deciſ.124.nu.8.

Poteſtates, & Vicarij locorum, non poſſunt per militem ſocium (vt vocant) grauari facere eorum priuatum debitorem, deciſ.54 nu.6.

Pragmatica item de falſis non procedit in eo, qui tãtum petit debitum, deciſ.70.nu.10.

Praxis ſuper recognitione apocæ, deciſ.83.nu.1.

Præcedere illi debent, qui poſſidẽt tempore litis motæ, deciſ.132.nu.1.

Prælatio non competit, niſi directo Dño, deciſ.27.n.4.

Prælatus debet eſſe ſeuerus in corrigendo incorrigibilem. deciſ.87.in princ.

Præſcribere volens, excuſatur ſi credidit viro fide digno aliquid aſſerenti, in quo fundabatur præſcriptio, deciſ.137.nu.7.

Præſentatio eſt in fructu, deciſ.23.nu.2.

Præſentatio ad beneficium, debet fieri præſentialiter, ideſt ſenſibus corporeis illius, cui fit præſentatio, deciſ.139.in princ.

Præſentatio intelligitur tantummodo quando fit perſonaliter Superiori, alioquin dicitur magis nominatio, quam præſentatio, ibid.

Præſentationes dicuntur continuatæ, quando extant vna, vel duæ præcedentes, licet vna deficiat in medio, nam tunc media preſumitur, deciſ.21.nu.2.

Præſentatus à donatario, præfertur præſentato ab hæredibus donatoris, deciſ.224.nu.10.

Præſes tenetur procurare pacem, & concordiam, deciſ.184. ſub nu.1.

Præſumptio vna tollit aliam, & fortior debiliorem, deciſ.50.ſub nu.3.

Præſumptio delicti nunquã capi debet, dec.62.nu.3.

Præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum ciuiliter, deciſ.107.nu.2.

Primogenitus ex cauſa antiquioris ætatis præfertur, & prærogatiuis fruitur, deciſ.131.nu.14.

Princeps licet ſit ſolutus legibus, tamen viuit ſecundum leges. deciſ.48.nu.6.

Princeps ſecularis non habet poteſtatem ſuper Clericos, deciſ.70.nu.15.

Princeps expreſsè derogare debet rei iudicatæ, ad effectum, vt reuideatur ſententia, deciſ.98.nu.1.

Principis reſcriptum ſimpliciter conceſſum ſine ſuperſedentia non retardat exequutionem rei iudicatæ, ibid.nu.2.

Prior in tempore potior eſt in iure, deciſ.131.nu.3.

Priuata ſcriptura, vbi adeſt verbum promitto, quid operatur, deciſ.55.nu.8.

Priuatio præſupponit habitum, deciſ.162.nu.7.

Priuilegia ſcholarium, extenduntur ad eorum familiam, deciſ.68.nu.6.

Priuilegium alicui conceſſum, extenditur etiam ad eius familiam, ibid.nu.4.

Priuilegium Neapolitanis conceſſum, quod trahant, & non trahantur, extenditur etiam ad eorum negotiorum geſtores, ibid.nu.8.

Priuilegium immunitatis eccleſiaſticæ, eſt miſtum, deciſ.174.nu.2.

Probare vnuſquiſque tenetur fundamentum ſuæ intentionis, deciſ.71.nu.3.5.& 6.

Probatio actoris debet eſſe certa, & concludens, non autem dubia, & incerta, ibid.nu.4.

Probationes etiam ſi eſſent concludentes ad cõdemnandum, ſunt debilitatæ ob negationem delicti, & perſeuerantiam in negando, deciſ.101.nu.2.

Probatio nulla maior, quam proprij oris confeſſio, deciſ.172. nu.1.

Probationes omnes ſunt arbitrariæ, & pendent ex mero arbitrio Iudicis, deciſ.193.nu.1.

Proceſſiones facere extra clauſtra, ſapit aliquid in

Digitized by Google

riſdict[io]nis, deciſ.90.num.2.
Proceſſiones non poſſunt fieri à Regularibus, niſi intra clauſtra, vel eorum ambitum, ibid.nu.3.
Procurator non poteſt conſtitui à Monacho abſque conſenſu Superioris. deciſ.6.ſub nu.1.
Procurator conſtitutus à patrono ad præſentandum, non poteſt eundem patronum conſtituentem præſentare, deciſ.36.ſub nu.1.
Procuratorem fiſcalem ſe fingens, cum non ſit, punitur pœna falſi. deciſ.107.nu.3.
Procurator prohibitus alienare, prohibitus etiam cenſetur diminuere, deciſ.134.nu.11.
Prodigus, non habet modum, neque tēpus in expenſis ſed omnia dilapidādo profundit, deciſ.41.ſub n.2. Et reſpectu expenſarum æquiparatur furioſo, ibid.
Profeſſio ipſo iure nulla ex legitimis cauſis non ratificatur, niſi data ſcientia nullitatis profeſſionis, deciſ.182.nu.1.
Profeſſio inualida, non ratificatur ex eo, quod taliter profeſſus admiſſus fuerit ad actus profeſſorum in Conuentu, ibid.nu.2.
Prohibitio alienationis qualiter veſtiatur, deciſ.28. num.1.
Prohibitio alienationis extra familiam, non inducit ſimplex fideicommiſſum, deciſ.29.nu.5.
Prohibitus ab honore altius ſedendi, habet interdictum vti poſſidetis, deciſ.68.nu.19.
Prohibitum aliquod repertū domi, quod ignorabatur adeſſe, iuramento probari valet, deciſ.4.ſub nu.1.
Promiſſio omnis iurata, habet conditionem, rebus ſic ſtantibus, deciſ.37.nu.4.
Promiſſio de ingrediendo Religionem, etiam ſi quis habitum non ſuſcepit, impedit matrimonium contrahendum, deciſ.175.nu.3.
Promouendus ad ordines ſacros, cenſetur contrahere coniugium ſpirituale, deciſ.19.nu.3.
Promouendi opinio in nullo vacillare debet, deciſ. 133.ſub nu.1.
Promoueri quis impeditur ex confeſſione incidenter facta, deciſ.52.nu.5.
Prorex hodie ſuccedit in locum Præfecti Prætoris, deciſ.97.ſub nu.2.
Prouiſi de quibuſcunque beneficiis curam animarum habentibus, tenentur infra duos menſes facere fidei profeſſionem in manibus Epiſcopi, vel eo impedito corā eius generali Vicario, dec.220.nu.1.
Prouiſi de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, tenentur infra duos menſes facere fidei profeſſionē coram Epiſcopo, ſeù eius Officiali, & etiam coram Capitulo, ibid.nu.2. Et pœna prædictorum, ibid.nu.10. Contrarium fertur deciſum, ibid.nu.3. Et redditur ratio, ibid.nu.6.
Prouiſus dicitur pacificè poſſidere, quando percepit fructus, deciſ.53.nu.3.
Pubes poteſt teſtificari de eo, quod vidit in pupillari ætate, dummodò quando erat in dicta ætate pupillari cognoſceret, quod gerebatur, deciſ.151.nu.2.
Puniri quis non poteſt corporaliter in criminalibus regulariter, niſi adſit dolus, deciſ.130.nu.2.

Q

QValem quis ſe facit, talem ſe probare tenetur, deciſ.211.nu.15.
Qualitas, quæ non mouet Papam ad non cōcedendum, vel ad difficilius concedendum, non eſt exprimēda, dec.165.nu.5. Et è cōtra, dec.187.n.3.
Qualitatis, & notorietatis perſonarum ratione, multa permittuntur, quæ alias denegarētur, dec.139.n.1.
Quaſi poſſeſſio ſedēdi acquiritur vnico actu, & facit vt in dubio pro poſſeſſoribus pronuncietur, dec.68. nu.11. & 12. Exiſtens in quaſi poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco, poteſt armata manu reſiſtere ei, qui vult illum amouere, ibid.nu.10.
Quicquid ob tutelam fit, iuſtè feciſſe exiſtimatur, deciſ.47.nu.12.
Quietatio facta ſub prætextu ſolutionis non ſequutæ, creditoribus non officit, deciſ.75.nu.12.
Quis non poteſt in propria cauſa aliquam authoritatem exercere, deciſ.71.nu.15.
Qui ſe fundat in tempore, neceſſe eſt, quod limitatè probet de tempore, deciſ.170.nu.6.
Qui vult conſequens, neceſſariò videtur velle ſuum antecedens, deciſ.48.nu.2.
Quod non poteſt fieri formaliter, debet fieri arbitrio boni viri, deciſ.200.ſub nu.1.

R

RApiens Nouitium alicuius Religionis, libidinis cauſa, tenetur pœna raptus. deciſ.214.nu.5.
Ratificatio ſubſequens, confirmat actum ab initio nullum, deciſ.227.nu.6.
Reædificatio, quando eſt ſufficiens ad acquirendum iuſpatronatus, deciſ.72.nu.9.
Reconuentio non datur aduerſus recognitionem ſcripturæ, deciſ.183.nu.2.
Regreſſum impugnans tenetur probare eius intentionem, deciſ.207.in princ.
Regula de triennali dat titulum poſſidenti, & tuetur execrabilem, deciſ.16.num.1. Et per eam licet excludatur tertius, non tamen excluditur Ordinarius, ibid.nu.2.
Regula, quod iuriſdictio cenſetur conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè, declaratur, deciſ.69.nu.12.
Regulares non poſſunt facere proceſſiones, niſi intra clauſtra, vel eorum ambitum, deciſ.90.nu.3.
Regulares non ſubſunt locorum Ordinariis, niſi quoad ad proceſſiones publicas, ibid.in princ.deciſ.
Regulares non poſſunt obtinere beneficia ſecularia, nec etiam in commendam, deciſ.159.nu.2.
Regulares exiſtentes in aliqua domo ad erectionem Monaſterij deſtinata, ſi delinquant, puniuntur ab Ordinario loci, vbi delinquunt, & redditur ratio, deciſ.223.nu.5.
Regularium Superiores ſunt Priores Prouinciales, & Generales eorum Religionis, ibid.nu.2.
Regularium Iudex ordinarius eſt Protector Religionis, ibid.
Religio illa debet præcedere in proceſſionibus, cuius regula fuit primo in loco introducta. dec.131.n.18
Religioſa ſunt, quæ Religioſis adhærēt, dec.171.nu.4.
Religioſi in proceſſionibus illi præcedunt, qui ſunt in loco antiquiores, deciſ.131.nu.1.
Religioſi dum veniunt ad Synodum debent ſedere ſecundum eorum antiquitatem, ibid.nu.19.
Religioſus non poteſt inſtare in iudicio abſque Superioris conſenſu, deciſ.6.nu.1.
Religioſus quādo eſt offenſus, non ſufficit ſatiſfactio facta Religioſo, ſed requiritur etiā, vt dicta ſatiſfactio fiat Superiori dicti Religioſi, dec.86.nu.4.
Remedium poſſeſſorium fuit introductum ad euitanda ſcandala, & rixas, deciſ.203.nu.2.
Renuncians priuilegio fori, non habet opus require-

re licentiam Superioris, ſi tendat in eius fauorem ſecus ſi tendat in fauorem Superioris, nam ſecundo caſu renunciatio non tenet, decis.162.nu.6.

Renunciare quilibet poteſt priuilegio fori ſibi à lege, vel Principe conceſſo,& adeò, vt non requiratur conſenſus, vel licentia Iudicis, ſed partium, ibid. nu.3.& 4.

Repulſa teſtium, & reſtitutio in integrum non dantur in poſſeſſorio ſummariſſimo, decis.203.nu.3.

Res Eccleſiæ quemadmodum non poſſunt alienari, ita nec locari ad longum tempus, decis.10.in princ.

Res furtiua reperta penes eũ, qui talia emere conſueuit, non facit contra eum indicium, decis.50.nu.1.

Res furtiuas emens, ſi non eſt mercator,& eſt malæ famæ,& non docet, à quo habuerit poteſt torqueri, ibid nu.3.

Res acquiſita,& incorporata Eccleſiæ, non alienatur abſque aſſenſu Apoſtolico, decis.134.nu.10.

Res tantum valet, quantum vendi poteſt, ibid.nu.13.

Reſcripta gratioſa ſunt ſtricti iuris, & non ſunt extendenda ad non ſpecificata, decis.116.ſub nu.3.

Reſeruatio,& manuum appoſitio Papæ non intrat in beneficijs iuriſpatronatus laicalis, vel mixti, niſi aliud conſtet de mente Papæ, decis.188.nu.3.

Reſignans beneficium in fauorem alterius reſeruata penſione, quæ fortè fuit nulla ob expreſſionem maioris valoris ſcienter, non poteſt redire ad ſuum beneficium, decis.207.nu.5.

Reſignans beneficium conditionaliter, ſed nulliter ſcienter, perdit ius ad beneficium, ibid.nu.3.

Reſignans non dicitur abdicare à ſe ius, quando reſignatarius non acceptauit reſignationem, ibid.in princ. decis.

Reſignatarius non impleta conditione, habetur pro intruſo, ibid.

Reſignatio, ſeù permutatio conditionalis, quãdo non habet effectum culpa reſignantis, non poteſt reſignans ad ſuum beneficium redire, ibid.nu.1.

Reſignatio beneficij iuriſpatronatus, quando fit ad fauorem abſque conſenſu patroni, & patronus cõtradicit, non poteſt reſignans redire ad beneficium, ibid.nu.2.

Reſtitutio cum fieri non poteſt, debetur intereſſe, & æſtimatio, decis.202.nu.2.

Reſtitutio in integrum non datur Doctori minori, decis.222.nu.10.

Reuelationes vigore literarum monitorialium factæ non proſunt agenti in criminalibus, ſed tantum in ciuilibus, decis.219.nu.7.

Reus tortus,& non confeſſus, cũ purgauerit indicia, non debet condemnari ad expenſas, decis.33.nu.2.

Reo effecto irrepræſentabili facto Iudicis, remanet liberatus fideiuſſor, decis.37.nu.3.

Reum inſtruens ne confiteatur, & torquendum docens orationes ad impetrandum linguæ ſilentium, an aliqua pœna ſit plectendus, remiſſiuè, decis.46. ſub nu.2.in fin.

Reus ſi aliquid fateatur in ſuis exceptionibus, ſtatur in eius præiudicium, decis.71.nu.12.

Reus ſi declarat habere teſtes pro repetitis præter mortuos,& abſentes, qualitas abſentiæ, vel mortis an ſit probanda per fiſcum, decis.210.nu.6.

Rex non obſtante poſſeſſione, poteſt inquietare poſſidentẽ regalia, vt exhibeat titulum dec.16.ſub n.4.

Rex, vel Cardinalis ſi aliquid facit iure ſuperioritatis: inferior non amittit ſui iuris niſi poſſeſſionẽ, quia non eſt actus derogatiuus, ſed prærogatiuus cuiuſdam ſuperioritatis, aut potioritatis, decis. 132. nu.7.

Ritus 166.Mag.Cur.Vic.de liquidatione inſtrumentorum, fuit approbatus per Conſtitutionem Synodalem Cur. Archiep. Neap. decis.155. nu.2.

S

Sacerdos celebrans Neapoli ſine licentia, eſt ſuſpenſus ipſo iure, decis.150.nu.1.

Sacerdos debet ceſſare à celebratione, excommunicato nolente egredi ab Eccleſia, decis.94. in princ.

Sacerdos inductus ad deponendum ſuper eo, quod habuit in confeſſione, non probat, decis.172.nu.12.

Sacramentalia debent eſſe in maxima veneratione, decis.96.nu.1.

Salarium non conuentum, vt poſſit exigi, requiritur, vt vnus ſit ſolitus conducere,& alter locare operas ſuas, decis.85. nu.1. Sed dicta concluſio procedit in vilioribus perſonis, quæ ſæpè inſeruiunt pro expenſis, ſecus verò in iis, qui vacant honeſtioribus diſciplinis, nam illis ex officio conſtituitur ſalarium, ibid.nu.2.

Salarium non debetur Procuratori, niſi fuerit conuentum, ibid.nu.3. Item in ſalarijs ſoluendis, debet attendi conſuetudo, ibid.nu.4.

Sæuitia mariti ad finem ſeparandi matrimonium, debet concludenter probari, decis.120.nu. 1.

Sæuitiæ materia, grauis, & ardua iudicatur, decis. 120. in princ.

Scholarium priuilegia, extenduntur ad eorum familiam, decis.69.nu.6.

Scriptura priuata in qua adeſt verbũ, promitto, quid operatur, decis.55.nu.8.

Scripturæ confectæ extra Regnum, non probant in Regno, niſi ſint ſigillatæ, & authenticatæ manu Officialis illius Ciuitatis, in qua confectæ ſunt, decis.170.nu.7.

Sñia non poteſt proferri iuxta narrata in articulis, quando extat clara petitio in libello. dec.5.nu.1.

Sñia ſi eſt generalis petitio verò eſt particularis, reducitur ad particularem petitionem. ibid.nu.2.

Sententia lata contra vnum, alteri nocere non debet, decis.47.ſub nu.1.

Sententia debet eſſe conformis libello, decis.78.nu.1.

Sentẽtia poteſt formari ex deductis in articulis, vbi nõ apparet de certa petitione in libello, quod maximè procedit in criminalibus, ibid.nu.2.

Sententiæ reuiſio de iure admittitur, quando poſt tẽpus datum ad appellandum, Princeps præcipit, vt de nouo cognoſcatur, decis.98.in princ. Et ex multis alijs cauſis. ibid.

Sententia lata à Iudice vnius territorij, non poteſt exequutioni mandari à Iudice alterius territorij, decis.125.nu.7.

Sententia nulla, nec nomen, nec effectum ſententiæ habet, decis.135.nu.4.

Sententia Iudicis, inducit plenam probationem, decis. 170.nu.1.

Sententia in poſſeſſorio ſummario, non affert præiudicium, lite pendente, decis.203. nu.4.

Sententia per quam mandatur, appellatione pendente nihil innouandum eſt interlocutoria, decis.212. nu.1. A ſententia interlocutoria Vicarij, appellatur ad Epiſcopum, ibid.nu.2.

Sen-

Digitized by Google

Sententia interlocutoria dicitur illa, quæ non diffinit negotium principale, ibid.nu.2.
Sententia, quæ abſoluit à iudicij obſeruatione propter ineptitudinem libelli, vel actoris abſentiam, dicitur potius interlocutoria, quã diffinitiua, ibid.n.4.
Sententia lata ſuper Iudicis reuocatione, vel appellationis deſertione eſt interlocutoria, ibid.nu.5.
Sententia de exequenda alia ſententia, eſt interlocutoria, ibid.nu.6.
Sententia lata ſuper exceptionibus declinatorijs, vel peremptorijs, & iudicium nullum reddentibus, eſt interlocutoria, ibid.nu.7. Amplia in interlocutoria, quæ parat præiudicium negotio principali, ibid.nu.8.9.& 10.
Sententia cancellata probat, deciſ.135.nu.25.
Separatio Thori fit ex adulterio per alterum ex coniugibus commiſſo, deciſ.66.nu.1.
Separatio Thori fit per attẽtatum in vxorem vitium ſodomiticum, ibid.nu.3. & deciſ.71.nu.1.
Separatio Thori fit ob ſæuitias illatas à marito coniugi, d.deciſ.66. nu.4.
Separatio Thori fit etiam ſi mulier dederit cauſam, & in tale odium ſua culpa inciderit, ibid.nu.5.
Separatio Thori fit etiam ob furorem incompatibilem ibid.nu.6.
Separatio Thori cõceditur ob maleficium impediens copulam, ibid.nu.7.
Separatio Thori conceditur, quando os malè olet, ibidem nu.8.
Sepultura etiam adeſt inter ea quæ ſunt neceſſaria ad conſtituendum ius Parochiale, deciſ.215.nu.5.
Sequeſter beneficij, ſiuè quiuis alius pendente ſequeſtro, habet ius præſentandi, deciſ.11. ſub nu.3.
Sequeſtrum conceditur, quando adeſt timor dilapidationis, deciſ.41.nu.2.
Sequeſtrum in dubio permittitur, ibid.nu.3. Contrarium adducitur deciſum per Cur. Archiep. Neap. ibid.nu.4. Et reſpondetur contrarijs, ibid.nu.5.
Seruitutis impoſitio eſt ſpecies alienationis, & idem in compromiſſis, deciſ.134.nu.6. & 7.
Serui, qui non ſunt ſeruilis conditionis percutientes Clericos, tenentur ire Romam pro abſolutione, deciſ.156.nu.3.
Seruus ſi in fraudem, vt ſe ſeduceret à ſeruitio Domini, Clericum percuſſit, debet ire Romam pro abſolutione, ibid. ſub nu.1.
Socius itineris non poteſt pro offenſo ſocio teſtificari, deciſ.2.nu.2.
Socius itineris non facit indicium ad torturã, & non ſolum repulſatur, ſed repellitur, ibid.nu.3.
Socius criminis confeſſus, & morti traditus, eius confeſſio contra ſocium nullum facit indicium, deciſ.24.nu.3.
Socius criminis, qui vt delictũ detegeret, ac publicaret, habuit gratiã de pœna quoad ſe poteſt torqueri, vt faciat indicium contra ſocium ad purgandum omne vitium, deciſ.38.nu.1.
Sodomitati dictum facit aliqualem probationem, deciſ.71.nu.2.
Soluere minus videtur, qui tempus ſolutionis differt deciſ.97. in princ.
Soluere quis non dicitur, cum ſic ſoluit, vt ſtatim repetat, deciſ.167.nu.9.
Spoliator, qui dolo deſijt poſsidere, tenetur ad æſtimationem, deciſ.200.nu.1.
Spoliatus quis non dicitur, cum in continenti reſtituitur, deciſ.167.nu.8.
Spolium vltimum ſemper prius eſt purgãdum, ſi ſpoliatus ſpoliatiuè poſsideret, deciſ.200. in princ.
Sponſalia non poſſunt contrahi, niſi adſit ſeptennium completum, deciſ.29.nu.1. In ſpõſalibus per verba de futuro, ſufficit vſus rationis, & libertas, quæ præſumuntur poſt ſeptennium, ibid.nu.2.
Sponſalia erunt valida, ſi ante ſeptennium vſus rõnis, & prudentia aduenerint, ibid ſub d.nu.2. Ad ſpõſalia ſufficit rationis vſus, ad matrimonium verò deſideratur potentia generandi, quæ tardius in viris reperitur, deciſ.ead. ſub nu.3.
Sponſalia diſſoluuntur ob notabilem deformitatem, deciſ.66.nu.9.
Sponſalia contrahens ſub conditione, ſi ante cõditionis euentum ſponſam cognoſcit, cenſetur receſsiſſe à conditione, deciſ.195.nu.2.
Sponſus poteſt cogi ad contrahendum matrimonium, etiam ſi ſponſalia non ſint iurata, ibid.nu.1.
Status vltimus attẽditur in præcedẽtis dec.132.n.2.
Statuta regulantur à iuriſdictione, deciſ.70.nu.12.
Statuta poſt duos mẽſes ligant ignorãtes, dec.84.n.2.
Statuta pœnalia ligant ſubditos, etiam extra territorium, deciſ.124. nu.4.
Statuta laicorum quamuis generalia, non ligant in foro eccleſiaſtico, deciſ.155.nu.1.
Statuti domicilij pœna, ligat etiam ſubditos alibi delinquentes, deciſ.124.nu.10.
Statutis ligari, & forum ſortiri à pari procedunt, ibid. nu.2.
Statutum puniens extrahentem frumentum à territorio, conſumitur delictũ extra territorium, ibid n.5.
Statutum, quod pro animali naſcenti fiat certa ſolutio, ſi aſportentur animalia ad naſcendũ extra territorium, adhuc Dñs tenetur ſoluere, ibid.nu.11.
Statutum, vel cõſuetudo prohibens rem fauorabilem, comprehendit ſubditum facientem actum extra territorium, ibid.nu.1.
Statutum puniens ad mortem falſificantem ſigillum Regis, non habet locum in falſificante verba ſcripturæ Regis, deciſ.42. ſub nu.4.
Statutum Romanum, quod ſufficit, quod teſtes recognoſcant manus, licet non viderint ſcribere, deciſ.55.nu.10.
Statutum, vt valeat requiritur, quod ſtatuens habeat imperium ſuper illos, quibus ſtatutum imponitur, deciſ.70. nu.13.
Statutum puniẽs facientem opus in alieno, non comprehendit, niſi opus formatum, deciſ.23.nu.2.
Statutum, quod homicidium committens puniatur pœna mortis, intelligitur ſi homicidium cum dolo fuerit patratum, deciſ.130.nu.4.
Statutum diſponens, vt inſtrumentum guarentigiatũ habeat exequutionem paratam, non extenditur ad inſtrumentum inualidum, deciſ.135.nu.21.
Statutum Canonicorum confirmatum à ſede Apoſtolica, à Canonicis reuocari poteſt, dummodò concernat fauorem Canonicorum, & non publicum, ſecus tamen quando verba Papæ confirmantis ſonarent in præceptum, deciſ.157. in fin.
Statutum non extenditur de caſu ad caſum, etiam habentem eandem rationem, deciſ.167. nu.6.
Statutum prohibens armorum delationem, non comprehendit arma defenſiua, deciſ.208.nu.1.

Statu-

Digitized by Google

Statutum puniens pœna capitis rapientem filium alicuius, non habet locum in filio rapto carente patre, deciſ. 214. nu. 8.
Statutum eſt talis naturæ, vt ex ipſius verbis nihil argui poſſit, niſi quatenus ex ipſiſmet verbis neceſſario inferatur, deciſ. 225. nu. 1.
Statutum includens maiores etiam 18. annorum in pœnas aſportantium arma probibita, in eo cenſentur excluſi minores, ibid. nu. 7.
Stylum allegranti incumbit onus probãdi, dec. 53. n. 2.
Stylus non præſumitur, ibid. nu. 1.
Stylus nõ probatur, niſi per teſtes iuratos, ibid. nu. 3.
Stylus vbi non reſpicit deciſionem cauſæ, poteſt Iudex ſuper illo ſe informare, ibid. nu. 4.
Stylus vbi eſt cõtra ius, debet plenè probari, ibid. n. 5.
Stylus vbi eſt notorius, poteſt Iudex ex ſuo officio ſuper illo ſe informare, etiam parte non citata, ibid. nu. 6. & 7.
Subcollectores, adhoc vt gaudeant priuilegio fori debent eſſe vnici in Ciuitate, vel Diœceſi, deciſ. 178. nu. 1.
Subditus non poteſt praſcribere obedientiam contra Superiorem, deciſ. 16. nu. 5.
Subditus ratione rei, eſt ſubditus etiam ratione beneficij, deciſ. 178. nu. 4.
Submittere ſe protectioni talis, &c. vel committere ſe iuriſdictioni Superioris, eſt appellatio legitima, deciſ. 12. nu. 3.
Subreptio vitiat gratiam nedum quando fuit cauſa inductiua, & finalis gratiæ, ſed etiam ſi fuit impulſiua, deciſ. 165. nu. 4.
Superior tenetur ſe interponere, vt vnuſquiſque vtatur iuribus ſuis, deciſ. 68. nu. 3.
Superioris appellatione, intelligitur de proximo, deciſ. 12. ſub nu. 2.
Superlatiuum quandoq. ſumitur pro poſitiuo, deciſ. 129. nu. 5.
Suſceptio habitus profeſſorum à non habente poteſtatem incorporandi Religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, deciſ. 175. nu. 4.
Suſpenſus, vel excõmunicatus, vide in verb. excommunicatus, vel ſuſpenſus.
Suſpitionis ratio ceſſat, quãdo cum perſona ſuſpecta, concurrit non ſuſpecta. deciſ. 21. nu. 3.

T

TAciturnitas veritatis ea ſola nocet, quæ à iure præcipitur, vt exprimatur, deciſ. 187. nu. 1.
Termino ſtatuto ad aliquid faciendum, licitum eſt illud declarare elapſo termino, deciſ. 15. nu. 3.
Terminus non eſt de iudicij ſubſtantia, deciſ. 166. nu. 3. & 5.
Terminus datur aduerſus literas cambij, ibid. nu. 4.
Terminus eſt dãdus in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, ibid. nu. 5.
Terminus breuior datur in cauſa alimentorum, ibid. num. 8.
Termini, & dilationis materia, vt plurimum Iudici eſt arbitraria, ibid. nu. 10.
Teſtatoris iudicium eſt indiuiſibile, deciſ. 126. nu. 4.
Teſtator ſi pro eius anima relinqueret pauperibus certam quantitatem pro alimentis, & alia legata fecerit, talia legata alimentorum non patientur diminutionem, deciſ. 221. ſub nu. 4.
Teſtimonio domeſticorum ſtatur circa ea, quæ fiunt in domo, deciſ. 217. nu. 10. & deciſ. 218. nu. 4.
Teſtimoniũ matris admittitur in fauorem filij, d. deciſ. 217. nu. 6.
Teſtimonium teſtis inhabilis facit præſumptionem, d. deciſ. 218. nu. 7.
Teſtimoniũ duarum meretricum ſimul cohabitantiũ contra Clericum non probat, deciſ. 146. nu. 2.
Teſtis vnus de confeſſione, & alter de veritate non coniunguntur, deciſ. 35 ſub nu. 3.
Teſtis dictum, quando eſt valdè inueriſimile, non probat, ibid. nu. 3.
Teſtes dicentes vidiſſe mortuum clauſum in capſa, plenè probant mortem, deciſ. 18. nu. 1.
Teſtes deponẽtes fuiſſe aliquem ſepulturæ traditum, probant mortem ẽt ſi ſunt conſanguinei, ibid. n. 3.
Teſtibus conſtitutis in articulo mortis aſſerentibus ſe falſum teſtimonium tuliſſe, non creditur, deciſ. 24. ſub nu. 4.
Teſtis ſi fatetur ſe pecunia corruptum falſum depoſuiſſe non probat contra principalem, niſi aliundè conſtet, deciſ. 46. nu. 2.
Teſtis ſi dixit ſe commiſiſſe homicidium, non poterit puniri, quia id dixit propter aliud, deciſ. 52. ſub num. 5.
Teſtis non põt ex interuallo ſe corrigere, dec. 57. n. 1.
Teſtis ex interuallo poteſt ſe corrigere in fauorem fidei, ibid nu. 2.
Teſtis poteſt ſe corrigere antequam loquatur partibus, vel ſe ſubſcripſerit, vel antequam recedat à præſentia Iudicis, ibid. nu. 3.
Teſtis non poteſt dictum ſuum ſtatim corrigere, quãdo pars aduerſa incontinenti acceptat confeſsionem, ibid. nu. 4.
Teſtis ex cauſa obliuionis poteſt quandocunque ſe corrigere, etiam ex interuallo, ibid. nu. 5.
Teſtes nobiles poſſunt etiam ex interuallo ſe corrigere, quando agitur inter viles perſonas, & de re modica, ibid. nu. 6.
Teſtis nullus dicitur idoneus in proprio facto, deciſ. 71. nu. 10.
Teſtis inhabilitas, quando reſultat ex intereſſe, habilitas vnius non ſupplet aliam, ibid nu. 14.
Teſtis vnius dictum, quãdo alteri prodeſt, & nemini nocet, plene probat, deciſ. 113. nu. 2.
Teſti vnico creditur in probanda abſolutione ab excommunicatione ibid. nu. 3.
Teſtes patientes exceptiones in materia probationis ſæuitiæ non admittuntur, nec teſtibus de auditu deponentibus in dicta materia eſt adhibenda fides deciſ. 120. nu. 2.
Teſtes amplius non producuntur, atteſtatis publicationibus, deciſ. 135. nu. 20.
Teſtis depõnens, quod audiuit à viro fide digno, cui credidit, excuſatur, deciſ. 137. nu. 4.
Teſtis dictum non vitiatur, ſi dicat ſe ſcire id, quod deponit non per certam ſcientiam, ſed per auditum vel famam, ibid. nu. 5.
Teſtis varius dicitur, qui contraria deponit, siuè in eodem examine, siuè in diuerſis, vel negat quæ prius dixit, & alijs modis, deciſ. 148. nu. 1.
Teſtis ſi corrigendo primum dictum, tempus expoſtulet, non eſt audiendus, nam præſumitur velle cũ parte loqui, vel de mendacio cogitare, ibid. n. 2.
Teſtis ſi dicat primo ſe nihil ſcire, & poſtea de facti veritate deponat, nihil probat, ibid. nu. 3.
Teſtis, qui vnum dicit in indicio, & poſtea extra iudi-

Digitized by Google

iudicium contrarium ſatetur, debet ſtari dicto in iudicio, ibid. nu. 4.
Teſtis ſi primo deponat per verbum (credo) deinde loquatur aſſertiuè, ſecundo dicto illius tribuetur fides, ibid. nu. 2.
Teſti vario nulla fides adhibetur, & vt illi præſtetur fides erit torquendus, ibid in fin. deciſ.
Teſtium habilitas, vel inhabilitas conſideratur tempore eorum diſpoſitionis, deciſ. 151. nu. 1.
Teſtis quando adhibetur ad ſolemnitatem actus, vt in teſtamento, vel inſtrumento, debet attendi conditio ipſius, tempore actus: in alijs verò attenditur tempus depoſitionis, ibid. nu. 3.
Teſtium depoſitio retrotrahitur, & regulatur iuxta tempus actus geſti, ibid. in princ. deciſ.
Teſtes omnes in vniuerſum ſufficit teſtificari de requiſitis per gloſ. in cap. 1. de præſcript. lib. 6. in probatione iuriſpatronatus, & non eſt neceſſe, vt quilibet teſtis deponat de illis quatuor requiſitis, deciſ. 161. nu. 1.
Teſtes coniunguntur ad probandum iuſpatronatus in antiquis, ibid. nu. 2.
Teſtes duo de viſu, & auditu, reliqui verò de alijs requiſitis ſufficiunt in probatione immemorabili per teſtes in materia iuriſpatronatus, ibid. nu. 3.
Teſtes, & inſtrumẽta cedunt confeſſioni, dec. 172. n. 6.
Teſtes de vniuerſitate admittuntur ad aliquid probandum contra, vel pro vniuerſitate, dec. 180. nu. 2.
Teſtes affines, & conſanguinei admittuntur in cauſa nullitatis profeſſionis, ſicuti in matrimonio, deciſ. 182. nu. 3.
Teſtiũ dicta ſunt benignè interpretanda, dec. 193. n. 2.
Teſtes non inducere, & inducere inhabiles, paria ſunt, deciſ. 196 nu. 1.
Teſtes in criminibus occultis admittuntur, etiam ſi non ſint omni exceptione maiores, ibid. nu. 2.
Teſtes inimici cum alijs adminiculis admittuntur, quando veritas aliter haberi non poteſt, ibid. nu. 3.
Teſtium repetitio eſt neceſſaria, & illa omiſſa, iudicium eſt nullum, deciſ. 210. n. 1. Ampliatur vt n. 2.
Teſtes parte non citata examinati, non conualidatur confeſſio metu torturæ facta, ibid. nu. 3.
Teſtes parte non citata iurati, non faciunt indicium, ibid. nu. 4. Limita in crimine læſæ Maieſtatis, & ſimilibus grauibus delictis, in quibus probãt teſtes etiam non repetiti parte non citata, ibid. nu. 5.
Teſtes inhabiles ſi producuntur, Iudex ex officio repellere poteſt, etiam parte non opponente, dec. 217. nu. 2. & deciſ. 218. nu. 8.
Teſtes minus idonei, & inhabiles, qui alias non admitterentur, in his, quæ à communiter accidẽtibus fiunt clam, & ſecretè, habẽtur pro idoneis, d. deciſ. 217. nu. 9. & d. deciſ. 218 nu. 2. & 13.
Teſtes omnes admittuntur ad teſtificandum, niſi qui expreſsè reperiantur prohibiti, ibid. nu. 4.
Teſtes inhabiles admittuntur in delictis, in quibus aliter veritas haberi non põt, deciſ. 218 nu. 1. & 3.
Teſtes inhabiles admittuntur in probatione rei, quæ de ſui natura eſt difficilis probationis, ibid. nu. 5.
Teſtibus etiam minus dignis, Iudex debet adhibere fidem, quando veriſimilia deponunt, ibid. nu. 6.
Teſtes inhabiles admittuntur in ſubſidium, quando ex natura facti alij teſtes haberi non poſſunt, ibid. nu. 10. & 11. Et quomodo procedat, & intelligatur, ibid. nu. 12. Et quando inhabiles non admittantur, ibid. num. 14.
Text. in §. ſed hodie inſtit. de ſatiſdat. quomodo intelligatur per Aret. deciſ. 61. nu. 4.
Text. diſpoſitio in cap. ſanè de for. compet. non ſolum procedit in iudicio rei vendicationis, ſed etiam in iudicio mixto, & perſonali, & actione hypothecaria, deciſ. 79. nu. 2.
Text. in l. congruit C. de locat. prædior. lib. 11. procedit in prædijs fiſcalibus, non autem Eccleſiæ, deciſ. 181. nu. 4.
Timor qualis deſideratur ad effectum, vt præſtetur cautio de non offendendo, deciſ. 129. nu. 4.
Timoris qualis ſit iuſta cauſa, Iudicis arbitrio relinquitur, ibid. nu. 7.
Timor iuſtus, & legitimus, eſt cauſa finalis præſtandi cautionem prædictam, ibid. nu. 8.
Titulus inualidus, non poteſt aliquem effectum validum operari, deciſ. 135. nu. 19.
Titulus nullus pro non titulo habetur, ibid. nu. 20.
Tormenta poſſunt mutari de iure communi, ſi eſt leuiter, & modicè quis tortus, deciſ. 102. nu. 1.
Tormentum ignis, non eſt inſolitum, ibid. nu. 3.
Tortura poteſt inferri pro re pecuniaria, ſi habet crimen annexum, deciſ. 39. nu. 1. Ad torturam non eſt deueniendum, quando veritas aliter haberi poteſt, ibid. nu. 2.
Tortura tanta vis eſt, vt in ea perſiſtens, puram veritatem dixiſſe præſumitur, deciſ. 73. nu. 2. Item in ea perſiſtens melior reputabitur, quam ante accuſationem reputabatur, ibid. nu. 3.
Tortura purgat indicia indubitata, & plenas probationes quoad pœnam ordinariam, & ſecus quoad extraordinariam ibid. num. 8. Vbi etiam quod hæc pœna extraordinaria poteſt eſſe corporalis, & triremium, ibid. nu. 9.
Tortura non debet repeti, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs, deciſ. 103. nu. 1.
Tortura repetitur in Cur. Archiepiſc. Neapol. cum apparet tortum euaſiſſe tormenta, ibid. nu. 3.
Torturæ illatio eſt temperanda, ibid. in princ. deciſ.
Tortus leuiter, non poteſt iterum torqueri, ibidem num. 2.
Tranſmiſſio fieri non poteſt, vbi perſona media, per quam fieri debet eſt inhabilis ad tranſmittendum deciſ. 216. nu. 5.
Tranſactio in dubio præſumitur facta vtiliter, deciſ. 226. nu. 11.
Tutela magis datur perſonæ, quam bonis, deciſ. 13. ſub nu. 2.
Tutor in rebus pupillorum, habetur loco Domini, ibidem in princ. deciſ.
Tutor debet facere conditionem pupilli meliorem, non autem deteriorem, ibid. ſub nu. 2.
Tutores, licet ad vtilitatem pupillorum omnia facere poſſint, donationes verò ab eis factæ, illis non nocent, ibid.
Tutrix non poteſt conſtituere Cappellaniam ad nutum, & amouibilem in iuſpatronatus, ibidem ſub num. 1.

V

Vaſa ſacra non tangantur, niſi ab hominibus ſacratis, Deoq; dicatis, deciſ. 96. ſub nu. 1.
Vaſſallus non poteſt in alterius iuriſdictionem expreſsè, vel tacitè inuito Domino conſentire, quod ſi fecerit, nullius præiudicij eſt prorogatio, ſed Domi-

Digitized by Google

Dominus eum rectè auocare poterit, deciſ. 163. num. 8.

Vendere quis cogitur pro loci pij Clauſtri, & Scholarum ædificatione, ſimiliter pro ornamento Reipublicæ, deciſ. 126. nu. 2.

Venditio rei emphyteuticæ quoties fuerit facta Ciuitati, tenetur Ciuitas propter laudemia, & alia iura directo Domino competentia ponere extra manus ipſius Ciuitatis, deciſ. 126. nu. 6.

Venditio quando fuit nulla, ceſſat crimen ſtellionatus, deciſ. 135. nu. 13.

Venditionis appellatio, eſt intelligenda de valida, ibid. nu. 12.

Venditor rei emphyteuticæ, quando hypothecauit bona immobilia ſufficientia, inſpecto onere laudemiorum debitorum, tunc nequit cogi ad rem liberandam, deciſ. 105. nu. 2.

Veneni potionem dans, cum fiat occulte, & non poteſt præcaueri, dicitur proditor, deciſ. 168. ſub nu. 1.

Venter moram non patitur, deciſ. 166 nu. 9.

Verba generalia, ciuili modo ſunt intelligenda, deciſ. 40. nu. 1.

Verba ſtatuti ſunt ad vnguem ſeruanda, deciſ. 63. num. 11.

Verba contractus ſunt ſeruanda, deciſ. 74. nu. 10.

Verba iniurioſa Iudicis, non infamant, deciſ. 31. n. 6.

Verbum (præſumpſerit) exigit dolum, deciſ. 221. num. 2.

Verba legis ſunt ad vnguem ſeruanda, deciſ. 165. nu. 2. Et venire contra verba, & mentem legis paria ſunt, ibid. nu. 3.

Verbera, & percuſſiones mariti in vxorem debent eſſe atroces, ad finem ſeparandi matrimonium, nec ſufficiunt minæ, niſi probetur, quod minans ſit naturæ terribilis, deciſ. 121. nu. 2.

Verberationes mariti in vxorem ſæuæ, & atroces ſunt, ex quibus ſanguis exiuit, vel in capite, facie, ſeù oculo illatæ fuerint, ibid. nu. 3.

Vicariatus officium, non confertur à natura, deciſ. 170. nu. 4.

Vicarij, & Poteſtates locorum non poſſunt per militem ſocium (vt vocant) grauari, facere eorum priuatum debitorem, deciſ. 54. nu. 6.

Vicarius foraneus non facit vnum Conſiſtorium cum Epiſcopo, & propterea ab eius ſententia appellatur ad Epiſcopum, deciſ. 8. nu. 1.

Vicarius generalis facit idem Tribunal cum Epiſcopo, ibid. nu. 2.

Vicarius generalis poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus, tanquam habens dignitatem, ibid. nu. 3.

Vicarius Capituli ſede vacante, non poteſt expedire ea, quæ ſunt commiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario, cum non ſit Vicarius Epiſcopi, ſed iuriſdictionis Epiſcopalis, deciſ. 44. nu. 1.

Vicarius non poteſt dare conſenſum pro erectione iuriſpatronatus, deciſ. 140. nu. 1.

Vicarius non poteſt conferre beneficia, ibid. nu. 2.

Vicarius quando allegatur ſuſpectus, non dantur arbitri, ſed ſtylo ſignaturæ datur adiunctus, deciſ. 144. in princ.

Vicarius quilibet non præſumitur, niſi probetur, deciſ. 170. nu. 3.

Vicinus cogitur vendere ſeruitutem altius non tollendi, etiam via publica intermedia, ne in viridario inſpiciantur Monachi, deciſ. 138. nu. 3.

Vicinus Monaſterio pro commoditate illius Monaſterij, poterit ad vendendum compelli, ibidem ſub nu. 1.

Vicinus cogitur vendere Eccleſiæ, dummodo ipſa Eccleſia pro ſe petat, non vt alijs complaceat, ibid. ſub nu. 3. & deciſ. 147. in fin.

Vicinus poteſt cogi ad vendendum domum pro conſtructione Cappellæ, deciſ. 147. nu. 1.

Vir quo caſu ſit condemnandus, vt poligamus, deciſ. 123. nu. 2.

Vir rapiens virum libidinis cauſa, punitur pœna l. vnic. C. de rapt. virg. deciſ. 214. nu. 7.

Vis ligandi, & ſoluendi, par eſt, deciſ. 157. ſub nu. 3.

Vnio nulla, non dicitur vnio, deciſ. 135. nu. 7.

Vniuerſale ſignum, operatur vt omnia vniuerſaliter intelligantur, deciſ. 136. nu. 17.

Vnius incluſio, eſt alterius excluſio, deciſ. 225. nu. 8.

Voti ſimplicis, & ſolemnis quoad Deum, par eſt virtus, deciſ. 175. nu. 2.

Votum Religionis ſolemne impedit, & dirimit matrimonium, ibid. nu. 1.

Votum caſtitatis tacitè continetur ſub voto Religionis, ibid. nu. 5.

Votum caſtitatis de præſenti, impedit matrimonium contrahendum, ibid. nu. 6.

Votum faciens ingredi certum Monaſterium, ſi ibi non recipiatur excuſatur à voto, ſecus ſi vouit in genere, ibid. nu. 7.

Votum faciens non obligatur ad plura quam ſua verba, & intentio ſe extendunt, ibid. nu. 8.

Votum an fuerit emiſſum, ſi dubitabatur ſumenda eſt interpretatio pro libertate, deciſ. 4. nu. 2.

Vſufructuario, & non proprietario, debetur laudemium, deciſ. 23. nu. 3.

Vſufructuarius omnium bonorum, poteſt ad beneficia iuriſpatronatus vacantia præſentare, ibid. n. 1.

Vſufructuarius non eſt Dominus rei, ſed aliquando habetur pro Domino, ibid. in princ. deciſ.

Vſufructuarius dicitur quaſi Procurator, ibid.

Vſufructuaria vxor omniũ bonorum non poteſt præſentare Clericum in Eccleſia patronata, ibid.

Vſufructuarius omnium bonorum habetur loco Domini, & ipſe tenetur ſoluere debita, ibid. ſub nu. 2.

Vſufructuarius quamuis non ſit Dominus, tamen tenetur ad collectas, ibid. ſub nu. 3. Et ei competit interdictum vnde vi, vti vero Domino, ſi expellatur, ibid.

Vſusfructus non dicitur dominium, ibid. in princ. deciſ. Nec pars quotatiua, nec de bonis, nec extra bona, ibid.

Vſusfructus non dicitur tertia, nec quarta pars fundi, ſed conſiſtit in parte integrali, ibid.

Vſusfructus differt à commoditate fructuum, deciſ. 118 nu. 1.

Vſusfructus commoditas vendi poteſt, ibid. nu. 2.

Vulgi interpretatio eſt attendenda, deciſ. 112. ſub num. 1.

Vulnerans aliquem pro pecunia, non dicitur aſſaſſinus, deciſ. 112. nu. 2.

FINIS.

Digitized by Google